HET
AMBOINSCH
KRUID-BOEK.

DAT IS,

BESCHRYVING

VAN DE MEEST BEKENDE

Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,

DIE MEN IN AMBOINA,

EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,

Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:

MITSGADERS VAN

EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,

Voor 't meeste deel met de Figuren daar toe behoorende,

Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,

Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door

JOANNES BURMANNUS,

Med. Doct. en Botanices Professor in den Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*

Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

DERDE DEEL.



Te AMSTERDAM, By FRANÇOIS CHANGUION, JAN CATUFFE, HERMANUS UYTWERF.
In 's HAGE, By PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTONY VAN DOLE.
Te UTRECHT, By STEVEN NEAULME.

M. DCC. XLIII.

GEORGII EVERHARDI RUMPHII,

Med. Doct. Hanavensis, Mercatoris Senioris, & in Amboina Consulis, nomine PLINII INDICI celebris, & Membri Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae,

HERBARIUM AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus,

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlecta, & duodecim conscripta libris.

Nunc primum in lucem edita, & in Latinum sermonem versa,

Cura & Studio

JOANNIS BURMANNI,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSORIS BOTANICI, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCII;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS TERTIA.

AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, JOANNEM CATUFFE, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

ULTRAJECTI, Apud STEPHANUM NEAULME.

M. DCC. XLIII.

HERBARII AMBOINENSIS LIBER QUARTUS,

Arbores continens ſilveſtres, quarum pars aliqua fabrilis eſt.

CAPUT PRIMUM.

Ebenus; *Caju Arang*.

CUnctæ *Ebeni* deſcriptiones, ejusque delineationes mihi hucusque oblatæ adeo inperfectæ fuerunt atque incertæ, ut ex iis neutiquam vera ejus forma dignoſci potuerit: Quum itaque favente fortuna hiſce in inſulis ipſam ſæpius viderim non tantum, ſed etiam ipſe eam coluerim, hinc ejus hiſtoriam luculenter & plenarie exhibebo, non tamen ulterius, quam in hiſce Orientalibus inſulis fuerit obſervata & nota; Lector interim facile percipiet a veterum deſcriptione maxime differre. Ejus itaque tres primo detexi ſpecies, quæ proprie *Ebeni* nomine indigitantur, exceptis binis tribusve ſpuriis ſpeciebus: Prima autem ſpecies eſt *vera* ſeu *nigra Ebenus*, quæ in hoc deſcribetur capite, ſecunda ſpecies eſt *Ternatenſis*, tertia vero *alba Ebenus*.

Vulgaris *Ebenus* arbor eſt altiſſima & erecta, comam gerens anguſtam, cujus truncus non omnino eſt rotundus, ſed anguloſus, ac prope radices parum quaſi alatus. Trunci cortex haud craſſus eſt, ſed durus ac firmus, externe ex nigro & viridi fuſcus, ſeu nigricans, quo facile ab aliis ſilveſtribus dignoſcitur arboribus, eſtque porro ſcaber, ac fiſſus, interne fuſcus eſt, ſolidus, & ſiccus, ſub hoc durum reconditur lignum, ſolidum, & album, tenuibus & nigricantibus venis hinc inde variegatum, quæ quo propius ad cor ſeu meditullium adcedunt, eo frequentiores ſeſe obferunt: Loco autem cordis interni craſſa hæc & ſolida, gravisque nigra ſubſtantia excreſcit, quæ lignum *Ebenum* proprie dicitur, totum occupans truncum, craſſioresque ramos, inæquali tamen proportione, reſpectu albicantis ligni, in junioribus enim arboribus crus circiter craſſis, nigrum hoc cor vix pollicem craſſum eſt, in adultis vero arboribus, quas vix bini amplecti poſſunt viri, albicans lignum non ultra quatuor quinqueve digitos craſſum eſt, reliqua pars nigra obſervatur, hæc autem proportio variat ratione loci & ſoli, quod occupant hæ arbores, quarum radices externe itidem nigricant, nigrum quoque gerentes cor, quæ vero vix pollicem craſſæ ſunt, illo deſtituuntur.

In juventute hæc arbor elegantiorem & læte magis viridem gerit comam quam in ſenectute, quæ ex multis componitur longis flagellis, quæ folia gerunt arcte ſibi juncta ſed irregulari ordine locata breviſſimis inſidentia petiolis, quatuor pollices longa, binos digitos lata, in obtuſum apicem deſinentia, inferiora vero ſemper ſunt breviora, rotundiora, craſſa, firma, oris & apice deorſum inflexis inſtar cochlearis ſeu cymbæ, nullas notabiles gerentia coſtas, ſuperne intenſe viridia, glabra, & ſplendentia, ſulco per medium decurrente, inferne ſunt gilva ſeu flava, paucis tenuibus pertexta venulis. Juniora folia prope ortum quodammodo rubent uti & petioli: In vetuſtioribus arboribus non ita elegantis ſunt formæ, fuſca enim ſunt nigrisque maculis notata, quæ venulas inferius quoque gerunt notabiles magis, plurimumque decidunt, ita ut earum ramuli ſint nodoſi, incurvi, & nudi, bina tantum ternave gerentes folia ad ipſorum extremum: arbores vero, quæ ſolo locatæ ſunt arenoſo vel molli, folia gerunt multo majora & tenuiora, Pyri foliis quodammodo ſimilia, non multum incurvata, ſed magis extenſa, qualia folia gerunt omnes tales arbores, quæ in hortis plantatæ ſunt.

HET AMBOINSCH KRUYD-BOEK,

HET VIERDE BOEK,

Handelende van de wilde Boomen, waar van men Timmerhout heeft.

I. HOOFDSTUK.

Ebbenhout.

ALle beſchryvingen en afteykeningen, die ik tot nog toe gezien hebbe van den Ebbenhout-boom, *zyn zo onvolmaakt en zo onzeker, dat men daar uyt deſſelfs regte gedaante geenſints begrypen kan: Dewyl my dan het geluk dient, dat ik hem in deeze Eylanden niet alleen genoegzaam gezien, maar ook opgevoet hebbe, zoo zal ik deſſelfs Hiſtorie uitvoerlyk ofte volkomentlyk alhier ter neder zetten, nogtans niet breder, dan by in deeze Ooſterſche Eylanden bekent is: Zullende den Lezer wel konnen bemerken, dat het zelve van de beſchryvinge der ouden al wat verſchilt. Ik hebbe dan voor eerſt drie zoorten daar van aangemerkt, die men eigentlyk Ebbenhout noemt, met nog twee a drie baſtaart-zoorten; de eerſte is 't eygentlyke of zwarte* Ebbenhout, *die wy in dit Kapittel beſchryven, en de tweede het Ternataanſche, ende de derde 't witte.*

Het gemeene Ebbenhout is een zeer hoogen en hegten boom, met een ſmalle kruin, en de ſtam niet regt rond, maar wat hoekig, en by de wortel met kleene vlerken: de ſchorſſe des ſtams is niet dik, dog hard en ſtyf, van buiten uyt den ſwarten en vuil groenen gemengt, of ſlegts ſwartachtig, waar aan men hem onder andere bos-boomen ligt kent, ruig, en fyn geſcheurt, van binnen bruinachtig, vaſt, en droog van ſubſtantie; daar onder leyd een hard, digt, en wit hout, met fyne ſwarte adertjes hier en daar doortogen, die hoe nader 't hert hoe meerder zyn: In plaats van het middelſte hert groeyt die harde ſwarte en ſware ſubſtantie, die men het Ebbenhout *noemt, door den geheelen ſtam en dikſte takken gaande, dog in ongelyke proportie tegens het omleggende witte hout, want in de jonge boomen, die omtrent een dye dik zyn, vint men dit ſwarte hert niet boven een duim dik, maar in de volwaſſen boomen, die twee mannen pas omvademen konnen, is het witte hout niet boven vier en vyf vingers dik, de reſt allegaar ſwart, hoewel deeze proportie, na den grond, daar ze ſtaan, verandert, de wortels zyn van buiten ook ſwart, en hebben een ſwart hert, dog in die gene, die niet boven een duim dik zyn, ziet men 't niet.*

In zyn jeugt heeft dien boom een ſchoonder en blyder loof, dan in zyn ouderdom, beſtaande uyt veele lange ryskens, daar aan de bladeren digt op malkander, dog zonder order ſtaan, op zeer korte ſteeltjes, vier duimen lang, twee vingers breet, met een ſtompe ſpitze, dog de agterſte zyn altyt korter en ronder, dik, ſtyf, met de kanten en ſpitzen onderwaarts gekromt, in de gedaante van een lepeltje, of ſchuytje, zonder merkelyke ribben, boven hoog groen, glad, en glimmende, met een doorgaande vooren in de midden, van onderen vaal of geel, met weinige fyne adertjes; de jonge bladeren zyn by haren oorſpronk wat roodachtig, gelyk ook de ſteelen; aan de oude boomen zyn ze veel onzienlyker, want zy worden grauw en met ſwartagtige plekken bezet, hebbende adertjes van onderen kennelyker, en vallen meeſt af, zo dat de takjes als dan krom, knoeſtig, en bloot ſtaan, alleenlyk twee à drie bladeren by het einde; doch de boomen, dewelke op een zandige plaats of weeke gront ſtaan, hebben veel grooter en weker bladeren, de Peren-bladeren wat gelyk, niet veel gekromt, maar meer uitgebreid, gelyk ook alle die gene zyn, die men in de boven plant.

Flores puſilli admodum ſunt, ſeſſiles fere, non admodum numeroſi, ad foliorum ortum progerminantes, ſuntque primo parva albicantia capitula, quæ duris conſtant apicibus, quæ ſeſe in tria aperiunt brevia & acuta, albicantia petala, quæ quædam parva gerunt ſtamina, inodora penitus, admodum caduca; totus autem floſculus non major eſt ſemine Porri, unde nec mirum eſt, quod adeo raro in conſpectum veniat, incolisque plurimum ignotus ſit, unde & quidam mihi perſuadere conabantur, hanc arborem floribus deſtitutam eſſe, alii contra miros & irregulares ipſi tribuebant & adſcribebant flores, quæ omnia credere debui tam diu, donec ipſe arbores tales plantaverim, & coluerim, quæ mihi flores exhibuerunt, quos quinto poſt ſationem anno in ipſis obſervavi.

In floſculo hoc tripetalo tanquam in calice primo ſeſe offert glaucum capitulum Lini caput referens, ſed multo minus eſt, quod in fructum excreſcit paulo majorem nuce avellana, qui baſi inſidet ſtellatæ ſeu ſtelliformi, primo oblongus, oviformis dein ſuperne planus & quaſi compreſſus atque umbilicatus, in centro tenuem gerens apicem. Fructus hi maturi ſunt aurei ac tandem rubentes, multumque conveniunt cum *Bonga Tanjong* fructibus.

Sub externa, fragilique pellicula pauca reconditur, ruffa, mucoſa, farinacea, ac dulcis caro, quæ edulis eſt, ſed fauces conſtringens, intus tria continentur oblonga, dura, & oſſea oſſicula, magnitudine illorum *Caſſiæ Fiſtulæ*, ſed parum trigona, quæ acutiore latere introrſum declinant, ſuntque nigra, fuſca, & ſplendentia, aliquando vero quatuor & quinque talia in orbem locantur, ſupremoque apice ſibi adcumbunt, quæ vera arboris ſemina ſunt, atque facillime progerminant terram tangentia.

Boeronenſis arboris lignum nigrum penitus eſt, non tamen adeo nigrum ac ſplendens, quam ſi elaboratum fuerit, ſed obſcure nigrum eſt inſtar carbonis diu ſub terra conditi, ſplendorem enim ſuum & elegantem conquirit colorem poliendo & fricando.

Uti hoc lignum per totam plurimum creſcit Orientalem plagam, ſic & colore ac ſubſtantia diverſum eſt, nigerrimum enim, politiſſimum, ac proinde optimum ex Aethiopia adfertur, unde Dædanitæ primum ad lacum rubrum, ac dein Tyrum venale adducunt, & hodie Portugalli illud emunt Moſambiquæ, noſtrates vero in inſula St. Mauritii, Portugallis Illa de Cisne, male vero in Mappis Geographicis do Cirne vocata, h.e. Cycnea inſula a frequenti Dod-aarſenorum copia, quæ certa marinarum avium ſpecies eſt, quas Cycnos putabant, quam inſulam noſtrates diu occuparunt hujus ligni gratia: Hoc lignum ſubſequitur illud, quod in veteri occurrit India, dein Boeronenſe, quod tamen Mauritiano in pretio ac virtute cedit, præterquam enim quod craſſioribus conſtet fibris, facillime itidem rimas agit longitudinales, ſpuriumque gerit cor magnis depravatum fiſſuris, unde non latos præbet aſſeres: In hujus autem cauſſa mihi videntur ipſi noſtrates, qui haſce arbores non ſatis adultas, nec juſto cædunt tempore, quæ enim haud multum viro ſunt craſſiores, non legitimam adquiſiverunt craſſitiem, quarum lignum minus viride atque ſuccoſum facillime finditur, ſi cædantur, lapſuque ipſo rimas itidem agunt: Præter hæc exciſores alium etiam committunt errorem, quod cæſas nempe arbores nimis cito albo ſpolient ligno, denudatumque cor pluviis ac ſoli exponant, unde adeo facile rimas contrahit: E contra conduceret cæſas has arbores cortice externoque ligno obductas per aliquot menſes in ſilvis deponi, uti intelligo illud obſervari in inſula Mauritii per tres menſes, donec externum inutile albaſtrum fere computruerit.

Alia porro occurrit difficultas, quæ alicui dubium moveret, an nempe hodiernum noſtrum Ebenum unum idemque ſit, quod veteres deſcripſerunt, ejus enim odor, qui *Dioſcoridi libr.* 1. *cap.* 3. ejusque plagiariis gratus habetur, ſi carbonibus ignitis fuerit inpoſitum, qui vero in hodierno tam Mauritiano quam Indico neutiquam jucundus eſt, ſed ſubacidus; crudum autem lignum carbonibus inpoſitum acrem fundit odorem fumumque oculos vellicantem, licet quosdam ciſtiarios narrantes audiverim, ejus odorem inter elaborandum ipſis viſum fuiſſe de Pipere participare: Ita quoque noſtrum Ebenum igni inpoſitum non ita oleoſum

ſum

Het bloeizel zyn zeer kleene bloempjes, bykans zonder ſteeltjes, weinig in 't getal, by den oorſprong der bladeren voortkomende, eerſtelyk kleene witte knopjes, met harde ſpitsjes, dewelke haar openen in drie korte dikke en witte ſpitze blaadjes, binnen met eenige korte draatjes, zonder reuk en ligt afvallende, ook is het geheele bloempje niet veel grooter als een Ajuyns-zaad, en daarom is 't geen wonder, dat het zelden gezien wordt, en by de Inlanders meeſt onbekent is, en waar van eenige my ook wys maakten, dat dezen boom geene bloemen en hadde, hoewel anderen daar en tegen weder wonderlyke en onbekende bloemen aan dezelve toeſchryven, al 't welk ik heb geloven moeten, tot datze door myn eygen handen geplant, opgekomen zyn, en bloemen gedragen hebben, 't welk my in 't vyfde jaar na haar zaaying gelukt is.

In dit driebladig bloempje, als in een kelkje, komt eerſt een blaauw-groene knop voort, gelykende een vlas-knop, dog veel kleender, daar uit de vrugt wert wat grooter, dan een hazelnoot, op een geſternt of ſter gelykent voetje ſtaande, eerſt langwerpig en ey-formig, daar na boven wat plat en ingedrukt, en in 't naveltje een kort ſpitsje vertonende: De rype worden gout-geel, en ten laatſten rood, en hebben groote gemeenſchap met de vruchten van Bonga Tanjong.

Onder 't buytenſte en broſſe huydeken leyd een weinig, ros, ſmerig, meelachtig, en zoet vlees, bequaam om te eeten, dog de keel wat vringende; binnen ſtaan drie langwerpige ſteen-harde korls, in de groote als die van Caſſia Fiſtula, *dog wat driehoekig, en met de ſcherpſte kant na binnen ziende, ſwart, bruin, en glimmende, zomtyds ſtaan 'er ook vier en vyf altyd in de rondte, en met de voorſte ſpitzen tegen malkander, en deze zyn 't zaat van dezen boom, dewelke zeer ligt opkomen, als zy maar de aarde raaken.*

Het hout van den Boeronezen boom is regt ſwart, dog geenzints zo ſwart en glimmende, gelyk men 't gearbeide hout ziet, maar doof ſwart, gelyk een koole, die lang onder de aarde gelegen heeft, bekomende zynen glans en hooge koleur door polyſten en aanſmeren.

Gelyk nu dit hout door den geheelen Ooſt meeſt verſpreit waſt, zo verſchilt het ook wat van ſubſtantie en coleur, want het ſwartſte, fynſte, en dierhalven ook het beſte komt uit Æthiopie, van waar het de Dædaniten eerſt na 't roode Meyr, en daar na te Tyrus te koop gebragt hebben, en de Portugezen hedensdaags bekomen het ook tot Moſambique, de onze op het Eiland Mauritius, by de Portugezen Illa de Cisne (en qualyk in de Kaarten do Cirne genaamt) dat is Cycnea of het Zwanen-Eyland, van de veele Dod-aarzen, zynde zekere zee-vogels, die zy voor een geſlagte van Zwanen aanzagen, en welk Eyland by de onze om dit houts wille lange is bezeten geweeſt; Naaſt het zelve hout is het gene, dat men in oud Indien vint, en voorts ons Boeroneze, 't welk egter het Mauritiaanſche in deugt of goetheidt veel wykt, want behalven dat het grover van ſubſtantie is, zo ſcheurt het ook ligt in de lengte, en heeft een valſch hert, daar men groote ſcheuren in ziet, en dierhalven geen breede planken daar uit hebben kan: doch de oorzaak daar van dunkt my eenigzints te zyn ons eigen volk, die deze boomen, of te jong, ofte te ontydig kappen: want de boomen, die niet veel dikker dan een man zyn, hebben nog lange haare volkomen dikte niet, en het hout, als dan nog te jeugdig en te zappig zynde, ſcheurt zeer ligt, als men ze afkapt, 't welk ook meeſt door den ſlag in 't vallen geſchiet: Ook zo hebben onze kappers nog een andere foute, te weten datze de ongekapte boomen te vroeg van het witte hout beroven, en het ontblote hert in de regen en zonne laten leggen; waar van het als dan zo ligt ſcheurt, daar men de omgekapte boomen behoorde, met de ſchorſſe en 't buitenſte hout, eenige maanden in het bos te laten leggen, gelyk ik verſta, dat men op het Eyland Mauritius drie maanden doet, tot dat het buitenſte ſpint half vergaan zy.

Nu is daar nog een andere ſwarigheid, dewelke iemand zoude doen twyffelen, of ons hedensdaagze Ebbenhout al een en 't zelfde zy, met het gene de oude beſchreven hebben, te weten de reuk, dewelke by Dioſcor. lib. 1. cap. 3. *en zyne naſchryvers lieffelyk op glimmende of brandende kolen geſtelt werd, dog die in het hedendaagze, zowel Mauritiaanſche, als Indiaanſche bevonden werd, geenzints aangenaam, maar veel meer goor in het rauwe hout, en op kolen gelegt zynde ſcherp, met een bytende rook, hoewel ik zommige Kiſtemakers hoorde verklaren, dat hun dien reuk in 't werken voorquam, als peper; zoo is ook ons Ebbenhout op 't vuur zo olyachtig niet, nog*

werd

ſum eſt, nec ita ruffeſcit, ſi ſupra porphyritim conteratur, uti Dioſcorides id de ſuo teſtatur. Non tamen dubitandum eſt, quin hodiernum unum idemque ſit ac illud antiquorum, uti illud quoque doctus *Matthiolus* in *Commentariis* ſuis ad illud caput confirmat, quum aliis in qualitatibus conveniant, nec *Theophraſtus* nec *Plinius* de odore quidquam commentati ſunt. Addo inſuper Ebenum Æthiopicum quandam forte poſſidere qualitatem, quæ in Indica non obſervatur, nec etiam Boeronenſe cum illo Indiæ veteris, colore convenit, plurima enim pars nigricat, ſed inveniuntur quoque fruſta, quæ amplas gerunt ſtrias albicantes ac vortices, quæ non ita bonæ ſunt ſubſtantiæ, ſed elegantioris adſpectus, ac forte conveniunt cum illo, quod *Dioſcorides Ebenum Indicum* vocat, & ſub hoc titulo deſcribit, quod autem nigrum eſt, ab omni tempore graviſſimum omnium lignorum habitum fuit, atque aquæ inpoſitum fundum petit, quam vetuſtum & ſiccum etiam ſit, unde concluditur, conſtare ex partibus tenuiſſimis & ſolidiſſimis, e contra quo magis ad cinereum vergit colorem, quoque plures gerit venas albicantes, eo levius eſt, ſed tamen ſemper in aqua fundum petit.

Curioſitas me inſtigavit, ut ſemel quoſdam perdolatos aſſeres ſexdecim vel ſeptendecim graviſſimorum lignorum, quæ in Amboina creſcunt, ponderarem, ut gravitatis proportionem detegerem, quum expertus fui, Boeronenſe Ebenum gravitate ſuperari ab Hotoenſi, quod in Leytimora creſcit, ac fere convenit cum Mangio ferreo, fieri tamen poſſet, proportionem a me obſervatam alio experimento aliam obſervari, quum, quantum memini, quædam ligna non rite eſſent ſiccata.

Arborem Boeronenſis Ebeni ligni non multum differre a Mauritiana, atque hanc ipſam forte non ab Æthiopica, oculares teſtes mihi ſancta adfirmarunt fide, dicentes ſolummodo, Mauritianæ arboris folia, quantum recordari poterant, paulo eſſe majora illis, quæ in Boeronenſi obſervabant, ſed in vetuſtis quoque arboribus eſſe cinerea, rugoſa, ac plurimum caduca. Sic quoque arbor Mauritiana hanc habebat qualitatem, ejus corticem paulo magis eſſe cinereum, quum Boeronenſis multas conquirat maculas nigras, ſi arbor perfecte ſit adulta & ad cædendum apta, quæ tantæ craſſitiei tum temporis eſt, ut duo vix viri eam complecti poſſint.

Franciſcus Pyrardus ſcriptor neotericus nobis longe aliter ſuam delineat Ebenum *cap.* 8. quam obſervavit in Africa & Madagaſcara, quum ipſi tribuat formam & altitudinem Oleæ, folia Salviæ, floresque albos inſtar Roſarum &c. quæ ſi vera ſint, arbor Africana multum a noſtra differt, quin Salviæ ſimilitudinem deduxerit a cinereo colore ac rugoſitate vetuſtorum foliorum, hunc vero auctorem aliis in rebus obſervavi longe petitas componere ſimilitudines, quæ itaque curioſis Africanarum regionum inveſtigatoribus indaganda relinquuntur.

Uno ore veteres binas Ebeni ſpecies obſervarunt, quas *Dioſcorides loc. cit.* in Æthiopicam & Indicam diſtinguit: *Theophr. Hiſt. pl. lib.* 4. *cap.* 5. illud dividit in Ebenum verum ac ſpurium, quem ſequitur *Plinius Hiſt. Nat. lib.* 12. *cap.* 4. ubi ſpurium dicit eſſe ſpeciem fruticoſam forma Cytiſi, per totam creſcentem Indiam, bini hi auctores dicunt Ebenum ſolummodo in India creſcere. *Herodotus* apud *Plinium. loc. cit.* illud tantum in Æthiopia ponebat, *Dioſcorides* vero ex utriſque illud petit regionibus, quod etiam verum eſt.

Quid jam veteres per fruticoſum Ebenum intellexerint, quod ex eorum opinione maculatum eſt, leve, ac vilis pretii, me huc uſque latet, a fide enim dignis teſtibus omne Ebenum, quod hic in India creſcit, ab excelſis & ingentibus colligitur arboribus, intellexi autem ſimul, unam Ebeni ſpeciem vilem & levem ex ora Cormandelenſi deduci, quod ſine dubio ex diverſa erit arbore, quæ inquirenda porro eſt: In ea fere eſſem ſententia, ſupra deſcriptam *Novellam nigram* ſeu *Caju Salimoeri*, quæ in plurimis Indiæ locis occurrit, a veteribus pro Ebeni ſpecie fuiſſe habitam, hæc enim eſt arbor fruticoſa, ejus lignum leve, ex cinereo-nigricans, longis ſtriatum venis, quodammodo odoratum & oleoſum: Dum vero Dioſcorides binas ultimas qualitates

werd ook niet zo ros, als men 't op een ſteen vryft, gelyk Dioſcor. *van 't zyne hebben wil: Egter behoeft men geenzints daar aan te twyffelen, of ons hedendaagze zy een en 't zelfde met het Ebbenhoud der oude, gelyk ook den geleerden* Matthiolus *in zyne aantekeningen op 't voornoemde Kapittel wel zegt, om datze in andere eigenſchappen met malkanderen over een komen, en om dat ook* Theophraſtus *en* Plinius *van den reuk niets vermelt hebben: Ik doe daar nog by, dat miſſchien het Æthiopiſche iets heeft, het welk men aan het Indiſche niet en vind, voorts is het Boeroneeſche en dat van oud Indien ook niet van eenderley coleur; want het meeſte is wel doorgaans ſwart, maar men vind het ook, daar brede witte ſtrepen en vlammen onderlopen, 't welk wel ſlegter van ſubſtantie, maar fraayer van aanzien is, en miſſchien het zelve, gelyk* Dioſcorides *zyn* Ebenum Indicum *beſchryft; 't geen doorgaans ſwart is, heeft men van alle tyden gehouden voor het ſwaarſte van alle houten, 't welk in 't water zinkt, hoe droog en oud het ook is, waar uyt men afneemt, dat 't van zeer fyne en digte delen moet gemaakt zyn, daar en tegen hoe graauwer het is, en hoe meer witte ſtreepen het heeft, hoe ligter het bevonden werd, evenwel nog altyd in 't water zinkende.*

De curieusheid heeft my ook eens daar toe gebragt, om eenige glad geſchaafde plankjes, van 16 *à* 17 *der ſwaarſte houten in Amboina waſſende, na te wegen, om de proportie van haare ſwaarte uyt te vinden, wanneer ik bemerkte, dat het Boeroneeze Ebbenhout aan ſwaarte overtroffen wierde van 't Hoteſche, 't welk op Leytimor waſt, en ten naaſten by overeenkomt met het Mangium Ferreum: Egter zou 't wel konnen zyn, dat de proportien by my geſtelt, by nader onderzoek anders gevonden wierden, om dat na myn erinneren zommige houten niet ter dege droog waren.*

Dat nu den boom van 't Boeroneeze Ebbenhoud niet veel is verſchillende van de Mauritiaanſche, en dezelve ook miſſchien niet van de Æthiopiſche, hebben my geloofwaardige ooggetuygen genoegzaam verzekert, alleenlyk daar by doende, dat de bladeren van den Mauritiaanſchen boom, na haar onthout, wat grooter waren dan die zy op Boero zagen, dog mede aan de oude boomen graauw, ruyg, en meeſt afvallende: Zo hadde ook den Mauritiaanſchen die eygenſchap, dat de ſchorſſe wat graauwer zynde dan de Boeroneeze, veele ſwarte plekken bekomt, wanneer den boom volkomen oud, en tot kappen bequaam is: hebbende als dan de dikte van twee mannen omvademens.

Franciſcus Pyrardus, *een nieuwen Schryver cap.* 8. *maald ons zynen Ebbenhout-boom, die hy in Africa en Madagascar gezien heeft, heel anders af, gevende hem de gedaante en hoogte van een Olyf-boom, de bladeren die van de Zalie, en witte bloemen de Rozen gelyk, &c. het welk waar zynde, zo moet den Africaanzen boom van den onzen veel verſchillen, of hy moet de gelykeniſſe van de Zalie genomen hebben, van de grauwe verwe en ruigheid der oude bladeren; dog dien Autheur heb ik in veele andere dingen bevonden zeer ver gehaalde gelykeniſſen te maaken, het welk aan de curieuſe onderzoekers der Africaanze landen verder aanbevolen blyft.*

De ouden hebben eenparig twee geſlagten van Ebbenhout geſtelt, dewelke Diſcorides *op de aangehaalde plaats noemt Æthiopicam & Indicam:* Theophraſtus Hiſt. Plantarum lib. 4. c. 5. *verdeelt het in opregt en ſlegt Ebbenhout, gelyk ook* Plinius *doet,* Hiſt. Natur. lib. 1. cap. 4. *alwaar hy het ſlegte zegt te zyn een ſtruykagtig geſlagte in de gedaante van Cytiſus, door geheel Indien verſpreidt waſſende: Deze twee zeggen ook, dat het Ebbenhout alleen in Indien waſt.* Herodotus *by* Plinius, loc. cit. *haalde het alleen uyt* Æthiopia, Dioſcorides *uyt alle beide, 't welk ook waar is.*

Nu wat de oude door 't ſtruykige Ebbenhout verſtaan hebben, 't welk na haar meyninge geplekt, ligt, en van geringe waarde zoude geweeſt zyn, is my nog onbekent, want uyt geloofwaardige getuigen weet ik, dat al het Ebbenhout hier in Indien waſſende, van ſwaare en grove boomen komt; dog hebbe ik mede verſtaan, dat 'er een zoorte gering en ligt Ebbenhout van Chormandel komt, het welk buyten twyffel een diverze boom zal wezen, en nog te onderzoeken ſtaat: Ik zoude bykans in die meyninge komen, dat de bovengeſchreven Novella Nigra *of* Caju Salimoeri, *die op meer plaatzen van Indien waſt, by de oude voor een zoort van Ebbenhout gehouden is, want dit is een ſtruykagtigen boom, het hout ligt-graauw ſwart, met lange aderen geſtreept, eenigzints welriekende en olyachtig: Maar*

litates optimo ſuo Ebeno adſcribat, binasque priores viliori tribuat, hinc nihil certi concludere poſſum.

Obſervatum quoque fuit Ebeni arborem in primis quatuor annis nigro deſtitui corde, quam magna etiam atque excelſa ſit, dein per annum quieſcit nec excreſcit, ſed nigrum format cor. Sexto dein ac ſubſequentibus annis de novo vegetat. In adultis cortex obſervatur in inferiore trunci dimidia parte nigricans, rugoſus, ac fiſſus, ſuperior vero pars eſt cinerea & magis æqualis, quoque magis ſit cinereus hic cortex, eo maturior habetur arbor, majusque cenſetur ejus cor, uti & ſi ſupra radicem truncus ſit alatus: Hoc autem intelligendum eſt de arboribus in loco natali creſcentibus, in plantatis enim vix decimo ætatis anno tale obſervatur cor.

Nomen. Latine arbor *Ebenus*, lignum vero *Ebenum*; Belgice *Ebbenhout*. Arabice *Abanus* & *Abenus*, Latine ac Græce quoque ſcribitur cum adſpiratione *Hebenum*, ſed minus uſitatè, quæ omnia ortum ſuum habent ab antiquo Hebræo *Hobnim*, Ezechiel 27. verſu 15, ubi dicitur mercatores Dedanitenſes (qui verſus Borealem extremam Arabiæ felicis partem habitabant prope oſtium lacus rubri, ubi nunc urbs Aden ſita eſt, uti & e regione partis Africæ Trogloditicæ dictæ) hocce lignum, magnosque Elephantum dentes venales adduxiſſe Tyrum, quæ utraque ſine dubio petiverunt ex litoreis plagis vicinæ Æthiopiæ, quales hodie ſunt Melinde & Moſambique: Maleyenſes communi vocabulo illud vocant *Caju-Arang* h. e. carbonis lignum ab atro colore, uti & Boeronenſes *Aymiten* & *Aymetten* h. e. nigrum lignum. In Ternata & Tidora vocatur *Botolino*, in China *Oubak*, h. e. aliquid, quod nigrum eſt inſtar atramenti.

Locus. Optimum, uti ſupra dictum eſt, quondam petebatur ex Æthiopia, navibusque inponebatur Maſambiquæ, uti & hodie fit, noſtrates vero illud deducunt ex inſula St. Mauritii ſupra deſcripta, uti & ex Madagascara. Cæterum, ut cum Dioſcoride loquar, per totam Orientalem Indiam occurrit, una vero ſpecies nigrior eſt atque ſolidior altera, ac quotidie multi deteguntur loci, in quibus invenitur. Ora præſertim Cormandelenſis hoc ligno abundat, ex quo incolæ omnia opera fabrilia, uti ſedes, ſcamna, menſas, formant, quæ opere topiario elegantiſſime ornant, quod fit tam artificioſe, prompte, atque puſillis inſtrumentis, & tam vili pretio, ut certe mirandum ſit.

In Zeylana circa Trinkenamale hæ arbores ingentes admodum & copioſæ quoque occurrunt, ſed ibi non ita ab incolis expetuntur quam a litoreis populis, immo ſæpe ex hoc palos clauſtrorum formant; circa Johoram, Siamam, & Cambodjam itidem invenitur, quod in Chinam defertur, ibique ſatis vili venditur pretio, licet etiam in ipſa provincia Cantona creſcat. In Moluccis porro inſulis, ac præſertim in Boerone ſatis frequens eſt, cineream vero Moluccæ ſpeciem tanquam diverſam ſubſequenti deſcripſimus capite, cujus nigerrima plerumque ſpecies occurrit in Manado & Gelolo inter cinereum mixta: Lignum vero Boeronenſe a noſtratibus primum detectum fuit circa ſinum Kajeli anno 1641. ac dein in Occidentali ejusdem inſulæ parte Balatetto dicta, verum arbores ibi jam ita ſunt exciſæ, ut poſt annum 1670. fere nullæ vetuſtæ amplius inveniantur arbores. Noſtra natio illud quoque detexit lignum in inſulis ad Eurum ſitis, præſertim in Timora Laut, uti quoque in anteriore Novæ Guineæ parte *Onin* dicta, forte ibi porro per totum tractum Auſtralem occurrit, uti & in inſulis ad mare magnum Auſtrale ſitis. In quibus ſaltem itinerariis Occidentalibus narratur illud detectum fuiſſe in quibusdam inſulis ante Chili & Peru ſitis, uti & ego quoque intellexi, illud reperiri in inſula St. Helena, ſed pauca copia nec bonæ notæ. Paponenſes inſulæ illud quoque exhibent, binis diverſis coloribus diſtinctum, cujus nigra ſpecies convenit cum Amboinenſi, cinerea cum Ternatenſi, cujus primum circa litus, alterum vero lignum in ipſis montibus Meſſoalæ creſcit.

Anno 1666 ſurculos ex Boerone deferri juſſi, quos in hortis circa caſtellum Victoriam plantavi, qui omnes fere læte progerminarunt, præcocesque admodum, quinto nempe & ſexto anno, quum trunci vix brachium craſſi eſſent, exhibuerunt fructus, qui decidui

Maar dewyl Dioſcorides *de twee laatſte eygenſchappen zyn beſte Ebbenhout, en de twee eerſte het ſlegte toeſchryft, zo kan ik hier van niets vaſt beſluiten.*

Men heeft ook aangemerkt, dat den Ebbenhoute-boom in zyne vier eerſte jaren gantſch geen ſwart hert heeft, hy mag zo hoog en breet opſchieten als hy wil, daar na ruſt hy wel een jaar en ſchiet niet op, maar formeert 't ſwarte hert: In 't zesde en de volgende jaren ſchiet hy dan wederom op; aan de volwaſſene ziet men de ſchorſſe, aan de onderſte helft des ſtams, ſwartagtig ruig, en geborſten, de bovenſte grauw en evener, en hoe grauwer hy werd, hoe ryper, en met grooter hert men hemacht, als mede wanneer hy boven de wortel kleine vlerkjens zet: dit is te verſtaan van boomen, die op haar eygen grond groeyen, want aan de geplante ziet men in 't tiende jaar nog geen ſwart hert.

Naam. *In 't Latyn den boom* Ebenus, *en het hout* Ebenum; *In 't Duitſch* Ebbenhout, *in 't Arabiſch* Abanus en Abenus, *men ſchryft het in 't Latyn en Grieks ook met een adſpiratie* Hebenum, *dog min gebruykelyk, alle welke woorden afkomſtig zyn van 't oude Hebreeuſche* Hobnim, Ezechiel 27. vs. 15. *alwaar gezegt wort, dat de Dedanitiſche Koopluyden (dewelke bewoonden 't uitterſte deel van Arabia Felix by den ingang van 't roode Meyr, daar nu de Stadt Aden leyt, als mede tegen over 't deel van Africa, dat men* Trogloditicam *noemt) dit hout, nevens groote Oliphants-tanden, te koop hebben gebragt naar Tyrus, welke zy buiten twyffel gehaalt hebben uyt de Zee-haven van het naaſte Æthiopia, gelyk hedensdaags Melinde en Moſambique zyn. De Maleyers noemen 't in 't gemeen* Caju Arang, *dat is* Kool-hout, *van zyn ſwarte koleur, gelyk ook de Boeronezen* Aymiten *en* Aymetten, *dat is* Swart-hout; *Op Ternaten en Tidora* Botolino, *Chinees* Oubak, *dat is, iets zo ſwart als inkt.*

Plaats. *Het beſte als boven gemelt, wiert eertyts gehaalt uit Æthiopia, en ingeſcheept tot Moſambicque, gelyk het nog geſchiet; de onze brengen het uit 't Eiland Mauritius, hier boven beſchreven, als mede uit Madagascar, de reſt, op dat ik met* Dioſcorides *ſpreeke, is door geheel Ooſt-Indien verſpreidt, dog 't eene ſwarter en digter dan 't andere, en komen dagelyks nog veele plaatzen in kenniſſe, daar 't gevonden werd. De Kuſte Chormandel is inzonderheidt daar rykelyk mede voorzien, daar de Inlanders allerhande curieus werk, als ſtoelen, banken, en tafeltjes van maken, dezelve met lof en beeltwerk konſtig uitſnydende, en dat zo veerdig, en met zo geringen gereetſchap, ook voor zo kleinen prys, dat het te verwonderen is.*

Op Ceylon omtrent Trinkenamale, heeft men deze boomen ook zeer groot en overvloedig, dog werden aldaar van 't Landvolk zo veel niet gebeſigt, als op de Kuſt, ja zy maaken zomtyds Paliſſaden van haare Fortreſſen daar van: Item omtrent Johor, Siam, en Cambodja, het welk in China vervoert wert, en aldaar redelyk goed koop is, hoewel 't in de Provintie Canton zelfs waſt. Voorts is 't in de Moluxe Eylanden, en inzonderheidt op Boero redelyk gemeen, dog van 't eygentlyke graauwe Moluxe, hebben wy een byzonder geſlagt gemaakt, (waar van in 't volgende Kapittel) vallende 't ſwarte doorgaans in Manado en Gelolo, met het graauwe gemengt. Het Boeroneze is by de onze eerſt gevonden omtrent de bogt Kajeli Ao. 1641., en daar na op de weſthoek van 't zelve Eilandt, genaamt Balatetto, dog zyn de boomen nu zo uitgekapt, dat men na 't jaar 1670. ſchier geen oude boomen meer heeft konnen vinden. De onze hebben 't ook gevonden in de Zuyd-ooſter Eilanden, inzonderheidt op Timor Laut, als mede op 't voorſte deel van Nova Guinea, genaamt Onin, *miſſchien gaat het daar voor door 't geheele Zuyd-landt, en de Eilanden van de groote Zuydzee. Immers men vint geſchreven in eenige Weſterſe Voyagien, datze het zelve gevonden hebben op eenige Eilanden voor Chili en Peru leggende, gelyk ik ook verſtaan hebbe, dat men 't vinden zoude op 't Eiland St. Helena, dog weinig, en niet veel bezonders. De Papouſe Eilanden leveren het ook uyt van tweederley koleur, het ſwarte met 't Amboinze, en grauwe met het Ternataanſche over een komende, waar van 't eerſte omtrent de ſtrand, en het andere meeſt in 't gebergte waſt op Meſſoal.*

In het jaar 1666. heb ik de jonge ſpruytjes van Boero laten komen, en die in de hoven omtrent 't Kaſteel Victoria geplant, of planten laten, welke meeſt alle gelukkig opgekomen zyn, ook zeer vroeg (te weten in 't vyfde en zesde jaar) de ſtammen pas een arm dik zynde, vrugten gaven,

cidui alteros iterum emittebant surculos, unde didici, in Amboina has arbores facillime transplantari & propagari posse, si diligens adhiberetur cura, quod in saxosis inprimis locis fieri oportebat, ubi lignum semper durius crescit.

Usus. Ebenum ab antiquis jam temporibus in magno fuit pretio, sed olim multo carius erat quam hodie: apud *Plinium* enim *l. c.* legitur, Æthiopes Persiæ regibus omni tertio anno tanquam tributum solvere debuisse centum Phalangas (h. e. frusta) Ebeni, ut & aurum, atque Elephantum dentes: Licet apud Herodotum in Thalia notetur ducenta fuisse segmenta, qui mos ad suum usque tempus obtinebat. Unde & mirum mihi videtur, *Theophrastum lib.* 4. *cap.* 5. nullam Æthiopis facere mentionem, sed putat omne illud lignum ex India deferri, ubi ejus popularis *Alexander Magnus* id invenit, quum tamen ex epistola Candacæ reginæ Meroæ ad Alexandrum data constet, sese ipsi (quem vocat Pellæum juvenem) dono trecenta Ebeni segmenta misisse, uti id legitur in adnotationibus *Bodæi a Stapel* in *libr.* 4. *cap.* 5. *Theophrasti*: Hoc insuper confirmatur ex isto *Ezechielis* loco, Dædanitas nempe id sine dubio petiisse ex vicina ipsis Æthiopia, Tyrumque venale adtulisse, unde & apud Poëtam *Lucanum*, *Meröetica* Ebenus vocatur, quod vulgaria exemplaria vitiose legunt *Mareotica*: Dædanita enim ab utraque lacus rubri parte sita est. Hocque quartum pretiosum est lignum, quod in sacra scriptura numero plurali occurrit, cujus supra *libr.* 2. in capite de Agallocho rationem dedimus, primum enim est *Sittim*, secundum *Achalim*, tertium *Almugim*, quartum *Hobnim.*

Ebenum hodie vulgari est in usu, reges enim non tantum sua sceptra ex hoc habent ligno, nec idolorum imagines ex hoc modo formantur, uti *Matthiolus* in memorato suo commentario scribit, sed omnia insuper supellectilis genera ex hoc jam fiunt, uti sedes, scamna, cistæ, mensæ, patinæ, crateres, qui a quibusdam regibus in magno etiam hodie habentur pretio, quum ex vulgari opinione omnia incantamenta enervent. Quo modo porro ad cuncta opera scriniaria tam extra quam in Europa adhibeatur, non memorabimus, sed illis artificibus commendatum sit, solummodo id adnotantes, Ebenum recens elaboratum coloris esse opaci, nec splendere, sed illum conquirere poliendo & fricando. Tinctio hæc fit ope optimi atramenti, in quo quidam Ligni Sappeni ramenta & parum aluminis excoquunt, ut nigredini simul purpureum splendorem addant: Hoc bis terve tali modo fricatum lignum poliendum est primo duris dein mollioribus penicillis, ac demum pannis laneis & pauca cera. Cistiarii hoc elaborantes lignum mihi narrarunt, hujus ligni rasuram cutim tangentem pruritum excitare: Experti quoque fuere lignum Mauritianum multo magis politum posse elaborari, sed facillime frangi instar vitri, carbonibusque inpositum, vel igni injectum instar salis strepitum excitare, e contra Boeronense ramenta magis exhibet, crassioribusque constat fibris, ac serra melius elaborari potest quam Ternatense: Utramque hanc speciem observavi ignem facile concipere, sed lente ardere, ac facillime exstingui, sed optimum ac durum exhibere carbonem, qui diu ignem fovet.

In re Medica apud Indos non magno est in usu, vires cæterum possidet detergentes, quum particulis constet tenuibus ac subtilibus, sine notabili calore, sed parum exsiccat, unde non male a doctis pro specie Ligni Guajaci habetur: Quidam Indiæ magnates, uti dictum fuit, ex illo crateres formant (quibus vires adscribunt cuncta venena & incantamenta enervandi & depellendi) ex quibus coctam Oryzam aliosque cibos jejunii diebus Æthiopes edunt: Alii pro arcano habent hujus arboris radices propinare ad sanguinem illorum depurandum, qui malignis laborant ulcerationibus ac scabie, vel quædam Luis Venereæ signa habent: Hunc in finem primo illorum sanguis adtenuandus est decocto Ligni Sappan dicti, & Bœlæ Swangi, dein hujus radices tenuiter scissæ, & in aqua decoctæ ipsis propinantur, instituta more solito tenui diæta: Scabies porro atque ulcerationes eluendæ sunt forti decocto ipsius ligni rasuræ, sed cum aqua non bene

gaven, dewelke afvallende, wederom andere spruytjes voortbragten, waar uit ik bemerkte, dat men in Amboina deze boomen zeer ligt verplanten, en vermenigvuldigen kan, als men 'er neerstigheid toe wilde aanwenden, en 't welk dan ook op steenagtige plaatzen moest geschieden, daar altyt harder hout voortkomt.

Gebruik. *Het Ebbenhout is al van oude tyden in groote agting gehouden, dog eertyds was 't veel duurder, dan hedensdaags: want by* Plin. loc. cit. *staat, dat de Æthiopiers (dat zyn swarte Mooren) aan de Koningen van Persie alle drie jaren tot tribuyt moesten opbrengen* 100 *Phalangas (dat is moten) Ebbenhout nevens gout, en Oliphants-tanden: Hoewel men by* Herodotus *in* Thalia *leest, dat 't* 200 *moten zyn geweest, welke manier nog tot zynen tyd duurde. Daarom ik verwondert ben, dat* Theophrastus lib. 4. cap. 5. *niet met al rept van 't Æthiopische, maar meynt dat 't allegaar uit Indien komt, daar 't zyn Landsman* Alexander Magnus, *gevonden heeft; daar nochtans uit den brief van* Candace, *Koninginne tot Meröe, aan Alexander blykt, dat zy aan hem zelfs (by haar den Pellæischen Jongeling genaamt) tot een verering* 300. *moten Ebbenhout gezonden heeft, gelyk men leest in de* Annotatie *van* Bodæus à Stapel, *op* cap. 5. lib. 4. Theophrasti: *Als mede uit de voorsz. plaats van* Ezechiel, *dat de Dædaniten, het zelve buiten twyffel uit het naaste Æthiopie halende, te Tyrus te markt bragten, daarom 't ook by den Poeët* Lucanus *Meroëtica Ebenus genaamt werd, daar de gemeene Exemplaren dog qualyk Mareotica van hebben gemaakt: want de Dædaniten te weerzyden aan 't roode Meyr leggen; en dit is 't vierde kostelyke hout, het welk de Heilige Schrifture* Numero Plurali *noemt, waar van boven* lib. 2. *in 't Kapittel van Agallochum reden gegeven is, te weeten* 1. Sittim, 2 Achalim, 3. Almugim, *en* 4 Hobnim.

Hedensdaags is het Ebbenhout in gemeener gebruik; want de Koningen maken nu niet meer haare Scepters, en de beelden harer Afgoden alleen van dit hout, gelyk Matthiolus *in zyn voornoemde* Commentarius *schryft, maar wel allerhande gemeen huisraad, als stoelen, banken, kisten, tafels, schotels, en drinkbekers, welke laatsten by zommige Koningen nog in waardye gehouden werden, om datze naar 't gemeen gevoelen, alle toveryen kragteloos maken. Hoe het voorts tot allerhande schrynwerk, buiten, en in Europa gebruikt werd, zullen wy niet ophalen, maar die ambagten bevolen laten, alleenlyk zeggende, dat het versch-gewerkte Ebbenhout een dootze koleur, en geen glans heeft, maar den zelven verkrygen moet met aanstryken en polysten. Het aanstryken geschiet met de beste inkt, daar in zommige de spaanders van Sappanhout en wat Aluyn koken, om de swartigheit met een purpere glans te meer luister te geven: dit zoo twee a driemaal aangestreken zynde, moet men 't hout polysten, eerst met harde, daar na met zagte boenders, en ten laatsten met een wollen lap, en een weinig was. De Kistemakers in dit hout werkende, hebben my verklaart, dat hun dit zaagsel van 't hout, op 't naakte lyf komende, eenig jeuken veroorzaakte: Zy bevinden ook, dat het Mauritiaanze zig veel gladder laat werken, en kort afbreekt als glas, op de koolen of in 't vuur gelegt zynde, knerst het als zout, daar en tegen het Boeroneze splintert meer, en is grofdradiger, maar nog al beter te bewerken met de zaage, dan het Ternataanze. Van beide deze zoorten heb ik gemerkt, datze het vuur wel ligt ontfangen, maar slappelyk branden, ligt wederom uitgaan, en weinig of geen olie uitgeven, dog een hard kooltje zetten, dat lange gloeyt.*

In de Medicyne werd 't by de Indianen niet zonderlyk gebruikt: het is anders van fyne, subtile, en afvagende kragten, zonder merkelyke hitte, maar wat opdrogende, daarom het niet onbillyk by de Geleerde voor een medezoorte van het Lignum Guajacum *gehouden word. Zommige Grooten van Indien, als gezegt, maken 'er bekers en schotels van (dezelve toeschryvende de kragt om alle toveryen en quade belezingen te verydelen) waar uitze den gekookten ryst, en andere kost in de Moorsche vasten eeten: Andere houden 't voor een secreet Meesterstuk met de wortelen van dezen boom het bloet te zuiveren, aan die gene, wiens lichamen veel quade Ulceratien en schurft hebben; ja zelfs die eenige restanten van de pokken onder de leden hebben: Tot dezen einde moet men hun eerst het bloet verdunnen, met de decoctie van Sappanhout, en Boeloe Swangi in water, daar na geeft menze deze wortelen kleen gesneden ende in water gekookt, te drinken, onderhoudende na gewoonte, een schrale dieët; de schurft en Ulceratien moet-*

bene miscetur quam tenuiter etiam sit trita hæc rasura, quæ mox fundum petit, si non crassa ex hac componatur puls; quo modo autem Ebenum sit præparandum & adhibendum ad Collyria, ut pupilla depuretur, aciesque oculorum conservetur, ex Europæis constat libris. Contra puerorum abdomina dura & tumentia purum eligitur Ebenum supra porphyritim contritum cum aqua, pauxillo Anisi, Cumini, Coriandri, & Aluminis in pultis formam, quæ abdomini illinitur, quædam interim Nucis moschatæ grana cum tantillo salis, lactis cochleari infusa infanti propinantur.

Ebeni folia igni injecta strident vehementer, quæ comburuntur, ut strepitu suo glires, serpentes, aliaque fugent ex hortis animalia.

De Ebeno in Madagascara crescente O. *Dapperus* in Africa sequentia scribit, ubi indigena lingua vocatur *Hazon Mainthie*, h. e. nigrum lignum, arborisque cor est, unde hoc Ebenum conligitur, ingens autem arbor est parvis gaudens foliis instar Myrti obscure viridibus, ejus cortex nigricat, atque tres vel quatuor ejus observantur species.

moetmen wasschen met een sterk afkookzel van de spaanderen dezes bouts; andere smeren 't fyn gevrevene bout met water daarop, boewel 't zig met 't water niet wel laat vermengen, boe fyn 't ook gevreven werd, maar dadelyk te gronde zinkt, of men moeste een dik papje daar van maken. Hoe men 't Ebbenbout bereiden en gebruiken zal tot oog-waters om den Oog-appel te reynigen, en bet gezigt te verklaren, kan men zien in de Europische boeken; tegens de geswollene buyken der kinderen neemt men ongebezigt Ebbenbout, en vryft betzelve op een steen met water, een weinig Anys, Comyn, Coriander, en een schyfje ajuyn, alles tot een papje, en smeert bet op de geswollene buyk, men geeft bet kind ook te drinken eenige greyntjes note-muschaten met een korltje zout, in een lepel vol melk.

De Ebbenbouts-bladeren in 't vuur geworpen, knerzen geweldig, en werden gebrand, om de rotten en ander ongedierte van slangen &c. uit de tbuynen te verjagen.

Van 't Ebbenbout op Madagascar groeyende schryft O. Dapper *in zyn Africa aldus: Het werd aldaar in de gemeene landtale genaamt* Hazon Mainthie, *dat swart bout wil zeggen, en is de boom, daar van 't Ebbenbout komt, welk bet bert van den stam des booms is: Het is een groote boom met kleene bladen, gelyk die van Myrthus, en donker-groen, de schors is swartachtig, daar is drie of vierderley slag.*

EXPLICATIO

Tabulæ Primæ,

Quæ ramum exhibet Ebeni vulgaris, ubi
Lit. A. ejus *florem tripetalum.*
B. Ejus *fructum.*
CC. *Officula seminalia* denotant.

UYTLEGGINGE

Van de eerste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het gemeene Ebbenhout.
Alwaar Letter A. deszelfs *driebladige bloem.*
B. Deszelfs *vrugt.*
C. C. de *Zaat-korrels* aantoonen.

OBSERVATIO.

De hoc ligno vide porro *Thes. nostr. Zeyl. pag.* 91. ubi ejus Synonyma, virtutesque medicatæ ex aliis porro auctoribus adnotantur, vocaturque hæc arbor Ebenus Indiæ Orientalis Fagi amplioribus foliis, Anonæ dulcis fructu coronato, magno eduli in *Plukn. Mantiss. p.* 66. &c. *Ebenus vulgaris*, ejusque species a *Valent.* quoque *pag.* 222. conmemorantur, atque prior in *Tab.* sub *No.* XLII. exhibetur.

AANMERKING.

Over dit hout ziet verders onze *Thes. Zeylan. pag.* 91. alwaar deszelfs benamingen, en Medicinale kragten uit andere Schryvers verders aangetekent werden; en wert deze boom van *Plukn.* in zyn *Mant. pag.* 66. genaamt Orientaalsche Ebben-boom, met het bladt van de Beukenboom, dog grooter, en een groote gekroonde vrugt als van de zoete Anona, die ook eetbaar is &c. Het *gemeene Ebbenhout* en deszelfs zoorten werden mede by *Valentyn* vermeldt, en het *eerste* op de *Plaat* onder *No.* XLII. verbeeldt.

CAPUT SECUNDUM.

Ebenus Molucca. Caju Arang Ternate.

Cinerea Ebenus Molucca majorem gerit truncum altioremque illo Boeronensis, immo plerumque crassior est, comamque gerit latiorem. Ejus cortex magis cinereus est, sed in vetustis arboribus maculas contrahit nigras, hujus speciei folia sunt multo longiora illis Boeronensis ultra novem nempe pollices longa, quatuor quinqueve pollices lata, ac superius latissima, ubi in brevem desinunt apicem, inferius autem angustiora, magisque læta virent quam præcedentis speciei, inferiore parte gilva sunt, ibique paucas intricatas ac vix notabiles gerunt venulas, superiore autem parte sunt glabra, & juxta medium nervum sulcata, quæ petiolis insident curtis & contortis, hæc autem folia sine ordine in ramulis locantur, quæ copiose circa ramos sese erigunt. Inferiora autem seu vetusta folia quinque modo sexve pollices sunt longa, vix tres digitos lata, obtuso apice & oris retrorsum flexa, in medio elevata, instar illorum vulgaris Ebeni, ita ut vetustissima & brevissima hujus speciei cum maximis & junioribus vulgaris conveniant, sunt autem tenuiora & flaccidiora quam in vulgari Ebeno.

Foliorum sapor primo dulcis est, sed mox adstringens & amaricans observatur, quum in vulgari dulcior sit, sed in ejus vetustioribus arboribus credibile est, folia breviora, firmiora & rugosiora esse, præcedentis enim descriptio juxta juniorem arborem est formata, illa quoque fusca sunt instar vulgaris. Flores

II. HOOFDSTUK.

Ternataans Ebbenhout.

De grauwe Moluxe Ebbenhout-boom is van stam wel zo groot en boog, als de Boeroneese, ja doorgaans wat dikker en met een breede kruyn: De schorsse is wat grauwer, maar gewint of krygt in de oude boomen ook breede swarte plekken; de bladeren aan dit geslagte zyn veel langer, dan aan 't Boeronese, namentlyk negen duimen en meer lang, vier en vyf vingers breet, vooren breetst, met een korte spitze, naar agteren toe smallende, ligter groen dan de voorige, van onderen na 't vale trekkende, en aldaar bebbende weinige verwerde, en pas merkelyke adertjes, boven glad, en langs de middel-zenuwe met een dooren, de steel kort, en wat gedraayt, de bladeren staan zonder order aan de ryskens, en dezelve veele rondom de takken; de agterste of oudste bladeren zyn maar vyf of zes duimen lang, schaars drie vingers breet, met een stompe spitze, ook een weinig met de kanten onderwaarts gebogen, in de midden buykig, gelyk die van 't gemeene Ebbenbout, zo dat de oudste en kortste van dit geslagt met de grootste en jeugdigste van 't gemeene overeenkomen, dog zy zyn dunder en slapper dan de andere.

De smaak is in 't eerste wat zoet, maar valt strax t'zamentrekkende en bitteractig, daarze aan 't gemeene zoeter is, aan de oude is bet gelofelyk, dat namentlyk de bladeren nog korter, styver, en ruiger werden, want de voorgaande beschryving is van de jongen boom genomen, by dezelve zietmen ook de bruinigheid, gelyk aan de gemeene. Bloe-

Tab. I.

De bloem bestaat uit een vierbladig of zelden vyfbladig kelkje, binnen uytgevult met veele fyne korte draatjes, en in de midden met een rond knopje of appeltje, waar uit de vrucht werdt, in 't eerste bekleet met een witte wolagtigheid, als zyde, en een spitze boven op. De vrucht is een groote appel, de grootste Limo Niger overtreffende, uit den ronden wat gedrukt als een kleen kaasken, met een

nigrum ſuperans, ex rotundo parum compreſſus inſtar minoris caſei, & ſupra umbilicatus, in quo brevis apex locatus eſt, prope pedunculum pentapetala conſpicitur coronula arcte pomo adcumbens, uti in Mangoſtanæ fructu, qua arcte ramulis adnectitur. Pomum hoc immaturum eſt viride, dicta lanugine obductum, maturum vero glabrum eſt, æquale, & luteum, pallidius pomis Aurantiis, ſub exteriore pellicula vitellina & mucoſa locatur caro, aciduli ſaporis, farinoſæ ſubſtantiæ. In medullæ centro plerumque ſeptem, aliquando octo & novem oſſicula vel nuclei inſtar Amygdalorum, reniformes vel ſemilunam fere repræſentantes, in orbem ſibi adcumbunt. Nuclei hi putamen gerunt læte purpureum, tenue, ſed duriſſimum, quod dentibus confringi nequit, ſed diſſecandum eſt, in hoc durus & oſſeus locatur nucleus, adeo arcte putamini adcumbens, ut ſeparari nequeat, qui fatue dulcis eſt inſtar ſiccæ Calappæ medullæ, vel quod melius inſtar nuclei fructus Nipæ, ſemimaturus enim glacialis quoque eſt, perque ejus medium ſulcus tranſit longitudinalis.

Exterius trunci lignum eſt album, ſolidum, & durum, tenuibus conſtans fibris, ac ponderoſum fere inſtar Ebeni. Aliquando autem penitus album eſt & concolor, aliquando autem venulis nigris talibusque maculis diſtinctum, aliquando rufum, & in læte purpureum tendens colorem: Hujus enim ligni binæ inveniuntur ſpecies. Prima lignum gerit albicans, quod, uti dictum fuit, ad læte purpureum adcedit, cor læviter fuſcum gerens. Alterius ſpeciei lignum quoque album eſt ſed ejus cor nigricat, quod in junioribus arboribus tres quatuorve digitos latum eſt. In vetuſtiſſimis vero & craſſis truncis crus craſſum eſt & ultra, ſubſtantia ejus non multum ab Ebeno differt. Nigrum hoc cor non ſemper per medium trunci tranſit, neque rotundum eſt, ſed hinc inde ſinuoſum, anguloſum, & ad unam inclinans partem, in uno ſæpe eodemque ligno bini ſæpe colores ac diverſa conſpicitur ſubſtantia: Exterius enim inſtar corticis nigrum eſt ut in Ebeno, interius vero cinereum magis eſt ac fuſcum, & mollius: Si truncus transverſaliter diſſecatur, mirum viſu eſt hoc nigrum cor, quod ſeſe obfert forma anguloſæ maculæ in albo ligno. Si arbor ſit vetuſtiſſima, ejus cor ſæpe adeo nigricat, ut pro vero haberetur Ebeno, ſed prope oras ſemper pallidum eſt ad viridem adcedens colorem.

In Boreali Ceramæ plaga in Hatuenſi ſinu hoc lignum ſæpe tam craſſum fuit obſervatum, ut adultum virum craſſitie ſuperaret, incolæque illud pro Ebeno vendebant, ex foliorum vero forma adparuit *Lolin* eſſe. Circumjectum album lignum eſt ſolidum & glabrum inſtar Ebeni, unde & durabile quoque eſt.

Fructus maturi obſervantur menſe Martio & ſubſequentibus pluvioſis menſibus, quum lutei penitus, ſponte decidunt, ac tam diu incorrupti manent, donec tandem nigri vel fumei ſint coloris.

Nomen. Latine *Hebenaſter*, quum æmulus ſit veræ Ebeni, alii vero illum pro alba habent Ebeno, ſed a memorata ſuperius capite tertio differt. Malayenſes Sumatram inhabitantes illam vocant *Gamomong*. Belgice *Baſtaart Ebbenhout*, quod nomen ipſi melius reſpondet quam *Novellæ nigræ* ſeu *Salimori* ſupra *lib.* 3. deſcriptæ. Ejus fructus Belgæ vocant *Meel-appels* ſeu poma farinacea, a farinacea ejus medulla, quam alii cum butyro farinæ mixto comparant. Amboinice *Lolin* dicitur, in Leytimora *Lorin*, & *Secur*. In Banda Malaice *Boa Djarong*, quæ ibi duplex obſervatur fructuum forma diverſa, una nempe fructus gerit caſeiformes inſtar Amboinenſis, altera oblonga eſt, vel ſuperius acuminata inſtar ovi Caſuarini, uterque vero fructus aurantii eſt coloris. In inſulis Uliaſſerenſibus & Ceramæ parte auſtrali arbor hæc *Abuelli* vocatur.

Locus. Raro in Amboina occurrit, atque hinc inde una alterave tantum in Hitoes regione & in Banda, frequens eſt in Cerama, ac præſertim in Bonoa, item Sumatra circa Jambyam.

Uſus. Si hoc lignum in magna occurreret quantitate, elegantia ex illo opera ſcriniaria formari poſſent. Jam vero tantum in uſu eſt apud Amboinenſes ad ſubtiles poſtes trabesque ædium ſuarum, quem in finem potiſſimum juniores eligunt arbores vix virum craſſas. Craſſiores enim inſtrumentis ſuis debilioribus elaborare nequeunt, unde & arbores hæ plerumque ſuæ committuntur naturæ, nec cæduntur, atque in vaſtam excreſcunt craſſitiem ſeneſcentes admodum.

een kuyltje of naveltje boven op, daar in een kort ſpitsje ſtaat, by den ſteel ziet men een vyfbladig kroontje, digt tegen den appel leggende, gelyk aan de Mangoſtaan, en waar mede hy digt tegens de takken aanzit. Den onrypen appel is groen, met voorſchreve wittigheidt bekleedt; de rype werd effen, glad, en door-geel, wat bleker dan de oranje-appels: Onder 't buitenſte vliesken legt een doorn-geel ſmeerig merg, ſmets van ſmaak, en meelig van ſubſtantie. In de midden van 't merg zyn gemeenlyk 7: zomtyds 8 en 9 korls als Amandelen, in fatzoen als nieren, of een quartier Maans, in de rondte tegens malkander geſchikt: De korls hebben een ligt-peerze, dunne, dog zeer harde ſchale, die niet te doorbreken of te byten is, maar wel door te kappen; daar binnen legt een witte ſteenharde beeſt, zo digt aan de ſchaal leggende, dat men hem niet ſepareren kan, onſmakelyk zoet, gelyk de gedroogde pit van Calappus, of nog beter, gelyk de pit van de vrugt Nipa, want de half rype is ook ys-verwig, en door de midden in de lengte gaat een ſpleet.

Het buitenſte hout des ſtams is wit, digt, en hard, fyndradig en ſwaar, ten naaſten by als Ebbenhout; zomtyds is het geheel wit van eenparige koleur, zomtyds met ſwarte adertjes en plekken bezet, zomtyds wat ros, en na 't ligt-peerze trekkende; want men heeft 2 zoorten van dit hout. De eerſte zoorte heeft een witagtig hout, het welk als gezegt, na den ligt-peerzen trekt, met een ligt-bruyn hert; De andere zoorte heeft een wit hout, maar in de midden een ſwart hert, in de jonge boomen maar drie en vier vingers breet; maar in de geheel oude boomen, en dikke ſtammen vind men het een been dik, en meer, in ſubſtantie niet veel van 't Ebbenhout verſchillende. Dit ſwarte hert gaat niet altyd door de midden des ſtams, nog is regt rond, maar hier en daar bogtig, hoekig, en ter zyden uitgaande, zomtyds kan men aan het zelve ook tweederley coleuren, en ſubſtantien zien: want het buytenſte, als een ſchorſſe, is regt ſwart, als Ebbenhout, en na binnen toe is het graauwer, of bruinder en vozer: Als men den ſtam dwars doorzaagt, zo is het ſpeculatief om te zien, dit ſwarte hert in de gedaante van een hoekige of gevlamde plek in dat witte hout: Als den boom geheel oud word, is het hert doorgaans zo ſwart, dat men het voor opregt Ebbenhout aanziet, dog by de kanten altyd ligter, en wat naar het groene trekkende.

Men heeft op de Noordkuſt van Ceram in de bogt van Hatuwe, dit hert zo dik gevonden als een volwaſſen man, en de Inlanders verkogten 't ook voor Ebbenhout, maar de bladeren toonende, bevond men dat het Lolin was: Het omleggende witte hout is zo glad en digt, als eenig Ebbenhout, en dierhalven durabel.

De vruchten vind men ryp in Maart, en de volgende regen-maanden, wanneer zy (volkomen geel geworden zynde) van zelfs afvallen, en zo lange onbedorven blyven leggen, tot datze ten laatſten ſwart of rookagtig werden.

Naam. *In 't Latyn* Hebenaſter, *om dat hy een Æmulus of nabootſcher van den regten Ebbenhout-boom is, andere houden hem voor een* Ebenus Alba, *hoewel hy van den bovengenoemde Kapit.* 3. *verſchilt. De Maleyers op Sumatra noemen hem* Gamomong. *Op 't Duitſch* Baſtaart Ebbenhout, *welke naam hem billyker toekomt, dan de* Novella Nigra *of* Salimoeri *boven* lib. 3. *beſchreven. De vruchten noemen de Hollanders* Meel-appels, *van het meelige merg, dat andere by booter met meel gemengt, vergelyken. Amboins* Lolin, *op Leytimor* Lorin, *en* Secur. *Bandaas, Maleyts* Boa Djarong, *dewelke aldaar tweederley is van 't fatzoen der vruchten, de eene kaas-formig, als de Amboinſche, de andere is wat langwerpiger, of naar vooren ſpits, gelyk een Caſuwaris-Ey, beide oranje-geel. In de Uliaſſers, en op Cerams Zuydzyde wert deze boom genaamt* Ahuellu.

Plaats. *Men vindze weinig in Amboina, en hier en daar maar een op het Land van Hitoe, en in Banda, meer vind menze op Ceram, en inzonderheid op Bonoa: item op Sumatra omtrent Jamby.*

Gebruik. *Zo dit hout in overvloed te vinden was, men zoude veel raar ſchrynwerk daar van konnen maken. Nu gebruiken het ſlegts de Amboinezen tot dunne ſtylen en balken aan haare huizen, nemende daar toe meeſt jonge boomen, die nog geen man dik zyn: want de dikken konnenze met haar zobere gereedſchap niet bedwingen, dies de boomen ongemoeyt blyvende, tot een grooten ouderdom en dikte komen.*


A
B
C
C
C

Viscosa fructus medulla edulis est tam cruda, quam sub cineribus tosta vel carbonibus inposita, sapore haud multum diversa a Musæ fructu, qui duriorem gerit carnem. Observantur autem hi fructus in uno loco delicatiores esse quam in altero, in Brasilia saltem navigatores maxime extollunt poma farinacea in Brasilia crescentia, quæque juxta illorum relatum haud multum ab Indica & Bandensi Boa-Djarong essent diversa: In Amboina vero non magni æstimantur, nec multum eduntur, licet olim in Bonoa pagus erat parvus Sëa dictus, ubi potissimum ex hoc vivebant fructu incolae, inque tantis deliciis hunc habebant, ut pueris istos exhiberent fructus, quod alioquin cum Musæ fructibus fit, si non bene contenti sint, quæ vetusta, sed illis olim desiderata paupertas ipsis sæpe hodie exprobratur.

Gamomong in Sumatra circa Jambyam crescens lignum gerit ex albo & nigro maculatum, cujus vero cor totum etiam nigricat, multumque expetitur ad manubria, aliaque minora opera ex illo formanda.

In Ceramæ parte australi circa Amaly hæ arbores multum etiam crescunt ultra pedem crassæ, externe rugosæ, quarum lignum exterius album est ad trium digitorum crassitiem, sed illarum cor plerumque fissum est, quod plerumque magis cinereum est quam circumjectum interius nigrum lignum, quod politum in obscure viridem tendit colorem, unde quidam non male hoc *Ebenum viride* vocant; ob fissuras illas solida opera ex hoc ligno fabricari nequeunt, sed in asserculos hinc secatur.

Arbor hæc Amalyensis minores gerit fructus quam Amboinensis, paulo majores Limone Nipis, rotundos penitus seu sphæricos, coloris aurantii pallidioris: Videtur autem mos legitimo cædendi modo hocce lignum non bene detectus fuisse, dum in truncis sesquipedem crassis cinereum istud cor itidem finditur, licet utræque ejus extremitates foliis aliisque ligatoriis rebus essent obvolutæ, ne per solem exsiccentur. Fructus, uti supra dictum fuit, sub cineribus tostus, ejusque mucosa caro comesta diarrhæam sistit.

Het smerige merg van de vrucht kan men ook eeten zo raauw, als in heete assche of op kooleen gebraden, in smaak niet veel wykende de Piessang, die wat hard van vleesch is: Dog het schynt dat ze op de eene plaats veel smakelyker zyn, dan op de andere, immers de Brasilie-vaarders roemen zeer van haare Meel-appels in Brasil wassende, en die, na haar luiden verhaal, niet veel van de Oost-Indische, en der Bandanezen haar Boa Djarong zouden verschillen. In Amboina werdenze niet veel geacht nog gegeten, hoewel 'er eertyds op Bonoa, een Negorytje was, Sëa genaamt, daar ze meest van deze vruchten leefden, en zodanige lekkernyen daar van maakten, dat ze haar kinders daar mede paayen, gelyk men anders met Piessang doet, welke oude, dog voor haar luiden gewenschte armoede, haar tot nog toe verweten werd.

Het Gamomong, *op Sumatra omtrent Jamby wassende, heeft een hout met swart en wit geplekt, dog in de midden geheel swart, en werd veel gezogt, om stelen en ander klein werk daar van te maken.*

Op Cerams zuyd-zyde, omtrent Amaly, vindmen ze ook veel ruym een voet dik, hoekig, en ruig van buiten, hebbende een wit spint van 3 vingers breet, maar zyn meest hert-scheurig, en het hert is grauwer, dan het omleggende swarte hout, het welk gepolyst zynde, na het donker-groene trekt, waarom het zommige niet qualyk groen Ebbenhout *noemen: wegens de voornoemde scheuren kan men geen massief werk daar van maaken, maar moet het tot plankjes zagen.*

Dit Amalyze heeft kleender vruchten dan het Amboinze, wat grooter als een Lemoen Nipis, regt rond, en ligt oranje-geel: Het schynt dat men de regte manier van dit hout te kappen, nog niet weet, dewyl in de stammen van 1½ voet dik het grauwe hert nog al hertscheurig bevonden werd, hoewel men de beide eynden met bladeren en ruigte bewonden hadde, op dat ze de Sonne niet raaken zoude: De vrucht, als boven gezegt, onder de assche gebraden, en 't smerige merg daar uit gegeten, stopt de buikloop.

Tabula Sexta

Ramum exhibet *Hebenastri.*

Ubi Litt. A. Ejus *fructum*,
B. *Fructum dissectum*,
C. C. C. *Officula seminalia* denotant.

De zesde Plaat

Vertoont een Tak van de *Hebenaster*, ofte *wilde Ebbenboom.*

Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht*,
B. De *opgesneaene vrucht*,
C. C C. De *Zaadkorrels* aanwyzen.

OBSERVATIO.

Hæc arbor nomine *Lolin* a *Valent. pag.* 223. & in *Tab.* sub *No.* LXIV. exhibetur.

AANMERKING.

Deze boom komt by *Valent.* op *pag.* 223. voor, onder de naam van Lolin-Boom, en op de Plaat onder No. LXIV. beschreven.

CAPUT SEXTUM.

Metroſideros vera. *Nani.*

AB exoticarum deſcriptoribus plurima enarrantur ligna, quibus duritiem & nomen Syderoxyli tribuunt, cujus in aquoſa India quatuor nobis innotuerunt ſpecies, quæ omnes tamen diverſæ ſunt arbores, parum inter ſeſe convenientes, primum vero eſt genuinum Syderoxylum, quod cum *Julio Scaligero* nobis dicitur *Metroſideros*, in Orientalibus inſulis nomine *Nani* notum. Secunda ſpecies eſt *Metroſideros Amboinenſis*. Tertia *Metroſideros Moluccenſis*. Quarta *Metroſideros Spuria*, quarum tres poſteriores in tribus ſubſequentibus deſcribentur capitibus.

Nani arbor eſt vaſta, ſilveſtris, craſſitiem habens binarum ulnarum, plerumque recto adſurgens trunco, qui tamen ſæpe ad unum alterumve latus parum ſinuoſus eſt. Ejus cortex exterior eſt glaber, æqualis, ex cinereo & ruffo mixtus, tenuis, inque vetuſto trunco facile decorticandus, ſub hoc viridis reconditur pellicula, reſtansque corticis pars vix minorem digitum craſſa eſt, dura, & pallide ruffa, primo dulcis, dein adſtringentis ſaporis. Rami admodum extenſi ſunt & incurvi: Folia referunt illa Caryophylli ſilveſtris, ſed ſunt breviora, & in binas hujus arboris ſpecies diſtincta, *vera* enim *Caju Nani* eſt *parvifolia*, cujus folia quatuor quinqueve pollices ſunt longa, binos & binos cum dimidio lata, craſſiuſcula, in firmum apicem deſinentia.

Altera ſpecies eſt *latifolia*, quæ folia gerit quinque, ſex, & ſeptem pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, cæterum inter ſeſe convenientia, ſuperiore parte hæc ſunt glabra, læte virentia, tenuiſſimis ac vix dignoſcendis venis transverſalibus pertexta, uti in Caryophylli foliis id etiam obſervatur; ſunt autem rariores magiſque intricatæ, in inferiore vero parte magis protuberant, ubi numeroſæ admodum ſibi inplicatæ ſunt. Folia ipſa brevibus inſident petiolis ſibi oppoſita, quatuorque ſimul cruciata ſunt, uti in Caryophyllorum foliis id obtinet. Inferiora autem ſemper minora ſunt, ac ſæpe ſolitaria, ramuli itidem cruciati ſunt, inque longum apicem deſinunt uti Varinga. Junioris arboris folia ſequenti locata ſunt modo, ramuli non vere cruciati ſunt, ſed tam bifidi quam trifidi, recti, rotundi, firmi, & glabri, ad quorum ortum magnum provenit folium, ſex ſeptemve pollices longum, quum cætera tantum quinque pollices longa ſint, binos ac binos cum dimidio lata: Ramulorum extremum vel in longum terminatur apicem uti Varinga, vel in bina tenera ſeſe aperit foliola: In adultis vero arboribus ſequenti ſeſe habent modo: Ramuli ſunt breves & inordinati. In ipſorum extremo bina ternave foliorum paria locantur plerumque cruciata vel parum obliqua, quatuor quinqueve pollices longa, brevibus inſidentia petiolis, quæ in brevem deſinunt apicem, qui in quibusdam non obſervatur.

In ramulorum extremo flores itidem cruciatim poſiti corymbis inſident raris uti in Caryophyllis, ſed non ita regulariter cruciati, hiſce increſcunt glauca capitula, pauca numero, quæ ſeſe aperiunt in quatuor parva, ſubrotunda, & craſſiuſcula petala, in quorum centro numeroſa parva albicantia locata ſunt ſtamina, in medio luteſcentia ſeu ſordide albentia uti in Bellide minore, præterquam quod Nani flores ſint minores, petalaque tenuiora, ad quorum baſin ſtilus erigitur firmus capitulo inſidens, quod in fructum excreſcit, qui bacca eſt rotunda, major Juniperi baccis, minorque Ceraſis nigris, ſupra umbilicata, non acuminata, ſed cruciatim bifida, primo viridis, dein lutea, ac demum nigricans, diu arbori inſidens; ſub ejus tenui putamine parvum ac paleaceum reconditur ſemen, fere inſtar ſeminis Lactucæ, ſed minus, atque ex fuſco ruffum, quod baccæ maturæ & dehiſcentes ejiciunt.

In vetuſtis truncis cortex fere duplex eſt, exterior enim cinereus ad cultri craſſitiem ab interiore ſeparatur, atque inſtar ſquamæ ipſi adhæret, optime referens corticem Ligni Guajaci, cum quo Nani multum convenit, uti id mihi peritus Indiæ Occidentalis perſcrutator adſeruit, qui magnam illius copiam decortica-

VI. HOOFTSTUK.

Yzer-hout.

BY de beſchryvers van de vreemde planten vint men verſcheide houten, die ze de hardigheid en toenaam van Yzer toeſchryven, waar van ons in water-Indien vier zoorten tot kenniſſe zyn gekomen, dewelke egter alle vier verſcheide boomen zyn, met malkander weinig gemeenſchap hebbende, te weten 1. *het opregte Yzer-hout, het welk wy met* Jul. Scaliger *noemen* Metroſideros, *in deze Ooſterſche Eilanden met de naam van* Nani *bekent.* 2. Metroſideros Amboinica. 3. Metroſideros Molucca. 4. Metroſideros Spuria: *welke drie laatſte in de drie volgende Kapittelen zullen beſchreven werden.*

1. Nani *is een groote hooge Wout-boom, in de dikte van twee mannen omvademens, meerendeels met een regten ſtam, of aan de eene, of andere zyde wat bogtig. De buitenſte ſchorſſe is glad, even, uit den grauwen en ligt roſſen gemengt, dun, en aan de oude ſtam ligt afſchilverende, daar onder leyt een groen huydeken, en vervolgens de verdere ſchorſſe, ſchaars een pink dik, hard, en ligt-ros, eerſt zoet, maar ſtraks t'zamentrekkende van ſmaak. De takken zyn wyd uitgebreid, en zeer krom; de bladeren gelyken zeer na de wilde nagelen, dog zyn korter, en na de* 2. *zoorten dezes booms onderſcheiden, de eerſte en opregte* Caju Nani *is de* kleen-bladige, *wiens bladeren zyn* 4. *à* 5 *duimen lang,* 2 *en* 2½ *breet, dikagtig, met een ſtyve ſpitze.*

De 2. *zoorte is de* breed-bladige, *met bladeren* 5. 6. *en* 7 *duimen lang,* 2. *en* 2½ *breed, anders malkanderen gelyk: Aan de bovenſte zyde zyn ze glad, blyde-groen, met fyne en pas merkelyke adertjes over-dwers doorregen, gelyk aan de Nagel-bladeren te zien is; dog ydeler en verwerder door malkanderen, aan de onderſte zyde ſtekenze wat merkelyker uit, daar ze ontelbaar door malkander lopen. Zy ſtaan op korte ſteeltjes tegens malkanderen, en maaken met haar vieren een kruis, gelyk de Nagel-bladeren. De agterſte zyn altyd kleender, en ſtaan dikwils alleen, zo ſtaan ook de ryskens meeſt in 't kruis, en eindigen in een lange ſpits, gelyk de Waringa. De bladeren aan een jongen boom ſtaan aldus: De ryskens ſtaan niet regt in 't kruys, maar verdeelen hun zo wel in* 2. *als in* 3., *en zyn regt rond, ſtyf, en glad, hebbende by haar oorſpronk een groot blad,* 6. *en* 7. *duimen lang, daar de andere maar* 5. *lang zyn,* 2 *en* 2½ *breed. Het uitterſte der ryskens of eyndigt in een lange ſpits, gelyk de Waringa, of opent zig in* 2. *jonge blaadjes. Aan de oude boomen is 't aldus: de takskens zyn kort, knoeſtig, en ſtaan zonder order; aan haar uitterſte ſtaan nog* 2. *à* 3. *paren bladeren, meeſt in 't kruys, of wat ſchuyns,* 4. *en* 5. *duimen lang, op korte ſteeltjes, vooren met een korte ſpits, die men aan zommige geheel niet ziet.*

Aan 't uytterſte der ryskens komt ook in kruyzen verdeelt 't bloeizel aan ydele kroontjes voort, gelyk aan de Nagelen, dog zo ordentlyk niet in 't kruys, daar aan komen blaauw-groene knoppen, weinige in 't getal, dewelke haar openen in vier kleine rondagtige en dikke blaadjes, daar in ziet men veél korte en witte draatjes, in de midden geelagtig, of vuyl-wit, gelyk de Bellis Minor, behalven dat de Nani bloeyzel kleinder, en de blaadjes fynder zyn, met een ſtyf ſtiletje in de midden ſtaande, op een knopje, waar uit de vrucht werd, 't welk zyn ronde beziën, grooter als Jenever-beziën, en kleinder als krieken, boven op met een kuyltje, en zonder ſpits met 2. *linien in 't kruys, eerſt groen, daar na geel, ten laatſten ſwartagtig, en lange aan den boom blyvende; onder de dunne ſchaal leyt een kleen en ſchubachtig zaad, ſchier dat van de Latuwe gelyk, dog kleinder en bruyn-ros, 't welk de beziën ryp zynde, en opberſtende, uitwerpen.*

Aan de oude ſtammen is de ſchorſſe genoegzaam dubbeld, want de buitenſte graauwe, in de dikte van een mes, ſchilfert van de binnenſte af, en hangt ſchubs-gewys daar aan, zeer gelykende de ſchorſſe van Pokhout of Lignum Guajacum, met dewelke ons Nani groote gelykeniſſe heeft, zo als my een ervaren Weſt-Indiſch vaarder verzekert heeft,

ficavit, dicebat vero Ligni Guajaci corticem dulcis esse saporis, quum hic Nani cortex primo quidem dulcis ac lentus sit, si masticetur, sed, uti dictum fuit, mox adstringentis est saporis cum notabili amaritie, dicebatque porro folia modumque crescendi cum Guajaci arbore convenire.

Hujus arboris lignum duplex est, crescitque more Ebeni, exterior enim trunci pars est lignum solidum instar lardi, interius ambiens cor, quod proprie illud est, quod Metrosideros seu Syderoxylum vocatur, non enim tantum ferrugineum gerit colorem, qui paulo tamen pallidior est, ex cinereo nempe & pallide fusco mixtus, sed adeo insuper durum ac ponderosum fere est hoc cor, ac ipsum ferrum: In junioribus vero arboribus est magis ruffum, in vetustioribus autem magis fuscum ac fere pullum, glabrum, & grave instar marmoris, sed brevissimis venis variegatum, nec adeo tenuibus constat fibris ac Guajacum, duritie Ebenum superans, sed non tenuitate, politum enim nunquam ita splendet ac Ebenum.

Hæc dicta sunto de prima seu parvifolia specie, latifolia enim, quæ femina habetur, multo magis ruffum gerit, mollius, ac vilius lignum, ad cordis extremum semper durius quam in ejus meditullio; quo autem vetustiores sint hæ arbores, eo magis fuscum est ipsarum cor, Amboinenses autem raro has cædunt arbores, sed tam diu ipsas suæ committunt naturæ, donec a ventis disjiciantur, quod hæ arbores præ aliis facile admittunt, non tantum per ponderosum ipsarum lignum, sed quod ejus vastissimæ radices sub terra tantum prorepant, maximæque supra ipsam eleventur, nec deorsum vergant, uti in Ebeno, quodque magis in ipsis observatur, si non crescant in locis saxosis sed argillosis, & ad montium declivia loca.

Anni tempus. Plerumque Januario floret: Fructus vero mense Aprili observantur, sed usque in Octobrim ex arbore dependent: Locum amat hæc arbor argillosum majoribus mixtum lapillis, quoque saxosius sit solum, eo melius exhibet lignum; contra quæ in plana ac molli crescit terra, plerumque est species latifolia ac rubra, qualis in planis Javæ & Sumatræ plagis occurrit.

Nomen. Latine *Metrosideros vera*, seu *Lignum Ferreum verum*: Belgice *Yzer-hout*: Malaice *Caju Bessi Benar.* Amboinice *Nani.* Ternatenses quidam illud quoque vocant *Hate Bessi*, hoc autem nomen vulgo Samar tribuitur. Chinensibus *Thi Seê* vocatur, h. e. *filum ferreum*, & *Jamtsja* h. e. lignum salsum, quum igni injectum strepitum movet instar salis, qua in re cum Ebeno Mauritiano convenit.

Altera species *Nani Merak* dicitur, & Amboinice *Nani Wajer*, h. e. Nani aquosa. Metrosideros vero nomen ipsi primum inpositum est a *Julio Scaligero*, qui eam obscure describit *Exercit.* 181. *Distinct.* 27. doctus autem ille vir putat, vel forte ipsi sic persuasum fuit, hoc cor genuinum esse ferrum, vel id forte intellexit de miris quibusdam ejus qualitatibus, quæ in quibusdam observantur lignis, quæ tamen diversæ sunt, sæpe enim frustum ferri vel æris in his detegitur, uti & Javani narrant aliquando in sua accidisse regione, quæ frusta ipsis in magno sunt pretio, creduntque illum, qui hæc gerit, non posse vulnerari, de quibus porro rebus librum vide meum de Lapidibus sub nomine Dendritis. *Metrosideros* autem Græce vocatur omnis arbor, cujus cor aut ferream duritiem, aut ferri colorem habet.

Chinensium nomen *Jamtsja* huic inproprie tribuitur ligno, genuinum enim *Jamtsja* seu lignum salis peculiare Chinense est lignum ex Kautschi & Koinam adductum, quod durissimum est, solidum, & album, quod Chinenses adhibent, ut ipsi insculpant omne topiarium genus, certasque figuras, quodque igni injectum tantum excitat strepitum, ut ipsi adstare quis nequeat, quod nostrum Nani non vel vix efficit. Diversum quoque est a Macassarensium *Nani* seu *Nane*, etiam *Caju Sawa* dictum, de quo vide Auctuarium meum. Ita quoque ab hoc ligno talia formantur instrumenta, qualia ex durissima *Jambu* arundine vel alio quovis ex duro ligno confecta forma pastini fabricata, quibus medulla Sagus arboris contunditur.

Locus. Optimum ac elegantissimum habetur, quod in Amboina crescit, præsertim in districtu ab Oerimessen usque ad Nussauwe, ubi toti montes ab hisce arbo-

heeft, die 'er meenige van gekapt hadde, dog hy zeide, dat de schorsse van 't Pokhout of Lignum Guajacum, zoet van smaak en Gomachtig is, daar die van Nani in 't eerste wel zoet, en lenig in 't knouwen is, maar als gezegt, verandert straks in een groote adstrictie, met een merkelyke bitterheid, voorts de bladeren en manier van wassen, zeide hy, met den Pokhout-boom wel overeen te komen.

Het hout van dezen boom is tweederley, en wast op de manier van 't Ebbenhout, want het buitenste deel des stams is een vast hout, als spek, het binnenste hert omgevende, 't welk is het gene men eygentlyk Yzerhout noemt, want het is niet alleen Yzer-roestig van koleur, dog wat ligter, te weten, uit het graauwe en ligt-bruine gemengt, maar ook zo hard en swaar, als yzer ten naasten by. Aan de jonge boomen is het rosser, maar aan de oude bruynder, en bykans aard-verwig, glad, en swaar, als marmer, dog met korte adertjes gestreept, en zo fyn niet als Pokhout, aan hardigheid het Ebbenhout overtreffende, maar niet in fynte, want het gepolyste wil nooit zo glimmen, als het Ebbenhout.

Dit is gezegt van 't eerste of kleynbladige geslagt, want het groot-bladige, 't welk men voor 't wyfken hout, is veel rosser, weeker, en slegter van hout, aan de kant van 't hert altyd harder, dan in de midden. Hoe ouder deze boomen zyn, hoe bruynder 't hert word, dog de Amboinezen kappen hem zelden om, maar laten hem zo lange staan, tot dat hy van de winden omgeworpen word, 't welk dezen boom voor anderen onderworpen is, niet alleen wegens zyn swaar gewigte van hout, maar om dat zyne breede wortelen langs de aarde kruipen, en de grootste boven de aarde bloot staan, en niet regt nederwaarts gaan, gelyk aan den Ebbenhout boom, en dat nog meer, als ze op geen stenigen, maar klyagtigen gront staan, en in 't hangen der bergen.

Sayzoen. *Hy bloeit meest in January: De vruchten ziet men in April, dog blyven aan de boomen hangen tot in October; hy bemind een klyagtigen grond, daar groote steenen onder gemengt zyn, en hoe steeniger de grond is, hoe beter het hout valt, daar en tegen het geene op een vlakke en zagte grond wast, is meest van het breedbladige en roode geslagt, diergelyke men op de vlakke landen van Java, en Sumatra vint.*

Naam. *In 't Latyn* Metrosideros Vera *of* Lignum Ferreum Verum. *In 't Duitsch* Yzer-hout: *Maleyts* Caju Bessi Benar. *Amboinsch* Nani. *Zommige Ternatanen noemen het ook* Hate Bessi, *dog dien naam werd in 't gemeyn aan het Samar gegeven. Chinees* Thi Seê, *dat is, Yzerdraat, en* Jamtsja, *dat is zout hout, om dat het in 't vuur een weinig knerst, als zout, 't welk het met 't Mauritiaansche Ebbenhout gemeen heeft.*

De tweede zoorte noemt men Nani Merak, *en in 't Amboinsch* Nani Wajer, *dat is wateracbtig Nani. De naam van* Metrosideros *is hem eerst van* Julius Scaliger *gegeven, die hem donker afschetst* Exercit. 181. Dist. 27. *hoewel dien goeden Heer aldaar gemeent heeft, of misschien alzo wys gemaakt is, dat dit hert van wezentlyk yzer zy, of men moest hem verstaan van zommige raare toevallen, als men in eenige houten, die doch verscheyden zyn, zomtyds een stukjen yzer of koper vindt, gelyk de Javanen zeggen nu en dan op haar land geschiedt te zyn, welke stukjes zy in groote agting houden, en geloven, datze den dragenden zullen onquetsbaar maaken, van welke dingen ziet myn Steen-boek onder den naam van* Dendritis. *By de Grieken wert elke boom* Metrosideros *genaamt, welkers hart zo hard als yzer is, of deszelfs koleur heeft.*

De Chineeze Naam Jamtsja *werd egter dit hout oneygentlyk gegeven, want het regte* Jamtsja *of zout hout is een byzonder hout uyt China* Kautschi *en* Koinam *komende, zeer hart, digt, en wit, 't welk de Chineezen gebruyken, om alderhande loof-werk en figuren daar in te snyden, ende in 't vuur zo geweldig knerst, dat men daar by niet staan kan, 't welk ons Nani niet of weinig doet. Ook is het te onderscheiden van der Macassaren* Nani *of* Nane, *anders Caju Sawa genaamt, waar van ziet myn Auctuarium. Zo werden ook van dit hout gemaakt zodanige Instrumenten als van de hardste Bamboes, of eenig ander hard hout gemaakt, in gedaante van een disseltje of houweeltje, waar mede men 't merg uyt den Sagu-boom kleyn kapt.*

Plaats. *Men hout dat het schoonste en beste valt op Amboina, inzonderheid in 't Gespanschap van Oerimessen tot Nussauwe toe, alwaar men geheele bergen heeft, meest* vol

arboribus occupati occurrunt, quarum vetuſtiſſimæ magna in copia a ventis projectæ jacent. In parva quoque reperitur Cerama, Kelanga, Bonoa, ac porro in omnibus ſaxoſis inſulis adjacentibus, invenitur quoque, ſed raro, in planis Javæ campis circa Samarang & Sumatram, ſed vilis ejus ſpecies; illud autem ob gravitatem deferri nequit, unde Javani & Malaienſes illud ab Amboinenſibus petunt. Melius eſt quod in Cautſilia & Coynama creſcit, quod a Chinenſibus multum expetitur, ad gubernacula & anchoras navium.

Uſus. Lignum hoc perenne fere habetur tam in aqua quam in terra, quod ipſum ſuperat ferrum, quod hisce in terris quam maxime extabeſcit, præſertim ſi ab acri noctis aëre tangatur: Contra hoc lignum pluviis, ventis, aquæ, terræ, ac præſertim aquæ marinæ optime reſiſtit. Hinc a Chinenſibus aliisque mercatoribus mare frequentantibus magno habetur in pretio, ex quo navium gubernacula anchorasque formant, navis vero moderamini aliud levius jungunt lignum, ut ligni latitudini parcant, ad anchoras vero tota craſſa iſtius ligni eliguntur ſegmenta, quæ in aqua inſtar lapidis fundum petunt, quas in binas quaſi formant manus, uti oportet, inque medio foramen excavant, cui anchoralem intrudunt fuſtem ex alio confectum ligno; hunc in finem petunt plerumque magna fruſta ex Cautſili & Coynama, ita ut ipſis unum navis majoris gubernaculum conſtet quadringentis vel quingentis imperialibus, anchoraque ab octoginta ad centum imperiales.

Amboinenſes incolæ quotannis ſolebant magna quædam hujus ligni fruſta in Javam adducere, quale ex ſilvis petitum ac cæſum ibi eſt, quod permutabant aliquando binis, aliquando uno Oryzæ talento; ligneæ hæ anchoræ ab ipſis meliores cenſentur, inque aqua marina durabiliores quam noſtræ ferreæ, quum coſſus Capang dictus nunquam hoc etiam perforet lignum, uti in aliis ſæpe fit duris lignis. Amboinenſibus raro eſt in uſu ad ædificationem, ac tantummodo poſtes quosdam eligunt, ſi in ſilvis hos inveniant, quorum exterius lignum jam computruit, quos non dolatos & anguloſos ædibus ſuis adponunt, ligamentisque connectunt, quum clavos non admittat hoc lignum, quod ſoli exponi non amat, quum fiſſuras contrahat tenues, ac ſuperficiem ſordide cineream, nihilominus tamen perennat.

Totum ego vidi vallum ex clauſtris confectum, foliisque obductum deflagrantem, cujus totum tectum uno firmatum erat poſte hujus ligni, omniaque per horam circa longum hunc poſtem conſumebantur, atque in carbones convertebantur, hic autem poſtis intactus perſiſtebat, excepto quod ejus ſuperficies toſta ac nigro obducta eſſet cortice per flammam. Opera, quæ ex hoc ligno formanda ſunt, ex recenti & ſemi ſicco ligno fabricari oportet, quum ſiccum neque ſerra neque dolabra elaborari poſſit, ſubtilis vero ſerra ſatis facile ſiccum penetrat lignum, ſi interim aqua adſpergatur, alioquin flammam conciperet, nec ſerra penetrare poſſet. Ciſtiarii & torniones quam maxime hocce vexantur ligno, dolabra enim nihil ex hoc conſumere poteſt niſi levem brevemque quaſi lanuginem, aſſerculique porro fortiter fricando poliendi ſunt. Tornio ſuam exercens in hoc lignum artem, mortarium mihi fabricavit, ſed antequam elaboratum eſſet, tot frangebat inſtrumenta, ut ejuraret hocce lignum, nec unquam iterum elaboraturum ſeſe illud adfirmaret, nec mihi etiam placeret talem ſolvere laborem, totque perdita inſtrumenta.

Cortex ſponte ex trunco ſeſe ſeparans adprobatum eſt medicamentum, ad ſiſtendum fluorem album & Diarrhæam, ſi parum contuſus cum veteri maſticetur Pinangæ fructu, addito pauxillo Zingiberis, Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ, & Allii, quorum ſuccus deglutiendus eſt.

Ex vetuſtis & deciduis arboribus carbonarii Societatis Indicæ in Amboina ſuos exurunt carbones, qui elegantiſſimi ſunt melioresque, quam ſi ex aliis lignis combuſti eſſent, ſunt enim ingentes & ſolidi carbones, licet ſupra terram exurantur, ſed ceſpitibus tecti, alia autem ligna in foſſis exurenda ſunt.

Mirum eſt hoc lignum melius ignem concipere flammamque emittere pluvioſo quam ſicco aëre, adeoque vehementer excandeſcit, acſi candens eſſet metallum: Fabri etiam teſtantur nullos ſeſe hisce in terris habere

vol van dezen boom, en de oude met meenigte door de winden omgeworpen. Men vint het ook op klein Ceram, Kelang, Bonao, en voorts op alle ſteenagtige Eilanden daar rondom gelegen; men heeft het ook, dog ſchaars, op de vlakke velden van Java omtrent Samarang en Sumatra, dog van de ſlegte zoorte, 't welk men wegens zyn ſwaarte niet wel kan afbrengen, dierhalven het de Javanen en Maleyers van de Amboinezen eiſſchen. Beter is het gene in Cautſilie en Coynam valt, 't welk van de Chinezen zeer gezogt werd, tot roers en ankers van haare vaartuigen.

Gebruik. *Dit hout werd bykans onvergankelyk gehouden, zo in 't water, als in de aarde, konnende zelfs het yzer tergen, het welk in deze Landen de tering magtig onderworpen is, inzonderheid als het van de ſcherpe nagtlugt geraakt werd. Daar en tegen kan dit hout beſtaan tegen regen, wind, water, en aarde, inzonderheid het zoud-water. Hierom is het by de Chinezen en andere Kooplieden, die ter zee vaaren, in groote agting, om roers en ankers van haare groote Jonken daar van te maaken, dog aan 't roer, ander ligt hout hegtende, om de breedte van 't hout te winnen, maar tot de ankers nemen ze ſlegts breede dikke planken, die in 't water zinken als een ſteen, dezelve formeerende tot twee handen, als een anker behoort, en maaken een gat in de midden, daar ze een anker-ſtok van ander hout in ſteeken; hier toe halen ze meeſt de groote ſtukken van Cautſili en Coynam, komende haarlieden een roer tot een groote Jonk* 400 *à* 500 *ryksdaalders te ſtaan, en een anker van* 80 *tot* 100 *ryksdaalders.*

De Amboinſche Borgers plegen jaarlyks eenige groote ſtukken naar Java te brengen, zo als 't uyt het boſch komt, en ruyg gekapt, daar ze een, en zomtyds twee laſten ryſt voor kregen. Deze houte ankers worden van haarlieden voor beter, en in 't zout water durabelder geacht, dan onze yzere, om datter de boor-worm, Capang *genaamt, nooit in komt gelyk wel in andere harde houten. De Amboinezen gebruiken het weinig tot haren huisbouw, nemende zomtyds eenige ſtylen, die ze in 't boſch vinden omgevallen, en waar van het buytenſte hout of ſpint vergaan is, die ze dan zo ongeſchaaft of hoekig als ze zyn, aan haare huyzen zetten, en met het ander werk vaſt binden, want daar valt geen ſpyker in te ſlaan. Dit hout wil egter niet wel in de zon ſtaan; want het daar van kleyne ſpleten en een lelyke graauwe huidt krygt, niet te min onvergankelyk blyft.*

Ik hebbe een geheel bolwerk van Palliſaden gemaakt, en met Atap gedekt, ruſtende het geheele dak op een middel-ſtyl van dit hout, zien afbranden, dat het wel een uur rondom dezen ſtyl in volle vlam ſtondt, en alles tot koolen raakte, maar dezen langen ſtaak bleef onverteert ſtaan, hebbende van buyten ſlegts een ſwarte korſt gekregen. Wat men daar van maaken wil, moet uit het verſche en half gedroogde hout geſchieden, want het geheele drooge met de zaag en ſchaaf qualyk te bearbeiden is, dog door 't drooge kan een kort getande zaag nog redelyk paſſeren, en moet onder 't zagen water daar op druypen, anders raakt het in brandt, en de zaag kan 'er niet meer door. De Kiſtemakers en Drayers zien haren verdrietigen vyandt aan dit hout, want een ſchaaf kan daar van niets, dan eenige korte wolle afnemen, en de plankjes moet men eindelyk met ſterk ſchuren nog effen krygen. Een Drayer willende zyn konſt betonen, heeft my een vyzel daar van gemaakt, dog hy brak zo veel gereetſchap daar op, dat hy verloofde nooit meer in dat hout te willen werken, en my ook niet luſt zodanigen arbeid en gereetſchap meer te betalen.

De ſchorſſe die van zelfs van de ſtamme afſchilfert, is een geëxperimenteert geneesmiddel, om de witte vloet en buykloop te ſtoppen, als men dezelve eerſt een weinig kneuſt, daar na met een oude Pinang knouwt, daar by doende een weinig Gember, Nagelen, Note Muſchaten, en een weinig knoplook, het zap daar van inſwelgende.

Uit de oude en omgevallene boomen, branden de Compagnies Koolbranders in Amboina alle haare koolen, die zeer ſchoon worden, en beter dan van ander hout, te weten groote en vaſte koolen, al brant men 't boven de aarde, dog met zoden toegedekt, daar men ander hout in kuylen moet branden.

Het is wonderlyk, dat dit hout beter 't vuur ontfangt, en ligter brand by regenachtig, dan by droog weer, gevende een zulke geweldige hitte van zich, als gloeyent metaal; de Smits verklaren geen andere koolen in deze ge-

A
B

habere carbones, qui tantum excitant ardorem illis *Nani*. Lignum hoc satis facile per longitudinem findi potest, ex quo postes securiumque manubria formari possunt, ut & mallei, quibus claustrorum clavos intrudunt. Chinenses tenuem hujus ligni scobem seu rasuram adhibent, quam ulcerationibus inspergunt, ut exsiccentur. In Japana hoc lignum tam caro constat pretio, ut nulli nisi regi vendi liceat, si Chinenses ex aliis id adportent locis, ut regis navigia primum hocce exstruantur.

Uti supra dictum est, vera Nani non tantum crescit in Javæ regione post Samarangam in Oryzæ arvis, sed altera insuper ejus species *Alikukon* dicta, a Nani non diversa, nisi quod majora gerat folia, colorem habeat magis ruffum, longioribusque constet fibris, unde & melius elaborandum est ejus lignum in latos cistarum asseres, mensarum, similiumque, contra Nani brevibus constat fibris & intricatis, unde & secures dolabramque non admittit hoc lignum. Hanc vero puto nostram supra memoratam *Nani Mera* esse.

geweesten te hebben, die zulke hitte geven, als die van Nani. Het laat zig redelyk wel in de lengte splyten, daar men dan stylen van bylen en knuppels van maaken kan, die men als hamers gebruykt, om pagger-bouten aan malkanderen te spykeren. De Chinezen nemen het fyne zaagmeel van dit hout, en stroyen 't in de Ulceratien, om die te doen opdroogen. In Japan is het zo duur, dat men het aan niemand mag verkoopen, dan aan den Koning, als het de Chinezen van andere plaatzen daar aanbrengen, op dat 's Konings vaartuigen eerst daar van gerieft werden.

Als gezegt, zo wast niet alleen het regte Nani op Java landwaart in, agter Samarang in de ryst-landen, maar ook nog een tweede zoorte daar van Alikukon *genaamt, van 't Nani niets verschillende, dan dat het grootere bladeren heeft, rosser van koleur, en langdradiger is, dierhalven gemakkelyker om te werken tot breede planken van Kisten, Tafelen, &c. daar het Nani kortdradig en warrig is, onbekwaam voor byl en schaaf. Dit oordeele ik ons bovenstaande* Nani Mera *te zyn.*

Tabula Septima

Ramum exhibet ad Litt. A. floriferum arboris, quæ *Metrosideros vera* seu *Nani* vocatur.
B. *Ramum* denotat *frugiferum.*

De zevende Plaat

Vertoont by Lett. A. een bloemdragende Tak van een boom, die de *opregte Yzer-boom* ofte *Nani* genaamt wert.
B. Wyst aan deszelfs *vrugt-dragende Tak.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc sub nomine *Nani* a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 210. occurrit, & in *Tab.* sub *No.* LIII. exhibetur.

AANMERKING.

Deze Boom komt mede voor by *Valent.* in de Beschryving van *Ambon*, op *pag.* 210. en wert *Nani-Boom* van hem genaamt, en op de Plaat onder *No.* LIII. verbeeldt.

In Auctuarii *capite tertio Metrosideros Macassarensis* seu *Caju Sawo-Nane* sequenti describitur modo.

Licet arbor hæc exotica idem cum *Amboinensi Metrosidero vera* seu *Caju Nani* supra *lib.* 4. descripta gerat nomen, adeo tamen ab ipsa differt, ut tanquam diversam arborem hic eam describere voluerim. Tantam cum *Bonga Tanjong* gerit similitudinem, ut quam diu teneræ sint, nec fructus proferunt, a sese invicem vix dignosci possint, nec inproprie ad unum genus reducantur; hac in re tamen differunt, quod *Caju-Sawo* coma quasi stratis aucta crescat, uti arbor *Pule*, quum *Tanjong* densam & tumidam quasi gerat comam.

Macassarenses Nani duas quoque numerant species, quæ enim in scopulosis crescit insulis, pusilla est instar Limonii, truncum gerens incurvum & sinuosum, quæ vero in arenoso & molli crescit solo, in Lansii arboris altitudinem excrescit in silvis, ubi ejus truncus tam crassus est, ut vir vix eum complecti possit, cujus coma, uti dictum fuit, separata est. Ejus cortex est nigricans, rugosus, fissus, crassus, & fragilis, in vetustis truncis in lamellas separatus, uti in vetusta Sideroxyli arbore. Rami in plurimos breves ramulos divisi sunt, inque iis folia locata sunt solitaria, inordinata, in uno tamen alterove loco bina aliquando sibi sunt opposita, quæ Tanjong quoque folia referunt, sed sunt latiora, & superius rotundiora, tres vel tres cum dimidio pollices longa, ultra binos lata, in obtusum apicem desinentia, deorsum inflexa, vetusta vero folia superius bifida sunt, suntque porro glabra & firma instar pergameni, subtilissimis ac vix dignoscendis transversalibus venulis inferiore sua parte pertexta.

Flores illis *Bonga-Tanjong* sunt similes, sed majores, diversumque fundentes odorem, nec adeo gratum, immo potius fœtentem. Fructus nunc solitarii, nunc bini ternive brevi petiolo communi insident, magnitudine semi perfecti *Limonis Nipis*, suntque diversæ formæ, nunc enim inferiore parte angustantur, & superiore dilatantur instar Pyri, nunc vero sunt Lansiformes, alii superiore magis acuminantur parte instar cordis, qui omnes in summo brevem gerunt apicem, quam diu sunt teneri, exterius aurantii coloris, dein ex nigro fusci sunt. Sub tenui fragilique ipsorum putamine

In het derde Hoofdstuk *van het* Byvoegzel *wert de* Macassersche Yzerhout-Boom *op de volgende wyze beschreven.*

Hoewel deeze uytlandsche boom dezelfde naam draagt met het Amboinsche Metrosideros vera *of* Caju Nani, *hier boven in 't 4de boek beschreeven, zo verschild hy nogtans zo veel daar van, dat ik hem voor een byzonderen boom heb willen beschryven. Hy heeft zulke gelykenisse met de* Bonga Tanjong, *dat ze nog jong zynde, en geen vrugten dragende, qualyk van malkander te onderscheiden zyn, en dierhalven niet onbillyk onder een geslagt mogen gerekent worden: Hier in verschillen ze egter, dat* Caju-Sawo *aan zyn kruyn met lagen boven malkander groeit, gelyk den boom Pule, daar den* Tanjong-*boom een digte en bolagtige kruyn maakt.*

De Macassaren hebben van haar Nani ook twee gedaantens, want het geene op klippige Eilanden groeidt, blyft kleen als een Lemoen-boom, met een bogtige kromme stam, maar het geen in zandige en weeke grond staat, schiet zo hoog op als een Lance-boom, in 't wild met een stam zo dik, dat hem een man kwalyk omvademen kan, en met een verdeelde kruyn, als gezegt. De schorsse is swartagtig, ruyg, gescheurd, dik, en breeksaam, aan de oude stammen met lappen afspringende, gelyk aan 't oude yzerhout. De takken staan vol korte ryskens, en aan dezelve de bladeren enkelt en zonder ordre, dog hier en daar ziet men ook twee tegens malkander staan, deze nu gelyken mede na de Tanjong-bladeren, dog zyn breeder en voren ronder, 3 en 3½ duym lang, ruym twee breed, voren met een stomp spitsje, nederwaarts gekromt, dog de oude bladeren schynen voor gekloven te zyn; voorts glad ende styf als perkament, met subtiele en van onderen pas kennelyke adertjes, dewelke dwers lopen.

Het bloeizel is mede dat van Bonga-Tanjong *gelyk, dog grooter en van een anderen reuk, die zo aangenaam niet en is, ja veel meer stinkende. De vruchten staan enkelt, zomtyds twee en drie op een kort steeltje by malkander, in de grootte van een half-wassen Lemon Nipis, dog van verscheide gedaante; want sommige zyn van agteren smal, en voren breed, gelyk een Peer, sommige zyn Lance-formig, andere na vooren spitzer, gelyk een hert, alle met een kort spitsje boven op, zo lank als zy jonk zyn, van buyten eerst oranje-geel, en ten laatsten swart-bruyn. Onder een dunne en brosse schaal, leyt een smeerig vleesch,* of

tamine mucosa reconditur caro seu medulla, saporis dulcis instar Dactylorum, cum grata aciditate mixti, qua in re cum fructibus ac medulla *Bonga Tanjong* conveniunt.

In hac medulla tria, aliquando bina vel quatuor lapidea locantur officula adunata, quodammodo convenientia cum feminibus quartæ silvestris Vidorici speciei, plerumque tamen referunt citharam, alia vero femi plenam lunam, horumque pars angustior ad petiolum tendit. Officula hæc obscure lutei sunt coloris, in dorso glabra & splendentia, in inferiore vero parte cinerea sunt vel pallida, quæ nucleum continent albicantem. Hi fructus erecti semper pedunculis insident in ramis, licet adeo emarcidi sint, ut ipsorum decidant fragmenta.

Magnum arbori adferunt ornamentum; sub læte viridi enim ejus coma fructus hi eriguntur tricolores, aurantii nempe, fusci, & nigricantes. Ex ramis abruptis, & vulnerato cortice paucum exstillat crassum lac, uti in *Bonga Tanjong*. Lignum gerit hæc arbor solidum & grave, ad oras albicans, sed ad interiorem sensim partem rubescens, quod in solo durabile est, qua in re ab omnibus Vidorici speciebus differt.

Nomen. Latine *Metrosideros Macassarensis*. In Macassara & Bima vocatur *Nane*. Malaice & Javanice *Caju Sawo*. An vero *Caju Sawo* & *Caju Sau* unum idemque sit nomen, determinare nondum possum, *Caju Sawo* saltem inserviret quoque anchoris, si satis magna ejus fragmenta conquiri possint, sed plantatas arbores nemo facile permittit cædi, quæque in silvis crescunt, plerumque incurvæ sunt & breves. Per *Caju Sau* seu lignum anchorale alioquin intelligitur *Amboinensium Nani*, licet in Java vulgares anchoræ ex *Mangio celso* seu *Lalary* ligno fabricentur.

Locus. In Amboina ignota est hæc arbor, sed vulgaris in Macassara & Bima, maxime vero in parvis saxosisque insulis, qualis *Tanakeka* est ad favoniam Celebes partem sita: Parva copia occurrit in Java, ac potissimum prope ædes plantata. Ex Macassara jussi adferri ejus officula feminalia, sed ex viginti vix unum progerminavit, harum juniorum arborum folia erant oblongiora & acutiora, quam supra descripta sunt, ita ut incertum sit, quam diu nullos proferat fructus hæc arbor, an sit *Tanjonus* an vero *Nane*-arbor.

Usus. Maturi fructus in forum venales deferuntur tam in Macassara quam Bima, qui crudi eduntur, dum grati sint saporis: Magnates ante ædes suas illam plantant ob elegantem ejus formam gratamque umbram: Recti ejus trunci in Macassara ac Bima adhibentur ad ædium postes, qui in solo licet cænoso durabiles admodum sunt, ex aliis vero non ita rectis manubria securium ac dolabræ formantur, optime referentes *Lausa-Utan*. Ex hoc ligno alia præterea minora fabricantur opera in Java, dum ita politum elaborari possit.

Hæc eadem arbor in *Hort.* describitur *Malab.* part. 4. *Fig.* 25. nomine *Manilkara*. Portugallice *Fruita Manilba*. Belgice *Loebessen* seu *Chinensia pruna*, dum ibi creditur primum hanc arborem ex Manilhis & Sina in Malabaras adductam fuisse regiones, licet apud nostrates alius notus fructus sit, & occurrat sub nomine Prunorum Chinensium, qui a *Letschis* differunt.

of merg, zoet van smaak gelyk Dadelen, met een aangenaame rynsigheidt vermengt, waar in ze wederom met de vruchten en merg van Bonja Tanjong *overeenkomt.*

In dit merg staan drie, zelden 2 of 4 steenharde korrels tegens malkanderen, eenigzints overeenkomende met de zaaden van de vierde wilde zoorte van Widorick, dog in 't gemeen verbeeldenze een Luyt, zommige een halve maan, en met het smalste einde zien ze na agteren na den steel. De korrels zyn donker-geel, op de rugge glad en blinkent, dog aan den buyk zyn ze graauw of doof, binnen met een witten beest. Deze vruchten staan altyd overeind aan haare takken, al zynze zo oud en vergaan, datze met stukken afvallen.

Zy geven den boom een groot vercierzel, onder dat jeugdige lof altyd te zien de overeind staande vruchten van driederley coleur, te weeten, oranje-geel, bruin, en swartagtig. Uyt de afgebrokene takken, als mede uit de gequetste schorsse loopt een weinig dikke melk, gelyk mede de Bonga Tanjong *doet. Het hout is digt en swaar, aan de kanten wit, maar na binnen toe allenxkens rooder, in de grond durabel, en daar in van alle Vidoric zoorten verschillende.*

parent, nervus medius, majoresque costæ pilis & nigricante quasi arena obsessæ sunt, uti & petioli, rachidesque anteriores, quæ superius obtuse terminantur, nec talem gerunt longum apicem, qualis in Tsjampadaha observatur.

Fructus hinc inde solitarii post folia progerminant longiusculo insidentes petiolo, peculiaris formæ, qualis raro in aliis conspicitur arboribus, videntur vero sine floribus provenire uti in aliis lactescentibus arboribus. Primo videtur hic fructus esse simplex, magnitudine Pruni, rugosus, ac punctulis notatus, ex rotundo oblongus, sed in superiore ejus parte & ad latera tres quatuorve alios emittit fructus alius formæ, vel planos vel compressos, ac plerumque duplices, vel etiam ternos, & quaternos, atque hi sunt glabri, sed molles instar serici, ab utraque parte paucis perforati punctulis, quorum quodvis circulo notatum est. Majoris fructus color est pallide viridis, minorum vero aurantii coloris, intus carnem gerunt lentam & aurantiam, album exsudantem lac, quod in glebis in fructuum exteriore parte exsiccatur: In hac carne ossiculum locatur rotundum instar minoris capitis Bardanæ, obductum carne quoque aurantia, subque hac tenerum & album putamen instar testæ ovi, inque hoc durus & fuscus nucleus, in bina segmenta divisibilis, totus porro fructus inodorus est. In Hitoes ora hosce fructus inveni non majores, nec transverso digito longiores, ex rubro & fusco colore mixtos, irregulares, parumque compressos, cæterum primis rudimentis fructuum Tsjampadahæ similes, pallidos, virides, ac demum luteos, externe parum rugosos, instar linguæ interne molles & fungosos, parumque serosos, ac lac exsudantes.

Lignum tignis utile, eodem fere crescit modo ac in Sideroxylo, in medio nempe cor durum locatum est, molliusque alburnum externe illud ambit, estque porro adeo simile Metrosidero vero, ut vix distingui possit, excepto quod Taëwan levius sit meliusque elaborari possit, in aqua plerumque supernatat, intusque in venulis suis flavum repræsentans sulphur, sed paucissimum, dulciorem quoque habet odorem Metrosidero: Cor recens cæsum intense luteum est, sed siccum pallide fuscum, inque ædibus nigricat, seu in fumeum vergit colorem, color enim ejus luteus nulla servari arte potest, estque adeo grave, ut in aqua ad dimidium submergatur, non vero in totum petit fundum, hæc etiam frusta in corde plerumque excavata sunt & cariosa, atque ex ejus lateralibus segmentis asserculi tantum formari possunt satis duri, ac Sideroxylo maxime similes.

Secundo *Taëwan femina* talem quoque gerit truncum ac corticem, sed ejus folia sunt majora, decem & undecim pollices longa, quatuor lata, oris æqualibus, unde & ab Hitoënsi differunt, inferius quoque copiosiores gerunt venas, ac rugosiora sunt, coloris subincani: ipsorum vero petioli, anterioresque rachides rugosæ sunt ac pilosæ. Hujus fructus solitarii & rari excrescunt magnitudine prunorum, rugosis quoque punctulis obsiti, sed non minores gerunt istos fructus, quos præcedens: Tota quoque arbor viscoso turget lacte, ejusque lignum citrini est coloris, nec ita fuscum est, si siccum sit, ac præcedens, estque mollius, minusque durabile illo maris. Utraque ligna prudenter secanda sunt luna silente, quumque arbores nulla tenera emittunt folia, alioquin hocce lignum facillime cossos generat. Fructus ejus observantur mensibus Martio & Aprili, quum optimum etiam hasce arbores cædendi sit tempus.

Nomen. Latine *Metrosideros Spuria.* Belgice *Bastaart Yzer-hout.* Malaice *Tsjampadaba Utan*, quum ejus fructus quodammodo illos Tsjampadahæ referant. In Leytimora bina gerit nomina, a plurimis vocatur *Taëwan* h. e. *Montana Metrosideros*, a quibusdam vero *Ucken Ewan* & *Ana Ewan* quasi *Anaba Ewan*, h. e. *Tsjampadaba Montana.*

Locus. In Amboinæ montibus crescit, vicinisque litori collibus, non in densis sed parvis silvis ac plurimum ad montium prærupta & declivia loca, tres quatuorque simul arbores uno inveniuntur loco, copiosius vero in Hitoes regione quam in Leytimora, sed raro obcurrit hæc arbor, unde & non multum nota est.

Usus. Quum ejus segmenta vix viri crassitiem habeant, vel adquiri possint, ac plerumque non sint crassiora crure, hinc non magna opera vel lati asseres ex hoc

middel-zenuwe en grooter ribben, zyn met hairtjes of swartagtig zant bezet, gelyk mede de steelen en voorste ryskens. Het einde van de ryskens is stomp, en heeft geenzints de lange spits, die men aan de Tsjampadaba ziet.

De vruchten komen hier en daar enkele by en agter de bladeren voort, op een langagtige steel, van een byzondere gedaante, diergelyken men zelden aan andere boomen vint, en dat zonder bloeyzel gelyk alle melkboomen doen, eerst schynt het een enkelde vrucht in de grootte van een pruym, ruyg, en met punctjes bezet, uit den ronden lankwerpig, doch boven op en ter zyden geeft ze nog 3 en 4 vruchten uyt, van een andere gedaante, te weten of wat plat gedrukt, gemeenlyk twee aan malkander, hier en daar ook wel 3 en 4., deze zyn glat, dog zagt, in 't aantasten als fulp, agter en vooren met weinige punctjes bezet, ieder met een Cirkeltje of oogje omgeven. De koleur van de moervrucht is bleek-groen, maar van de zyde-vruchten of kinderen orange-geel, binnen ziet men een taay en orange-geel vleesch, een witte melk uytsweeten, dewelke zig met klonteren buyten op de vruchten zet. In dit vleesch leyt een ronden korrel als een kleen klitsje, omgeven met een orange-geel vleesch, en daar onder een dunne witte schaal als een Eyerschaal, en daar in een harde bruyne heest, die zig in tweën laat deelen, voorts is de geheele vrucht zonder reuk. Op Hitoe heb ik deze vruchten niet grooter bevonden als een dwers-vinger lank, uyt den rooden en vaalen gemengt, scheef, en wat gedrukt, anderzints de eerste schepzelen van Tsjampadaba gelyk, bleek, groen, ten laatsten geel, van buyten een weinig ruyg als een tonge, binnen week en voos, en een weinig weyachtig melk uytgevende.

Het hout dat tot het timmeren bequaam is, wast op de manier als aan 't Yzerhout, te weten, met een hart hert in de midden, en een week hout of spint buiten om, voorts 't Yzerhout zo gelyk, dat men 't qualyk onderscheiden kan, behalven dat Taëwan *ligter, en gemakkelyker te bewerken is, in 't water meest dryvende, en van binnen insgelyks den geelen swavel in de adertjes vertonende, dog zeer schaars, ook zoeter van reuk dan 't Yzerhout. Het hert vers gekapt, is hoog-geel, maar besterft ligt-bruyn, en in de huizen van buiten swartachtig of aartverwig, konnende zyne geele koleur door geen konst bewaart worden, zo zwaar, dat het in 't water half zinkt, te weten, niet tot de gront toe, en men vint deze stukken in 't hert meest hol en vermolmt, konnende alleenlyk van de zyden eenige plankjes afkomen, die dan redelyk hart, en het Yzerhout zeer gelyk zyn.*

2. Taëwan *het wyfken heeft diergelyken stam en schorsse, dog de bladeren zyn wat grooter, 10 en 11 duymen lang, 4. breet, met effene kanten, waar in ze van het Hitoëze verschillen, van onderen hebbende meer aderen, en zyn ruyger, van koleur witachtig, maar haare steelen en voorste ryskens zyn gantsch ruyg en hairig. De vrugten hier van staan ydel en weinig, in de grootte van pruymen, mede met ruyge punctjes bezet, dog hebben de byvruchten niet gelyk aan 't voorgaande. Den geheelen boom is mede vol kleverige melk, en het hout is bleek-geel, besterft zo bruyn niet als 't voorgaande, weeker, en min durabel dan 't manneken. Het kappen van beide bouten moet zorgvuldig geschieden by donkere maan, en als de boomen geen jonge bladeren hebben, want anders dit hout zeer ligt wormsteekig wert. De vruchten ziet men in Maart en April, wanneer het ook de beste tyt is om te kappen.*

Naam. *In 't Latyn* Metrosideros Spuria. *Op 't Duitsch* Bastart Yzerhout, *in 't Maleyts* Tsjampadaha Utan, *om dat ze eenigzints na de Tsjampadaba vruchten gelyken. Op Leytimor heeft by twee naamen, by de meeste hiet by* Taëwan, *dat is* berg-Yzerhout, *doch by sommige* Ucken Ewan *en* Ana Ewan, quasi Anaha Ewan, *dat is* berg-Tsjampadaha.

Plaats. *Het wast in 't Amboinsche gebergte, ook op de naaste heuvelen aan strant, in geen digte maar ydele bosschen, meest aan stylte en 't hangen der bergen, twee en drie boomen by malkander, meer op het Land van Hitoe dan Leytimor, en werd weinig gevonden, daarom het ook weinig bekent is.*

Gebruik. *Om dat men stukken qualyk zo dik als een man kan hebben, en het meerendeel niet dikker dan een dye is, zo kan men geen groote werken nog breede planken daar* van

formari possunt ligno, prætereaque recens cæsum ad ædes adhibitum quam facillime a cossis exeditur, unde & Amboinenses ejus postes eligunt sponte in silvis deciduos, quorum exterius jam computruit alburnum, qui ruditer porro cæduntur, domibusque adponuntur. Recens vero cæsi postes feminæ adhiberi etiam possunt, si fumo repletis sæpius modo exponantur locis, quales plurimæ sunt incolarum casæ, unde durabiles sunt, adeoque indurati, ut pulsati sonitum edant. Optimum quoque est hoc lignum cistellis ex ipso formandis, quæ elegantiores ac leviores sunt illis veræ Metrosideri, nec umquam adeo nigræ vel fuscæ sunt.

Defectu Pinangæ hujus trunci cortex recens adhiberi potest, qui dulcis est saporis cum levi adstrictione, spumamque oris adeo rubentem reddit ac vera Pinanga, si siri & calx ipsi addatur.

In terra hoc lignum durabile admodum est, fere ac *Novella nigra*, quod nempe sponte sua emortuum est, atque in silvis dejectum, qualia frusta aliquando inveniuntur multos per annos incorrupta ventoque exposita, quæ sicca nigra sunt, & ab alburno denudata, quæ interne intensum gerunt luteum colorem; sique hoc lignum ædibus inserviat, satis durabile est, si modo terram non adtingat, vel in loco humido deponatur, unde mox putrescit.

van maaken, daar toe het versch gekapte in de gebouwen gebruikt, zeer ligt wormsteekig wert, zo neemen de Amboinezen de stylen, die zy in 't bosch vinden van zelfs omgevallen, en waar van het buitenste spint afgerot is, die zy dan raauw bekappen, en aan haare huizen gebruiken. De versch gekapte, inzonderheid die van 't wyfken, kunnenze ook gebruiken als ze maar in rookagtige plaatzen staan, gelyk meest der Inlanders huysjes zyn, waar van ze durabel worden, en zo hart, dat ze klinken: Het is ook bequaam om kleene kistjes daar van te maaken, die fraayer en ligter zyn dan van het regte Yzerhout, en nooit zo swart-bruyn worden.

By gebrek van Pinang, kan men de versche schorsse dezes stams gebruiken, die zoet van smaak is, met een kleene adstrictie, en het speekzel alzo rood verft als regte Pinang, als men 'er Siri en kalk by doet.

In de aarde is het ook zeer durabel, schier als de Novella nigra, *te weten, dat van zelfs gestorven, en in de bosschen gevonden is, diergelyke stukken men zomtyds vint, lange jaren in wint onbedorven gelegen hebbende; swart bestorven, van het buitenste spint ontbloot, en van binnen schoon boog-geel. Anders al 't gene men omkapt, als het nog in 't groeyen is, en aan gebouwen gebruykt werd, mag geen aarde nog vogtigheid raaken, waar van het straks verrot.*

Tabula Decima Tertia

Binos sistit ramos *Metrosideri spuriæ*, quæ *Taëwan* vulgo vocatur.

Ubi Litt. A. *Maris ramum* fructibus irregularibus onustum repræsentat, quorum officula seminalia conspiciuntur ad *a a* minorum lateralium fructuum.

B. Vero *ramum feminæ* exhibet.

De dertiende Plaat

Vertoont twee Takjes van het *bastaart Yzerhout*, het geen *Taëwan* by 't gemeen genaamt wert.

Alwaar Lett. A. aanwyst een Takje van het mannetje, met zyn irreguliere vruchten beladen, waar van de Zaatkorrels door *a a* aangewezen werden uit de kleine byvruchten.

B. Vertoont een *Takje* van het *wyfje*.

CAPUT DECIMUM.

Cofassus. Cofassu.

Post Metrosideri species hoc celebre tignum suum obtinet locum, cujus tres nobis obvenere species: Primo *mas* seu *rubra*; Secundo *alba*, seu *pallida*: Tertio *mollis*, quæ *femina* esse putatur, quæ omnes parum forma, modoque crescendi differunt, excepto lignorum colore.

Cofassus arbor est alta truncum gerens crassum, qui mox sinuosus & angulosus ac raro rotundus est, sed torosus, foveisque inpressus, cujus cortex est glaber & pallide cinereus, siccus, ac fragilis, in mare intus luteus, fortisque odoris, sed non jucundi: Ejus rami rachidesque admodum scabræ sunt, facileque abrumpuntur, nec inflecti possunt, quin frangantur, intricati illi autem positi sunt, hæ vero cruciatæ, nec admodum extensæ, fuscoque & glabro cortice obductæ, qui in femina magis viridis est.

Ejus folia sunt longa & angusta, illaque Sampaccæ referunt, sed sunt ficciora, superne intense & obscure viridia, subtus subincana, plerumque ternata, sique rachides sint longæ, post superiorem foliorum ternionem unum alterumve par locatur oppositum & cruciatum, sunt vero folia palmam longa, tres digitos lata, firma, ac plerumque quasi semi aperta vel cuculata, costis parallelis ac transversalibus pertexta, subamari ingratique saporis. Feminæ folia sunt majora, flaccidiora, ternaque superiora plerumque bina ternave alia habent paria supposita.

Maris folia, terna nempe superiora inæqualis sunt longitudinis, supremum nempe seu medium octo novemque pollices est longum, binos vel binos cum dimidio latum, postque illud nunc simplex nunc geminum subsequitur par in acutum desinens apicem, superiorque folii dimidia pars brevior quoque videtur altera, in supremo vero ramulo solitarium aliquando etiam observatur folium loco trium, quum vetusta sæpe decidant, plurima autem horum pars verrucis pustulisque quasi ita obsessa est, ut inelegantis sint formæ.

Flores in ramulorum summo progerminant instar illorum Ligustri, magnitudine ac forma illorum Lagondi,

X. HOOFDSTUK.

Cofassus-Boom.

Naast de geslagten van 't Yzerhout, verdient dit vermaarde timmerhout zyn plaats te hebben, waar van zig drie zoorten vertoonen. 1. *Het roode of het manneken.* 2. *Het witte of bleeke.* 3. *Het weeke, dat men voor het wyfken houd, alle drie van gedaante en manier van wasdom weinig onderscheiden, behalven in de coleur van het hout.*

Cofassus: *is een hooge boom, egter met een dikke stam, die wat bogtig staat, zelden rond, maar hoekig en met kuylen, met een effene en ligt-graauwe schorsse, droog en bryzelig, aan het manneken geel van binnen, en sterk van reuk, dog niet lieffelyk. De takken en ryskens zyn zeer styf, breken kort af, en laten zig zonder breken niet buigen; staan verwerd door malkander, en de ryskens in 't kruys, niet verre uitgebreyd, en met een bruyne gladde schorsse, dog aan 't wyfken groender.*

De bladeren zyn lang en smal, en gelyken die van Sampacca, dog zyn droger, boven droevig boog-groen, van onderen grysachtig, meest drie by malkander, en zo de ryskens lang zyn, agter de voorste drieling nog een of twee paren regt tegens malkanderen, en 't kruys een band lang, drie vingers breed, styf, en meest maar half geopent, met parallele dwers-ribben, bitterachtig en onlieffelyk van smaak. Aan 't wyfken zynze grooter, slapper, en de drie voorste hebben gemeenlyk nog twee of drie paren agter hun.

De bladeren van 't manneken, te weten de 3 uytterste, zyn van ongelyke lengte, te weten, het voorste of middelste 8. en 9. duimen lang, 2 en 2½ breed, en agter dezelve zomtyds nog een enkelde, zomtyds nog een paar, met een lange spitze; en de voorste helft van 't blad schynt ook wat korter te zyn dan de andere, dog men ziet dikwils ook aan 't voorste een alleen staan, in plaats van driën, om dat 'er in den ouderdom een party afvallen, de meeste zyn met veele wratten en puystjes zodanig bezet, datze onzienlyk schynen.

Het bloeizel staat aan 't voorste der ryskens, gelyk dat van Ligustrum, van gedaante en grootte als dat van 't Lagondi,

a
a
A
B

gondi, vel Rosmarini, coerulei, ad oras albicantes, inodori, hi autem copioſiores ſunt in femina, inque majoribus racemis. Fructus tales quoque baccæ ſunt quales illæ Liguſtri, vel paulo majores magisque in racemis extenſæ, hæ parvis inſident pericarpiis, nec perfecte ſphæricæ ſunt, ſed parum compreſſæ, primo virides, dein nigræ, exterius ſuccoſa obductæ carne inſtar baccarum fruticis aquoſi, intus locatur oſſiculum durum, inſtar acini baccæ vitis, ſed majus, magisque ſtriatum.

Lignum ſecundum tres diverſas ejus ſpecies triplicis eſt ſubſtantiæ & coloris, vulgo externe molle eſt, alburno albo vel pallido obductum inſtar Metroſideri, hoc vero alburnum non eſt craſſum, atque in vetuſtis arboribus fere totum conſumptum, ita ut quod ad tignum adhibeatur, ejus cor quoque ſit habendum, in omnibus vero ſpeciebus hoc eſt ſolidum, tenuibus conſtans fibris, non facile nec recte per longitudinem findens, gravisque, ſi elaboretur, odoris, ſique adtentis perluſtretur oculis, quum transverſum ſit ſectum, pullum gerit colorem, acſi humidum eſſet. Vetuſtiſſimæ arbores aliud inſuper generant cor, quod magis fuſcum habet colorem reliquo ligno, nec facile ab ipſo dignoſcendum.

Peculiare quoque maris lignum eſt, quod lapideum Coſaſſum vocant, durius eſt & tenuioribus conſtans fibris, reliquis, brevibusque ex venis conſtans, non rectis ſed obliquis, ac vorticoſis, in quibusdam locis ſinuoſas ſtrias conſtituentibus fere uti in *Caju Maria*, quæ tamen vix e longinquo notari poſſunt, ſi inveteratum ac politum ſit lignum. Recens cæſum colorem habet pullum & humidum, ſed ſiccum citrini eſt coloris, in cinereum tendentis. Illud feminæ majores ac pauciores gerit venas & pectines nec ita intricatos, ac diu cinereos vel aquoſos, ſed dein pallidiores quam præcedentis, molliusque eſt ac facilius ſecari poteſt, ſed non durabile eſt. Tertia ac peſſima ſpecies varietas tantum eſt feminæ, paucos gerens pectines, ſed rectiores ſtrias, pectinesque arctius locati ſunt, qui diutiſſime aquoſi ſunt coloris & naturæ, ita ut per annum deponendum ſit, antequam ſit ſiccum, ſemperque tamen, ſi ſcindatur, magis fuſcum præbet colorem: Operi ſcriniario minus inſervit, quum craſſioribus conſtet fibris, inelegantemque præbeat colorem.

Anni tempus. Flores menſe Majo obſervantur, fructusque Junio, loca amat maritima, vicinosque ipſis montes, quoque altiores & ſaxoſiores ſint, eo melius exhibet lignum: Quidam incolæ ac præſertim Bangayenſes, hujus arboris oſſicula terræ committunt, unde totas colunt ſilvas, arboresque elegantes, craſſas, & erectas, quæ ita formantur, ſi ipſarum rami ſæpius amputentur, uti id in Salicibus fit, unde & latos hujus ligni conquirunt aſſeres.

Nomen. Latine *Coſaſſus.* Malaice *Caju Faſſu.* Ternatice *Coſaſſu* & *Coſaſſa.* Macaſſarice *Catundeng.* Amboinice *Paſſal*, ac quibusdam *Pale.* Prima ejus ſpecies vocatur *Coſaſſu Lacki Lacki*, & *Coſaſſu Batu.* Amboinice *Paſſal Hatu.* Altera ſpecies *Coſaſſu Parampuan.* Amboinice *Paſſal Mabina.* Tertia ſpecies *Coſaſſu Gabba Gabba.* Amboinice *Paſſal Upal.*

Locus. In cunctis Orientalibus *Celebes* inſulis occurrit, in *Bongaya*, & *Moluccis*, per *Boeronem* & *Amboinam*, usque in inſulas ad Eurum ſitas. In Boerone copioſiſſime creſcit, ſed quum ſolum ibi ſit humidum, licet etiam ſaxoſum, non tam bonæ eſt notæ, quam illud lignum, quod in Amboinæ collibus ſaxoſis creſcit.

Uſus. Ad naves ædificandas nullum lignum magis adhibetur hocce, quem in finem, uti dictum fuit, plurimi incolæ has plantant & colunt arbores, ac præſertim ſecundam ejus ſpeciem ſeu feminam, quæ multo plures dat rectiores latioresque aſſeres, quam truncus maris incurvus & foveis excavatus, incurva autem ſegmenta conducunt navium coſtis, recta & longiſſima pars carinæ inſervit navigiorum Corre Corren dictorum, Malaice *Lunas*, Ternatice *Mabera*, Amboinice *Daulet*, ac porro omnes laterales aſſeres navigiorum, qui aquæ ſubmerſi eſſe debent; hoc enim lignum in aqua marina omnium durabiliſſimum eſt, nec facile rimas agit, fiſſuræque ejus arcte per illam contrahuntur.

Tota navigia ex hoc ſolo formari poſſent ligno, ſed hoc timent perficere ob ejus gravitatem, hinc bini

Lagondi, of onze Roosmaryn, blaauw, en aan de kanten witagtig zonder reuk. Dit bloeizel hangt of ziet men meer aan 't wyfken, en in grooter troſſen. De vruchten zyn ook zulke beſiën als die van 't Liguſtrum, of wat grooter, en meer uitgebreyd aan de troſſen. De beſiën ſtaan op kleene broodjes, en zyn niet regt ront, maar wat gedrukt, eerſt groen, daar na ſwart, van buiten met een ſappig vleeſch bekleed, als de vruchten van de Frutex Aquoſus; en binnen leyd een harde ſteen, gelyk de korl van een druyven-beeſië, dog grooter en geſtreepter.

Het hout is na zyne drie zoorten, driederley van ſubſtantie en coleur, in 't generaal is 't van buiten week, met een wit of bleek ſpint, gelyk 't Yzerhout, dog dit ſpint is niet dik, en aan de oude boomen ſchier geheel en al geconſumeert, zo dat 't geene men tot timmerwerk gebruikt, mede voor het hert te houden is, alle zoorten zyn digt, fyndradig, niet wel nog regt in de lengte ſplytende, ſwaar van reuk als men 't bewerkt, en als men het aanſchout, overdwers gezaagt zynde, gelykt het donker-aardverwig, of het nat waar. De geheele oude boomen gewinnen nog een bezonder hert bruynder van coleur dan het ander hout, en van het zelve niet ſchielyk te onderſcheiden.

In 't byzonder is 't hout van 't manneken, dat men ook ſteen-Coſaſſu noemt, harder en fyndradiger dan de andere, met korte adertjes, niet regt, maar ſcheef en met drayingen loopende, hier en daar eenige bogtige ſtrepen makende, ſchier als in het Caju Maria, *die men egter van verre qualyk bekennen kan, als 't oud geworden en glad bewerkt is. Het verſch gekapte gelykt het aardverwig of nat, maar droog zynde beſterſt bleek-geel, na den graauwen trekkende. Dat van 't wyfken heeft grooter en weiniger aderen of kammen, niet zo verwerd loopende, langen tyd graauw of waterachtig blyvende, maar ten laatſten bleeker beſtervende, dan het voorgaande, weker en gemakkelyker om te zaagen, dog zo durabel niet. Het derde en ſlimſte is ſlegts een verandering van 't wyfken, met weinige kammen, maar regtere ſtrepen, en de kammen ſtaan digter by malkanderen, die allerlangſt waterachtig blyven van coleur en aart, zo dat het wel een jaar moet leggen, eer het opdroogt, en egter op de ſne nog altyd donker van coleur ſchynd: Het is tot ſchrynwerk minſt bequaam, om dat het grofdradig is, en een lelyke coleur heeft.*

Sayzoen. *Het bloeizel ziet men in de maant May, en de vruchten in Juny; het waſt geern omtrent de Zeekant, en op de naaſte bergen, en hoe hooger en ſteenagtiger plaats, hoe beter hout hy geeft. Zommige Inwoonders, inzonderheid die van Bangay, zayen met de korls van deze boom geheele boſſchen, dezelve zorgvuldig aanquekende, dat het fraaye, dikke, en regte boomen worden, 't welk geſchiet, als men hem de takken dikwils afkapt, gelyk men met de wilgen doet, om breede planken daar van te mogen hebben.*

Naam. *In 't Latyn* Cofaſſus. *Maleyts* Caju Faſſu. *Ternataans* Cofaſſu *en* Cofaſſa. *Macaſſers* Catundeng. *Amboinſch* Paſſal, *en by zommige* Pale. *De eerſte zoorte noemt men* Cofaſſu Lacki Lacki, *en* Cafaſſu Batu. *In 't Amboinſch* Paſſal Hatu. *De tweede* Cofaſſu Parampuan. *Amboinſch* Paſſal Mahina. *Het derde* Cofaſſu Gabba Gabba. *Amboinſch* Paſſal Upal.

Plaats. *Men vind 't in alle de Ooſterſche Eilanden van* Celebes, Bongay, *en de* Moluccos, *door* Boero *en* Amboina, *tot in de Zuyd-Ooſterſche Eilanden. Op Boero valt wel 't meeſte, dog om dat het wel op een ſteenagtige, egter ook vogtige grond valt, is het zo goed niet als het geene op de Amboinſche klippige heuvelen waſt.*

Gebruik. *Tot den ſcheepsbouw is geen gebruykelyker hout, dan dit, tot welken eynde het, als gezegt, van veele Inlanders geplant en gebouwt wert, inzonderheyt de 2de zoort of 't wyfken, waar uit men veel regter en breeder planken hebben kan, dan uit den krommen en gekuylden ſtam van het mannetje, de kromme ſtukken zyn egter bequaam tot kniën en inhouten, de regte en langſte nemenze tot een kiel of zaat-hout van haare Corre Corren, in 't Maleyts* Lunas, *Ternataans* Mahera, *Amboinſch* Daulet *genaamt, en voorts alle de zyde-planken, die onder water komen, want dit hout eene van de durabelſte is in zeewater, niet ligt ſcheurt, en de reten digt toezuigt.*

Men zoude wel geheele Vaartuygen daar van konnen maken, maar men derft 't niet wagen wegens de ſwaarte, daar-

ni tresve inferiores asseres ex Cofassu, atque ex præcedentis ligno nil nisi inferior navis pars exstruitur, reliqui asseres eo pertinentes ex leviori eliguntur ligno. Maris lignum siccum politissime elaborari potest, præsertim illud, quod in silvis sponte deciderit & exsiccatum sit, colorisque est adeo eleganter citrini ac Buxus, & crassioribus semper venis distinctum, inservitque cistis & scriniis ex eo formandis, longis vero tignis ac palis non utile est, quæ in medio onus sustinent, quum facile frangatur, sub terra durabile quoque est, unde & Macassarenses aliæque nationes, quibus abundat, crassos ex illo formant asseres, quibus sepulchretorum suorum oras obducunt, Æthiopum more, in quibus demortuos sepeliunt: Macassarenses quoque experti fuere, si hoc lignum per aliquot annos sub terra sit conditum, petræfieri, hunc in finem meditullia sumunt vetustissimarum arborum, quæ ad tres pedes in argillosa ac cœnosa abscondunt terra circa ædes suas in locis declivibus ac humidis, ubi Oryzæ paleæ aliæque sordes projiciuntur, unde intra binos tresve annos in lapidem degenerat.

Dendritis hæc politissima est, ex fusco cinerea, seu coloris hepatici, citrinis venulis ac vorticibus distincta, iis in locis, in quibus nodi antea fuere, adeoque glabra est, ut nulla ipsi adhæreat aqua, instar dendritis Oleæ, ex qua tenues formant cotes, quibus acuunt tela & arma, politaque reddunt, quæ sicca iis adteruntur, hæc enim dendritis ipsa non minuitur, sed ferrum aliaque metalla ipsi adhærent tanquam lapidi Lydio, unde ferrum acuitur & politur: Tale quoque lignum supra in capite de Mangostana descripsimus.

daarom neemt men maar de tweede of derde onderste planken van Cofassu, en van 't voorgaande Caju Samar niet meer, dan 't zaat-bout, en de resterende planken van ligter bout. Het bout van 't mannetje droog zynde, laat zig zeer glad werken, inzonderheid dat in de bosschen van zelfs omgevallen en bestorven is, werdende als dan zo bleek-geel, als Bux-boom, dog altyt met merkelyke aderen, en dient tot lange Kassen en Kisten daar van te maaken, tot lange sparren en regelings dient 't niet, die in de midden eenige last moeten dragen, om dat het kort afbreekt: Onder de aarde is 't ook duurzaam, daarom de Macassaren en andere Natiën, die 't in overvloet hebben, dikke planken daar van maaken, waar mede zy de zyden van haare graven bezetten, na de Moorsche wyze, en haare dooden daar in begraven; dezelve Macassaren hebben ook bevonden door dit bout onder de aarde te vergraven, dat het binnen zekere jaren in steen verandert, hier toe verkiezen zy de hertstukken van zeer oude boomen, en begraven die 3. voet of meer diep in een slykige kley-gront, of omtrent haare huyzen, daar het wat laag en vogtig is, daar ze 't kaf van de ryst of andere vuyligheid heen smyten, alwaar 't dan in 2. of 3. jaaren tot een steen werd.

Dezen steen is zeer glad, bruyn-graauw of leververwig, met eenige geele aderen of eenige drayingen, daar de quasten gestaan hebben, zo glad dat 'er geen water op vat, gelyk een olyf-steen, hier van maaken ze dunne slypsteentjes, waar mede zy de sneden van haare Krissen en Toranen aanzetten, en glad maken, droog daar op vryvende, want dezen steen neemt zelfs niet af, maar het yzer en alle metalen blyven daar aan hangen, gelyk op een toetsteen, waar door 't yzer als dan scherp en glad werd. Diergelyken bout hebben wy in het eerste Boek, in het Kapittel van Mangostan beschreven.

Tabula Decima Quarta

Ramum exhibet *Cofassi.*
Ubi ad Litt. A. *folia maris.*

Ad B. vero *fœminæ* ramulus cum *fructibus* delineatus conspicitur.

De veertiende Plaat

Vertoont een Tak van de *Cofassus-Boom.*
Alwaar door Lett. A. aangewezen werden de bladeren van het *mannetje.*
Door B. een Takje met vruchten van het *wyfje.*

OBSERVATIO.

Cofassus a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 220. breviter quoque describitur.

AANMERKING.

De Cofassus-Boom wert by *Valent.* in de *beschryving van Ambon* op *pag.* 220. mede kortelyk afgemaalt.

CAPUT UNDECIMUM.

Cofassus Citrina. Ucken Pule Batu.

Ucken mixtam gerit formam inter *Cofassum* & *Pule* mediam, quarum primæ quoad folia & lignum similis est, sed ejus truncus rectior est. Folia bina ternaque simul conjunguntur longis insidentia pedunculis, quæ in ramulis vero cruciatim opposita sunt, atque hi glabri sunt, cortice plumbei coloris obducti: Folia quoque illa referunt Cofassi maris, sed glabriora sunt, & læte magis virentia, costas gerentia transversales & protuberantes, ab utraque acuminata parte, a sex ad novem pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata, lateralia vero folia semper sunt minora, odoris gravis, si conterantur, fere instar illorum Gumiræ. Ramuli sunt longi, copiosi, ac plerumque in triangulo positi.

Flores in parvis progerminant umbellis, quæ ex plurimis composita est capitulis viridibus instar seminis Sinapios, hisce insident flosculi minimi albi, vix visibiles, longiusculi, haud multum aperti: Fructus sunt siliquæ longæ, angustæ, bigeminæ, communi ex majori pedunculo dependentes. Siliquæ hæ viginti & unum pollices sunt longæ, teretes, culmum crassæ, vel tenuem calamum, exterius parum striatæ, ex duplici pellicula compositæ: Cutis autem harum extrema striata per maturitatem finditur in multa longa filamenta, sub hisce dura & continuata reconditur pellicula, flava, convoluta, minima obcludens ossicula seminalia paleacea, quæ ad oras suas tenuissima albicantia & instar serici splendentia gerunt filamenta, omnia vero hæc involvuntur siccæ & herbaceæ medul-

XI. HOOFDSTUK.

Geele Cofassus.

Ucken *heeft een gemengde fatzoen van Cofassu en Pule, het eerste van bladeren en bout zeer gelykende, hoewel den stam regter is. De bladeren staan ook 2. en 3. by malkanderen op lange steelen, dewelke aan de ryskens in 't kruys tegens malkanderen staan, zynde de ryskens met een gladde loodverwige schorsse bekleed. De bladeren zyn ook die van Cofassu 't manneken gelyk, dog gladder en blyder groen, met de uytstekende dwersribben, agter en vooren toegespitst, van 6. tot 9. duymen lang, 2. en 2½ breed, doch de zyde-bladeren zyn altyd kleender van reuk, swaar, als men ze vryft bykans als die van Gumira. De ryskens zyn lang, veel, en staan meest in een drie-angel.*

Het bloeizel komt voort aan kleene dollen, en bestaat uit veele kleine groene knopjes, als mostaart-zaad, daar op staan zeer kleene witte bloempjes, pas kennelyk, langagtig, en niet wel geopent. De vruchten zyn lange smalle houwen, 2. en 2. by malkander, op een anderen grooteren steel. De houwen zyn 21. duymen lang, rond, in de dikte van een strooyhalm, of dunne schaft, van buiten wat gestreept, uit een dubbelde schelle bestaande. De buitenste gestreepte huyd ryp zynde, splyt in veele lange draden, daar onder legt een doorgaande harde schelle, bleek-geel, die 't zamen gerold is, en de geringe zaat-korl in haar besluyt; dit zyn kleene kafagtige stoppelen, hebbende aan beyde einden zeer fyne witte, en als zyde glimmende hairtjes, t' zamen omgeven met een doorgaand kruydagtig en droog merg; als haar deze t' zamengerolde schelle opend, ze

A
B

dullæ, si autem convoluta illa pellicula sese aperiat, plumosum illud quasi ac leve semen vento avolat, ita ut nullum in siliqua supersit, internaque pellicula tum quasi extensa est instar tenuis lamellæ chartaceæ; hisce vero siliquis ac semine paleaceo convenit cum arbore *Pule.*

Cortex siccum & flavum exsudat gummi seu lac instar sulphuris, quod etiam observatur in illo Sesoat: Lignum est solidum, ponderosum, tenuibus cellulis repletum, citrini coloris, ad oras vero pallidius, odoris gravis, durabile admodum, nec unquam cossos admittens.

Anni tempus. Flores Junio mense observantur, fructus vero maturescunt siccis seu occidentalibus mensibus, mox post Canarios.

Nomen. Latine *Cofassus Citrina*, a citrino ligni colore: Malaice *Pule Batu.* Amboinice *Ucken*, in Hitoe *Auren* & *Ajuren*, quibusdam vero *Mocki Waffe.* Baleyice *Caju Batu.*

Locus. Non multum nota est hæc arbor, quum raro obcurrat: In saxosis vero planisque crescit silvis tam circa litus quam in montibus, invenitur vero in Hitoe circa pagum *Lima*, & in *Leytimora* in montibus *Oerimessen*, item in *Java* & *Baleya.*

Usus. Hujus arboris lignum elegans optimumque est tam ædificationi, quam scriniario operi ob colorem & durabilitatem, si modo magna in copia lataque ejus segmenta adquiri possent: Amboinenses illud adhibent ad navium exstructionem, uti Cofassum ad navigia Corre Corren dicta, ut & ad postes magnarum ædium, quem in finem dolabra politur & sæpe etiam opere topiario elaboratur, citrinumque servat constanter colorem. Ex hoc elegantes quoque secantur asseres, licet non admodum lati sint, ex quibus cistæ formari possunt.

Tiffadores hujus radice utuntur defectu radicis Sesoat, quo Saguerum potum amarum reddunt, torrentque hanc parum supra carbones ignitos, dein illam parum contundunt, in minutas conscindunt partes, quas potui infundunt: Trunci cortex cum pauxillo Lauquas contritus in pultem ædematosis illinitur pedibus illorum, qui Beriberi seu Paralysi Indica laborant, ad naturalem resuscitandum calorem, si vero puls hæc calidior desideretur, addi potest cortex arborum Pangi, & Kellor, seu Morungæ.

zo vliegt dit ligte zaat met de wint weg, zo dat men niet een eenig in de houwen vind, en de binnenste schelle hangt als dan uitgebreyd, als een lang riempje van parkement, met welke houwen, en kafachtige zaat by over een komt met den boom Pule.

De schorsse geeft een drooge en geele gomme of melk uyt, gelyk swavel, het welk men ook ziet aan die van Sesoat. Het hout is digt, swaar, vol fyne kamertjes, citroen-geel, doch aan de kanten wat bleeker, wat swaar van reuk, zeer durabel, en daar nooit worm inkomt.

Sayzoen. *Het bloeizel ziet men in Juny, de vruchten werden ryp in de drooge of Wester-Mousson, straks na de Canary-tyd.*

Naam. *In 't Latyn* Cofassus Citrina, *van de citroengeele verwe des houts. Maleyts* Pule Batu. *Amboinsch* Ucken. *Op Hitoe* Auren *en* Ajuren, *by zommige* Mocki Waffe. *Baleyts* Caju Batu.

Plaats. *Het is nog weinig bekent, en men vint 'er niet veel boomen van. Het wast in steenige vlakke bosschen, zo omtrent het strant, als in 't gebergte, men heeft 't op Hitoe, omtrent* Negory Lima, *en op* Leytimor *in 't gebergte van* Oerimessen. *Als mede op* Java *en* Baley.

Gebruik. *Dit is een fraay hout, zo tot den huisbouw, als schrynwerk, wegens zyne coleur en duurzaamheid, konde men 't in overvloet, en groote stukken krygen. De Amboinezen gebruiken 't tot den scheepsbouw, gelyk 't Cofassu aan haare Corre Corren, als mede tot stylen van voornaame huyzen, daar men 't glad schaaft, en zomtyds uitwerkt, behoudende zyn bleek-geele coleur bestendig. Men zaagt 'er ook schoone planken van, hoewel niet breed, daar men Kisten van maaken kan.*

De Tiffadoors gebruiken deze wortel by gebrek van Sesoat-wortel, om den Sagueer bitter te maken, bradende dezelve eerst een weinig over de koolen, daar na wat kneuzende, kleen snydende, en in den drank doende. De schorsse des stams met een weinig Lauquas tot een papje gevreven, en op zugtige beenen gesmeert, die de koude Beriberie hebben, verwarmt dezelve. Als men 't beeter wil hebben, zo mag men de schorsse van de boomen Pangi en Kellor daar by doen.

Tabula Decima Quinta

Ramum exhibet *Cofassi Citrinæ bigeminis siliquis*, ad ramulorum extremum dependentibus.

De vyftiende Plaat

Vertoont een Tak van de *geele Cofassus*, met zyn dubbelt paar houwen ofte vruchten, van het uytterste der takjes afhangende.

OBSERVATIO.

Hæc arbor sine dubio de *Apocynorum* similiumve lactescentium genere est, quod, si ejus flores depicti vel adcuratius descripti essent, certius determinari posset.

AANMERKING.

Deze Boom is zekerlyk van het geslagt der melkdragende *Apocyna* ofte diergelyke planten, het geen, indien de bloemen daar by afgetekent ofte klaarder beschreven waren, met meer zekerheid zoude kunnen bepaalt worden.

CAPUT DUODECIMUM.

Dabanus. Dawan.

DAwan cum Sicki vastissima & altissima in Amboinensibus silvis est arbor, rectum gerens & crassum truncum, quem bini vix possunt viri ulnis complecti, prope radicem in latas extensum alas: In tres vero dividitur species, quarum prima est *Dawan Batu*: Secunda *Dawan Mera*: Tertia *Dawan Puti.*

Primo *Dawan Batu* seu lapidea mas vulgo censetur, ac prope radicem latas gerit alas, ejus vero truncus corticem gerit pallide cinereum & glabrum, ejus ramuli seu rachides sunt longæ & firmæ, virides, & profunde striatæ, non autem lanuginosæ, exceptis teneris & junioribus. Prope ortum geniculum gerunt planum, atque sub hoc folium rotundum, instar auriculæ, sed ad oras serratum, illis vero folia insident nunc alternata, nunc per paria opposita, sex septemve uno in latere, ac fere sessilia, quorum superiora quatuor vel quinque pollices sunt longa, inferiora decem

XII. HOOFDSTUK.

Dawan-Boom.

D*Awan is met de Sicki de grootste en hoogste onder de Amboinsche wout-boomen, met een regten en dikken stam, die wel twee mannen omvademen moeten, met breede vleugels by de wortel; verdeelt in drie zoorten, als* 1. Dawan Batu. 2. Dawan Mera. 3. Dawan Putu.

1. Dawan Batu *of steen-Dawan, werd voor 't mannetje gehouden, heeft breede vlerken by de wortel, de stam heeft een licht-graauwe en effene schorsse, de ryskens of telgen zyn lang en styf, groen, diep gestreept, zonder wolachtigheid, behalven aan de jonge. By haren oorspronk hebbenze een plat knietje, en onder 't zelve een rond blad, gelyk een oor, dog aan de kanten gezaagt, daar aan staan de bladeren eenigzints tegens malkanderen met haare ryen, maar zy zelfs staan zommige regt, zommige verwisselt tegens malkander,* 6. *en* 7. *aan een zyde, schier zonder steelen, dun, en styf, de voorste* 10. *en* 11. de

decem & undecim pollices longa, tres vero lata, extensa, dentata instar serræ robustæ, superne intense viridia, inferne pallide virentia; juniora vero folia pallide fusca sunt seu flavescentia, vetustiora autem inferius glauca sunt, ruffis pertexta costis, nullis dentibus incisa vel vix dentata, paucisque paribus ad rachides locantur.

Flores magnis in racemis, in laterales minores divisis, proveniunt, qui primum sunt capitula muscosa, plurima incurvis pedunculis insidentia, mollia, & hepatici coloris, seu ruffi instar serici crudi, introrsum flexa instar Thlaspios Rosa de Jericho dicti, quæ vix notabiles exhibent flores, si vero adcurate adtendatur, flosculi hi sunt pusilli, ac recentes grati quodammodo odoris, totus hic racemus florifer sponte & inutiliter decidit atque in ejus locum succedunt primo alii breviores pedunculi, qui fructus sustinent sphæricos instar glandium sclopeti manualis, qui longum per tempus viridis sunt coloris, ac demum fusci, externe parum lanuginosi, sub tenui vero putamine alius reconditur rotundus nucleus, albicans, duræ & siccæ substantiæ: Inter istum nucleum & putamen oleosus continetur liquor, sæpe etiam bini fructus concreti sunt. Si maris lignum recens cædatur, læte rubet, sed mox ex fusco ruber est instar Metrosideri, ac plerumque circa cor tales quoque habet fissuras: In ædibus hoc lignum fuscum est, satis durum, grave, & durabile.

Secundo *Dawan Mera* seu *rubra Dawan* varietas maris habetur, gracilioremque gerit truncum, paucasque prope radices gerit alas, ejusque cortex ex cinereo fuscus est: Ejus rachides sunt longiores quam præcedentis, quadragonæ quoque, ac profunde sulcatæ, molles, ruffescentes, lanuginosæ, subvirides, inque iis plura observantur folia quam in mare, regulari magis ordine quoque, sibi per paria opposita. Folia hæc sunt majora, flaccidiora, mollioresque gerentia pilos, ample dentata, vetusta palmam vel semi pedem longa sunt, ultra tres digitos lata, multis parallelis costis pertexta, rachidibusque fere sessilia insident, posteriora vero ad dimidium minora sunt. Juniora folia pallide fusca sunt seu flavescentia, viridibus pertexta costis, lanuginosa, primumque progerminantia rude referunt sericum.

Racemus hujus florifer major est, plerumque in binos laterales majores ramos divisus, hique in plures alios minores, hisque insident innumera longiuscula germina flosculos referentia, sed magis foliolis adcedunt siccis, spadicei coloris. Fructus ex rotundo oblongi sunt instar ovi, substantiæ cum præcedenti ejusdem. Lignum ex rubro leviter albicat, crassisque constat fibris & pectinibus instar ligni Quercini, mollius vero est, levius, ac vilius præcedenti, sed tignis tamen utile.

Tertio *Dawan Puti* seu *Dawan Gabba Gabba* femina habetur, maximasque prope radices gerit alas, ejus cortex est ex obscuro fusco & cinereo mixtus, ejus rami sunt crassi, incurvi, & nodosi, magna & molli medulla repleti, hi determinantur in tenues, firmas, virides, & striatas rachides sine ordine positas, hæ vero prope ramos geniculatæ sunt seu fovea inpressæ, ubi bina foliola rotunda exoriuntur auriculata, ad oras ample dentata, ad exteriorem partem concava instar conchæ; illis vero folia per paria plerumque insident, quandoque etiam alternata, fere sessilia, atque sex vel septem paria inæqualis admodum magnitudinis rachidibus adnectuntur, superiora enim a decem ad tredecim pollices longa sunt, ultra quatuor lata, media quinque vel-sex pollices longa, inferiusque par adeo breve ac rotundum est, ut vix binos pollices sit longum, nec multum ab auriculatis istis foliolis differat, ad oras vero ample dentata sunt instar majoris serræ, inferius multis parallelis costis protuberantia, nulla vero lanugo neque in foliis, neque in petiolis observatur, rachides autem foliosæ binæ vel ternæ tantum in ramorum summo progerminant, ubi & longi eriguntur racemi, in paucos laterales divisi, ex quibus flores excrescunt, qui plurima sunt albicantia capitula, parvis caliculis insidentia, in medio rubedinem exhibentia, ac sponte desidentia, hæc autem neutiquam sunt convoluta instar illorum primæ speciei, sed firma sunt & extensa, in racemi parte postica veri excrescunt fructus, magnitudine Lansiorum viridium, quorum bini sæpe concrescunt, coloris spadicei, intermixto ruffo colore instar pisorum pullorum.

Semi

de agterste 4. *en* 5. *duymen lang*, 3. *breed*, *wyd getant*, *als een groove zaage*, *boven hoog-groen*, *beneden bleekgroen. De jonge bladeren zyn ligt-bruyn of geelachtig*, *maar in den ouderdom werdenze beneden blaauw-groen*, *met rosse ribben*, *met geene of weinige tanden*, *en staan met weinige paren aan de ryskens.*

Het bloeizel is een groote tros, *over-dwers in zyde takken verdeelt*, *en dezelve in andere mindere*, *daar aan staan veele mossige knopjes aan kromme steeltjes*, *zagt en leververwig*, *ros als graauwe zyde*, *inwaards gebogen als de Rooze van Jericho*, *zonder kennelyk bloeizel*, *of zo men 'er naauw op ziet*, *de gedaante van kleene bloempjes vertonende*, *en versch zynde eenigzints welriekende; deze geheele tros valt voor niet met al af*, *en in deszelfs plaats komen eerst andere kortere steeltjes*, *daar op de vruchten wassen*, *rond als pistool-koegels*, *langen tyd groen blyvende*, *ten laatsten bruynachtig*, *en van buyten wat wolachtig. Onder een dunne schaal*, *leyd een andere ronde korl*, *van witachtige*, *drooge*, *en harde substantie. Tusschen gemelde korl en zyne schaal*, *vind men een olyagtige vochtigheid*, *dikwils vind men ook* 2. *vruchten t'zamen gewassen. Als men 't hout van 't manneken versch kapt*, *zo schynt 't ligt-rood*, *maar werd strax bruyn-rood gelyk 't Yzerhout*, *en heeft gemeenlyk ook diergelyke bertscheuren. Aan de gebouwen besterft het graauw*, *en is redelyk hard*, *swaar*, *en durabel.*

2. Dawan Mera *of* roode Dawan, *word voor een verandering van 't mannetje gereekent*, *dit is ranker van stam*, *en heeft weiniger vlerken by de wortelen*, *en de schorsse is bruyn*, *met graauw gemengt. De ryskens zyn langer dan aan 't voorgaande*, *mede vierkant*, *diep gevoorent*, *zagt*, *uit den rossen*, *wolachtig*, *doch daar onder groen*, *en daar aan meer bladeren dan aan 't manneken*, *ook geschikter in ryen tegen malkander. Deze bladeren zyn wat grooter*, *slapper*, *en weeker van hayren*, *wyd getand*, *de oude zyn een hant of een halve voet lang*, *ruym* 3. *vinger breet*, *met veele parallele ribben*, *bykans zonder steelen aan de ryskens staande*, *de agterste zyn wel de helft kleender. De jonge bladeren zyn ligt-bruyn en geelachtig*, *met groene ribben*, *wolachtig*, *en eerst uitkomende*, *gelykenze raauwe zyde.*

De bloeyende tros is grooter, *meest in* 2. *dwers-takken verdeelt*, *en dezelve in veele mindere*, *en aan dezelve ontelbaare lange schepzelen*, *die men voor bloempjes kan aanzien*, *dog meer gedroogde blaadjes gelyken*, *tanyt van coleur. De vruchten zyn uit den ronden-langwerpig als een vogel-ey*, *van substantie als de voorige. Het hout is witachtig*, *met een kleene roodigheid*, *grove draden en kammen*, *gelyk 't Eykenhout*, *weeker*, *ligter*, *en slegter dan 't voorgaande*, *dog mede bequaam tot het timmeren.*

3. Dawan Puti *of* Dawan Gabba Gabba, *werd voor 't wyfje gehouden*, *heeft de grootste vlerken by de wortel*, *de schorsse is vuyl-bruyn met graauw gemengt*, *de takken zyn dik*, *krom*, *en knoestig*, *met een merkelyk en week pit van binnen*, *daar aan staan dunne*, *styve*, *groene*, *en wat gestreepte ryskens*, *zonder order*, *makende by den tak een plat kuyltje*, *alwaar men twee ronde blaadjes ziet*, *als ooren*, *aan de kanten wyd getant*, *en aan de buytenzyde wat hol*, *als een schulp*; *aan de ryskens staan de bladeren meest* 2. *en* 2. *tegen malkanderen*, *aan zommige ook verwisselt*, *op zo korte steeltjes*, *als of zy gene hadden*, *met* 6. *en* 7. *paren van zeer ongelyke lengte*, *want de voorste zyn van* 10. *tot* 13. *duymen lang*, *ruym* 4. *breed*, *de middelste zyn* 5. *en* 6. *lang*, *en 't agterste paar zo kort en rond*, *dat 't pas* 2. *duymen lang is*, *en niet veel van de ooren verschilt*, *aan de kanten zyn ze wyd getant*, *als een grove zaage*, *van onderen met veele parallele en uitstekende ribben*, *zonder eenige wolachtigheid*, *nog aan bladeren*, *nog aan steelen; van de blad-dragende ryskens staan maar* 2. *of* 3. *aan 't voorste der takken*, *aldaar komen ook voort lange trossen*, *in weinige zyde steelen verdeelt*, *daar aan 't bloeizel staat*, *zynde veele witte knopjes*, *die zig vertonen in kleene kelkjes*, *met eenige roodigheid van binnen*, *voor niet met al afvallende*, *deze staan geenzints in malkander gerolt*, *gelyk die van de eerste zoorte*, *maar styf en uitgebreid*, *en aan 't agterste van den tros komen de regte vruchten voort*, *ryp zynde*, *in de grootte van groene Lanssen*, *dikwils twee aan malkander vast*, *van coleur castanje-bruyn met ros gemengt*, *gelyk graauwe erweten.*

Onder

Tab. XVI.

A

Semi maturi ſubſtantiam habent ſiccam inſtar caſtanearum, ſed lentiorem magisque mucoſam, exteriore parte viridem, circa medium rubentem, in ipſo centro oſſiculum ſeminale reconditur molle, hujus vero carnis odor ingratus eſt & nauſeoſus fere inſtar urinæ.: Diutiſſime arbori inhærent, antequam matureſcant, perdurant enim a Novembri usque in Majum.

Hujus trunci lignum albicat, craſſis conſtat fibris, nec in ædibus durabile, unde ad ædificia non adhibetur.

Nomen. Generali vocabulo hæc arbor Malaice & Amboinice dicitur *Dawan*, ex quo Latinum nomen *Dabanus* derivavi: Prima autem ſpecies eſt *Dawan Batu* & *Dawan Lacki Lacki*, h. e. *Dawan lapidea* ſeu *mas*, quum durius gerat lignum, inque ſaxoſis creſcat locis: Secunda ſpecies eſt *Dawan Mera* ſeu *Dawan rubra*, ex fuſco corticis colore in trunco, non vero in ligno, quod diſcrimen non obſervatum ſæpius confuſionem parit in hiſce ſpeciebus: Tertia ſpecies vocatur *Dawan Gabba Gabba* & *Dawan Parampuan*, h. e. *Dawan mollis* ſeu *femina*.

Locus. Non novi extra Amboinenſes inſulas notas eſſe has arbores, contra frequentiſſime hic obcurrunt ac vulgatiſſimæ ſunt inter ſilveſtres arbores, non vero in litore, ſed in montibus creſcentes, optimæque in locis ſaxoſis.

Uſus. Apud harum inſularum incolas lignum hoc eſt vulgatiſſimum ad tigna, licet enim præcedentia Metroſideri ligna duritie & durabilitate præ Dawano excellant, hoc tamen eligunt incolæ hujus regionis ad ædificia ſua, quum vilibus ac puſillis inſtrumentis hoc melius elaborare valeant. Noſtri vero lignarii illud non niſi defectu præcedentium ad clauſtra, & repoſitoria adhibent: Optimas tamen præbet trabes ac poſtes vulgarium ædium; Dawan nempe lignoſa, ſi juſto cædatur tempore, mollis vero Dawan conducit tectis tignisque: Ambæ vero ſpecies hoc laborant vitio, ac præſertim femina, quod creſcente luna cæſa, vel ſi juniora & tenera gerat folia, in ædibus facile cariem contrahat, aut albas generet formicas, & ſi aliis ex rebus vel locis illam occupent, copioſum ipſis præbeat nutrimentum. Hinc nunquam hoc lignum ad ædium exſtructionem recens in uſum vocandum eſt, ſed prius bene exſiccari oportet & fumo indurari.

Poſtes Soli quoque non ſunt exponendi, quum facile incurventur, quod de aliis etiam tignis dictum eſt, recens maris lignum in aqua fundum petit inſtar Metroſideri, ſed cito exſiccatur. Ex latis trunci alis optimi formari poſſunt orbes, ex quibus lignei amplique formantur echini ac crateres, *Dulang* dicti, ut & breves rami, quibus navigia ſua propellunt.

Tenera piloſæ ſpeciei folia cum illis *Lanquas Malaccæ* contrita, & inlita pruritum tollunt difficilem *Panubeſſi*.

Onder in de half rype, legt een drooge ſubſtantie als die van caſtanje, dog tayer en ſlymerig, aan de buitenkant groen, omtrent de midden roodachtig, en regt in de midden leyd een week zaadkorreltje, en de reuk van dit vleeſch is vuyl en onaangenaam, ſchier als pis. Zy ſtaan zeer lang aan de boomen, eerze ryp werden, en men vindze van November tot aan 't begin van May.

Het hout dezes ſtams is witachtig, grofdradig, en in de huyzen niet durabel, daarom 't tot den huisbouw niet genomen wert.

Naam. *In 't generaal hiet dezen boom in 't Maleyts en Amboinſch* Dawan, *waar van ik 't Latyn* Dabanus *gemaakt hebbe. De eerſte zoorte is* Dawan Batu *en* Dawan Lacki Lacki, *dat is ſteen-Dawan, of manneken, om dat 't harder van hout is, en op ſteenachtige plaatzen groeyt. De tweede zoorte is* Dawan Mera *of* roode Dawan, *van de bruyne coleur der ſchorſſe aan den ſtam, en geenzints van 't hout, welk onderſcheid niet in acht genomen zynde, dikwils verwarring onder deze zoorten baart. De derde hiet* Dawan Gabba Gabba *en* Dawan Parampuan, *dat is weeke Dawan, of 't wyfje.*

Plaats. *Ik weet niet dat 't buyten de Amboinſche Eylanden bekent zy, daar en tegen is 't alhier overvloedig, en een van de gemeenſte wout-boomen, dog niet aan ſtrandt, maar altyd in 't gebergte waſſende, en 't beſte op ſteenagtige plaatzen.*

Gebruik. *By de Inlanders dezer Eylanden, is dit 't gemeenſte timmerhout, want of wel de voorgaande Yzerhouten aan hardigheid en duurzaamheid de Dawan verre overtreffen, zo neemt evenwel den Inlander dit meeſt tot zyn huisbouw, om dat hy 't met zyn geringe gereedſchap beter bedwingen kan. Onze timmerlieden zullen 't niet, dan by gebrek van de voorgaande nemen, tot 't bouwen van Fortreſſen en Pakhuizen; het geeft echter goede en durabele, zo ſtylen als balken, tot de gemeene huyzen, te weten het ſteen-Dawan, als men 't op zyn behoorlyke tyd kapt, en 't weeke Dawan is bequaam tot regelings, en in 't dakwerk. Beyde zoorten hebben die fouten, dog inzonderheid 't wyfken, dat zy by waſſende Maan, of met jong loof beladen zynde, gekapt, in de huyzen ligt vermolmen, en witte mieren genereren, of dezelve van elders daar in komende, ligt voeden. Daarom zal men dit hout geenzints verſch aan eenig gebouw gebruyken, maar eerſt ter degen laten drogen, en een weinig berooken.*

De ſtylen moeten ook niet in de zonne leggen, want ze trekken anders krom, 't zelfde van andere timmerbouten mede gezegt wert, het verſche hout van 't manneken zinkt in 't water gelyk Yzerhout, maar droogt ligt op. Uyt de breede vlerken kan men bequame borden krygen, daar men de vlakke boute bakken van maakt, Dulang *genaamt, als mede de korte riemen, waar mede zy alle haare vaartuygen voortſcheppen.*

De jonge bladeren van 't hayrige, met de bladeren van Lanquas Malacca, *gevreven en opgeſmeert, verdryven 't jeuken van 't moeyelyke* Panubeſſi.

Tabula Decima Sexta

Ramum exhibet *Dabani latifoliæ*, quæ *Dawan Beſaer* vocatur.

De zeſtiende Plaat

Vertoont een Tak van de *breetbladige Dawan, die Dawan Beſaer* genaamt wert.

Tabula Decima Septima

Ramum exhibet *Dabani maris*, ſeu *Dawan Batu*.

Ubi Litt. A. ejus *racemum julis floriferis* ac *foliolis ſubrotundis* onuſtum repræſentat.

De zeventiende Plaat

Vertoont een Tak van *Dawan* het *mannetje*, ofte de *Dawan Batu*.

A. Wyſt aan een Tak met zyn *bloeyende ſtaarten*, en *ronde blaadjes* beladen.

OBSERVATIO.

Dawan ejusque *ſpecies* a *Valent.* in *Amboina deſcript. pag.* 221. etiam commemorantur.

AANMERKING.

De *Dawan* wert met zyn zoorte by *Valent.* in de *beſchryving* van *Ambon* op *pag.* 221. mede vermeldt.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Jatus. Caju Jati.

CElebre hoc Javanorum lignum hoc in Herbario locum quoque obtinuit, quum in hisce insulis itidem nunc colatur, nec, quantum novi, a quodam huc usque fuerit descriptum. Ejus arbor in Java aliisque ipsi vicinis crescit locis, habeturque altissima silvestrium arborum, quæ truncum habet rectissimum, glabrum, altissimum, ac gracilem, antequam sese in ramos dividat, ejusque occurrit mas & femina, quæ ligno tantum differunt.

Maxima gerit folia, quæ unquam in quadam observavi arbore, excepto *folio Mapparum*, quod hic raro invenitur; in junioribus enim arboribus tres pedes longa sunt, viginti pollices longa, inferiore parte angustata, petiolumque crassum ad ramum usque involventia, seu alata, superiore subrotunda atque in brevem desinentia apicem, scabra, sicca, sonitumque edentia seu crepitantia, superius obscure viridia, ac rugosa instar pellis Lamii piscis, inferius cinerea & lanuginosa, crassis pertexta costis, late distantibus, flavescentibus, & ab utraque parte protuberantibus, oras vero gerunt æquales, odoremque ac saporem habent instar fœni, sed amarum, suntque opposita, quatuorque simul crucem efformant, late vero distant, insident autem hæc longis rectisque ramis, qui antrorsum plerumque quadrati sunt, sulcati, & lanuginosi.

Cortex glaber est, externe parum quoque lanuginosus, pruritumque cutis levem excitat, si madidus sit, est lentus, ac humidus, lignum vero siccum est.

Flores racemo insident admodum extenso, cujus ramuli laterales cruciati sunt, eodemque ordine ad minimos usque petiolos dividuntur, quorum bigemini furcam efformant, singulæ vero partes flosculum sustinent, ex sex albis & retrorsum inflexis staminibus formatum, sex parvas, flavasque antheras sustinentibus, in quorum centro pistillum erigitur: In hujus furcæ medio aliud excrescit viride capitulum, quod mox vesicæ formam refert, quod in fructum abit, ita ut flores ipsi fructum non producant, sed frustra decidant, hi vero mensibus Aprili & Majo progerminant: Fructus autem sunt viridia ista capitula, quæ in virides degenerant cellulas seu vesiculas instar Halicacabi, sed ipsarum apex magis inpressus est, quæque non clausæ sed parum apertæ sunt, parvaque quædam exhibent filamenta, dein vero vesicula illa magis contrahitur, corrugatur, coloremque gerit ex cinereo viridem, caput continens sphæricum instar globuli sclopeti manualis, sed parum compressum & angulosum, externe lanuginosum, interna vero ejus substantia est sicca, dura, & lignosa.

Ejus lignum duplex est, maris obscure luteum est, multis constans striis longitudinalibus instar Abietis, lentum, durum, nec facile rimas agens, quodque facillime perdolari & secari potest.

Feminæ vero pallidius est, rarioresque gerit strias, mollius est, ac si perdoletur, quasi pilosum est, ac difficilius secatur, nec poliri bene potest; utraque odorem gerunt gravem amaricantem, si recentia elaborentur, ingratumque saporem, odor vero diu superest, si cistæ vel scrinia ex illis formentur, immo omnia hisce inclusa odore isto inprægnantur, recentia si fuerint fabricata: Durabile tamen est tam ad ædium quam navium exstructionem, nec cossos generat, insectaque fugat odore suo.

Anni tempus. Arbor hæc nullos producit flores fructusque nisi adulta: In Java floret mensibus siccis, qui ibi Euro spirante incidunt, fructus post Novembrim observantur.

Nomen. Latine *Jatus.* Belgice *Kiatenhout.* Malaice & Javanice *Jati* & *Caju Jati.* In *Bontii Histor. Indica libr. 6. cap. 16. Quercus Indica* vocatur, ipsique flos luteus ibi adscribitur, quem album observavimus.

Locus. Nullibi copiosior crescit quam in Java & Madura, optima vero mas seu Jati Bati, i. e. Jatus lapidea circa *Samarang* provenit, reliquæ vero arbores in magnis silvis obcurrunt a *Japaræ* parte Orientali usque ad *Grisseckam*, præcipua vero loca sunt *Rem-*

XIII. HOOFDSTUK.

Kiate-Boom.

D*It vermaarde Javaanze timmerhout, is mede in dit Kruydboek ingekropen, om dat 't in deze Eylanden nu mede begint aangeplant te werden, en myns wetens tot nog toe van niemant beschreven is. Hy wert op Java, en de omleggende plaatzen voor de hoogste woutboom gereekent, zeer regt, en even van stam, schietende zeer hoog en rank op, eer hy zig in de takken verdeelt, men heeft een manneken en wyfken, daar van aan 't hout maar het onderscheid geeft.*

Hy heeft de grootste bladeren, die ik ooit aan eenigen boom gezien hebbe, behalven 't folium Mapparum, *dat men hier weinig vind, want aan de jonge boomen zyn ze 3. houtvoeten lang, en 20. duymen breed, agter toesmallende, en den dikken steel tot aan den tak toe bekledende, vooren rondachtig, en schielyk in een korte spits toelopende, styf, droog, en rammelende, aan de boven zyde donker-groen, en zo ruyg als een Haye-vel, aan de onderste graauw en wolachtig, met dikke ribben doorregen, die wyd van malkanderen staan, geel zyn, en te weerzyden uitbuylen, met evene kanten, van reuk en smaak hooyachtig en bitter, zy staan regt tegens malkander, en met haar vieren maakenze een kruys, met wyde tusschen-plaatzen, aan lange regte takken, die na vooren toe meest vierkant zyn, gevoornt, en wolachtig.*

De schorsse is even, en van buyten ook een weinig wolachtig, maakende een kleen jeuken aan 't lyf, als ze nat is, taay, en wat vochtig, maar 't hout is droog.

Het bloeizel komt voort aan een wyd uitgespreide tros, daar aan alle de zyde takjes in 't kruys staan, en in deszelfs order zig verdelen tot de minste steeltjes toe, waar van 2. en 2. een gaffel of mik maken, dragende ieder deel een kleen bloempje, van zes witte en agterwaarts gebogene draatjes gemaakt, met 6. geele kleene noppen, en een pilaartje. In de midden van deze mik staat een ander groen knopje, 't welk straks de gedaante van een blaasje maakt, en waar uit de vrucht werd, zo dat 't bloeizel niet met al tot de vrucht doet, maar te vergeefs afvalt: Het komt voort in April of Mey. De vruchten zyn de voorschreeve groene knoppen, dewelken veranderen in groene buyskens of blaaskens, gelyk die van de Halicacabus, dog met de spitze meer ingedrukt, dewelke ook niet geslooten, maar wat geopent staan, en eenige witte draatjes vertonen, daar na valt 't blaasken nog meer in, werd gerimpelt, en graauw-groen, en besluyt een ronde knop, in de grootte van een pistool-koegel, dog een weinig ingedrukt en hoekig, van buiten wollig, van binnen met een drooge en harde houtachtige substantie.

Het hout is tweederley, dat van 't mannetje is donkerbleek, met veele streepen in de lengte, als het Dennenhout, taay, hart, en niet ligt scheurende, zeer gemakkelyk voor de zaag en schaaf.

Dat van 't wyfken is bleeker, en heeft ydeler streepen, weeker, en onder de schaaf wat hayrig, dog moeyelyk om te zagen, en laat zig niet glad werken; beyde hebben een swaaren bitteraachtigen reuk, als men ze versch werkt, en een onaangenamen smaak, blyvende de reuk hun lange by, als men Kisten en Kassen daar van maakt, ja al 't goet ruikt 'er na, dat men in de versch gemaakte legt. Het is nogtans zeer durabel, zo aan den scheeps- als huisbouw, gewind gene wormen, en verdryft 't ongedierte, zo lang 'er de reuk by is.

Sayzoen. *Dezen boom gewind geen vruchten nog bloemen, eer hy zyn volkomen wasdom heeft. Op Java bloeyd hy in de drooge maanden, 't welk aldaar de Ooster-Mousson is, en de vruchten ziet men na November.*

Naam. *In 't Latyn* Jatus. *Op 't Duitsch* Kiatenhout. *Maleyts en Javaans* Jati en Caju Jati. *in de* Hist. Bontii. 6. Boek. Kapittel 16. *wert hy* Quercus Indica *genaamt, en hem een geele bloem toegeschreven, die wy wit bevonden hebben.*

Plaats. *Hy wast nergers overvloediger, dan op Java en Madura, het beste 't welk men 't manneken of Jatu Batu, steen-Kiatenhout noemt, wast omtrent* Samarang, *de rest met groote losschen vol, vind men beoosten* Japara *tot* Grissek *toe, zynde de voornaamste plaatzen* Rembang, *en*

Rembang & *Laſſem*: Pauca copia invenitur in *Baleya*, *Bima*, *Boetona*, & *Pangeſana*: Ante plures annos quidam Amboinenſes in haſce terras illas induxerunt arbores, quas in Hitoes montibus plantaverunt, ubi raræ obcurrunt vaſtæ arbores, quas noſtrum celant populum.

Anno 1676. ſemen ex Mandura juſſi adferri, inque variis Leytimoræ plagis illud terræ conmiſi, in quibus feliciter etiam progerminabat ac læte vigebat. Terram vero amat pinguem, rubram, & argilloſam, qualis illa eſt Maduræ & Javæ, ubi etiam ſtipitibus ſuis propagantur hæ arbores.

Uſus. Javani multum cum hocce ligno exercent mercaturam, præſertim in iſtis locis Rembang & Laſſem, ubi varias ex hoc ligno formatas trabes, aſſeres, coſtasque venales adferunt, inter quas trabes ſunt binos & tres pedes craſſæ in diametro, quæ aliquando adeo copioſe adcumulantur, ut gravitate ſua ſolum inprimant, & ſub eo quaſi ſepeliantur, magna enim navigiorum copia ibi exſtruitur, nobilisque Societas Indica per Indiam navibus ſuis illud lignum mittit ad tigna, quum in ſuperioribus ædium partibus non adeo grave ſit ac Metroſideros, attamen ſatis durabile. Scriniarii ex hoc quoque ligno varias elaborant ciſtas politas ac ſcrinia, quem in finem optima ejus eliguntur ſegmenta non nodoſa nec piloſa, quo vitio ſæpe hoc laborat lignum.

Quam ingratus etiam ejus ſit ſapor, vis tamen in eo detegitur medicata, quæ noxias quasvis tam ciborum quam potuum qualitates corrigit, cholericamque paſſionem ſiſtit; Hunc in finem talia fruſta optima cenſentur, quæ per aliquod tempus in mari fluctuarunt: Chinenſes & Malayenſes navigatores crateres ex craſſioribus hujus ligni ſegmentis formant, in quibus aquam pluvialem ſervant in navigiis: Primam vero ſecundamque aquam, quæ maximam adtraxit amaritiem, effundunt, credunt tamen hanc aquam vi medicata eſſe inprægnatam, noxamque tollere duriorum ciborum marinorum: Caju Jati folia aquæ incocta, & inſtar potus Thee epota Choleram tollunt, ſed nauſeoſum præbent & amaricantem potum. Recentia porro folia cum quodam liquido, ac præſertim Limonum ſucco, manibus contrita, ipſas rubro penitus inficiunt colore, qui diu remanet: Javani illa cunctis miſcent pigmentis, quibus lintea ac fila rubro tingunt colore, ut hic perſiſtat. Cum interna ſeu rugoſa foliorum parte lignum poliri poteſt, ſed non ita detergent, ac Ampelæ: Vulgare Malayenſium antidotum contra Tsjka, h. e. choleram eſt Caju Jati, cum Caju Tay in aqua contritum & propinatum.

N. B. Verum Javanorum nomen eſt *Djati*, quod durabile ac probum denotat, & ab hominibus etiam adhibetur, argumento, quod *Djati* optimum ac durabiliſſimum tignorum habeatur: Experimentum Javanorum bellis comprobatum ad maximam hæmorrhagiam ſiſtendam ſequens eſt: Djati recipe folium confractum, in aqua illud macera, donec fere computreſcat, circumage leniter aquam iſtam ac folium, cum annulo ex vera *Suaſſa* (Javanis *Soaſſo* dicta), formato ex filo dependente, quem per aquam commove, hac aqua vulnus ablue tam hominum quam equorum, quod repetendum eſt, hoc ſanguinem ſiſtet, vulnera depurabit, atque curabit. *Caju Jati* ſilvæ Javanæ hoc modo ſeſe habent, rectum enim hujus arboris lignum peculiarem occupat montem, formatque ſilvam: Item tenue lignum ad palos uſitatum, ac dein incurvum peculiarem ſibi eligunt montem, & terræ tractum, ita ut, ſi quis navigium ſtruat, ex una ſilva malos rectaque ligna petere debeat, nec unum incurvum ibi reperiet truncum, qui in aliis montibus vel ſilvis quærendus eſt.

Javani ex hoc quoque ligno ſepulchretorum aſſeres formant, comperiuntque in terra incorruptum perſiſtere.

Contra colicam raſuram *Jati* accipe, ſive poſtis ſive trabis, & coque illam cum manipulo Pady ad dimidium, ebibat hanc coctionem, mox ſolatium ſentiet æger.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 27. Malabarice, Portugallice, ac Belgice *Theka* vocatur, cujus deſcriptio cum

en Laſſem: *weinig vind 't ook op* Baly, Bima, Boeton *en* Pangeſane. *Voor veele jaren hebben 't zommige Amboinezen ook in deze Eilanden gebragt, en in 't gebergte van Hitoe geplant, daar nu weinige groote boomen ſtaan, die zy voor ons volk verborgen houden.*

Anno 1676. heb ik zaad van Madura laten komen, en op verſcheide plaatzen van Leytimor gezaayd, daar 't ook gelukkig opkwam, en nu weelderig opſchiet, maar het wil een vette roode kleygrond hebben, gelyk die van Madura en Java is, alwaar men 't ook met ſtokken verplanten kan.

Gebruik. *De Javanen dryven grooten Koophandel met dit hout, inzonderheid op de gemelde plaatzen Rembang en Laſſem, daarze allerhande balken, delen, en ribben van dit hout te koop brengen, en waar onder balken van 2. en 3. voeten dik in 't vierkant, die zomtyds zo dik op malkander leggen, datze in de grond zinken, en meenigte van ſcheepen en vaartuygen worden aldaar getimmert, en dan voorziet de Ed. Compagnie nog al de geheele Ooſt door, haare ſcheepen met dit timmerhout, om dat 't in de boven-gebouwen zo ſwaar niet is, als 't Yzerhout, en niet te min durabel. De Schrynwerkers maaken ook alderhande fraaye Kiſten, Kaſſen, en Kantoren daar van, waar toe men de beſte ſtukken moet uitkiezen, die niet quaſtig nog hayrig zyn, gelyk anders veel aan dit hout is.*

Hoe onlieffelyk dit hout van ſmaak is, zo ſteekt 'er nogtans een Medicinaale kragt in, om allerhande ſchadelyke ſpys en drank te verbeteren, en 't woedende hort Cholerica Paſſio te ſtuiten: Hier toe houd men zodanige ſtukken voor de beſte, die een tyd lang in zee hebben leggen dryven. De Chineeze en Maleytze Zee-vaarders, maaken ook haare waterbakken van de dikke planken dezes houts, daar in ze haar drinkwater op de groote Jonken hebben. Het eerſte water en 't tweede, 't welk de meeſte bitterheid in zig gezogen heeft, weggietende, en geloven datze door dit water zeer gezont blyven, en dat het de ſchadelykheid van alle groove zee-koſt wegneemt. De bladeren van Caju Jati in 't water gekookt en gedronken als Thee, zyn goet voor 't hort, maar 't is een bitteren en walgelyken drank. De verſche bladeren met eenige vogtigheid, inzonderheid Lemoen-zap, in de handen gevreven, verwen dezelve ganſch rood, 't welk 'er in lang niet weer af te brengen is. De Javanen doen dezelve onder andere mengzels, waar mede zy 't linnen en gaarn rood verwen, om de verwen beſtendig te maken. Met de binnenſte ofte ruyge zyde van de bladeren, kan men ook 't hout ſchuuren en glad maken, dog nemen zo wel niet af als het Ampelaas; het gemeene middel tegens Tsjka, dat is 't hort by de Maleyers, is Caju Jati, met Caju Tay, t'zamen in water gevreven en gedronken.

N. B. De regte Javaanze naam is Djati, *het welk hiet deugdzaam, durabel, en werd ook van menſchen gebruikt, een bewys, dat* Djati *hout voor 't beſte en durabelſte onder alle timmerhouten in aanzien is. Een experiment in den Javaanzen oorlog geprobeert, om een kragtige bloedſtelping te maken: Neemt een Djati-blad in ſtukken gebroken, weekt dat in water, tot dat 't wat vergaat, roert het blad en water zagtjes om, met een ring van opregt Suaſſa gemaakt, by de Javaanen Soaſſo genaamt, aan een draat gebonden, en daar mede rondom in 't water gevaren, waſcht daar mede de wonde uit, zo wel aan menſchen als paarden, verbindze ook daar mede; dit zal 't bloeden ſtelpen, de wonden reynigen, en tot genezing ſchikken. De Boſſchen van* Caju Jati *op Java, hebben deze manier, dat 't regte hout een byzonder berg of boſch uitmaakt. Ook het dunne Spaaren-hout, als mede 't bogtige, ieder een byzondere berg of Landſtreek; zo dat als iemand een Vaartuyg maakt, moet hy in 't eene boſch de maſten, en 't regt-hout zoeken, en zal niet een krombout daar in vinden, 't welk hy dan van een anderen berg of boſch moet haalen.*

De Javanen maken ook haare graf-planken van dit hout, en bevinden dat het in de aarde onvergankelyk is.

Tegens colyk neemt geſchraapt Kiatenhout, *het zy van een ſtyl of balk aan een huys, kookt het met een hand vol Pady, tot op de helft, en drinkt daar van, zo helpt het terſtont.*

Dit wert in het Aanhangzel *van* Rumphius *daar by gedaan.*

In Hort. Malab. Part. 4. Fig. 27. *wert hy in 't Malabaars, Portugees, en Duitſch* Theka *genaamt, wiens* be-

cum nostra convenit, excepto quod arboris folia rugosa sint instar pellis Lamii piscis, quod in isto horto non notatur; fructus itidem nostræ arboris alio crescunt modo, uti in textu videre est; quam ingentes autem hæ arbores sint, ex hoc relatu Lector percipere potest, princeps enim Colicolanæ Nobilissimo Dno. *Rheedio* narravit, sese ex unica tali arbore totum fabricasse gentile templum: Silvestris vero circinnata albaque Thekæ species in isto horto memorata mihi ignota est.

beschryvinge met de onze overeenkomt, behalven dat de bladeren aan 't onze zo ruyg zyn als een Hayevel, 't welk men in gemelde Hortus niet leest; ook groeyen de vruchten aan de onze op een andere manier, gelyk in den text te zien is. Anders hoe groote boomen dit worden, kan den Lezer daar uit afnemen, dat een Prins van Colicolan aan den Ed. Heer Hendrik van Reede *verhaalt heeft, dat hy uit eenen boom een geheelen Heydenze Tempel gemaakt heeft. De wilde gekrulde en witte zoorte van Theka in gemelden Hortus aangehaalt, zyn my onbekent.*

Tabula Decima Octava

Ramum exhibet *Jati* floribus fructibusque onustæ.

De achtiende Plaat

Vertoont een Tak van het *Kiatenhout*, met zyn bloemen en vruchten.

OBSERVATIO.

In *Valent. Amb. descript. pag.* 119. describitur, ut & in *Hort. Malab part.* IV. ubi vide notas, & *Bontium lib.* 6. *cap.* 16. Hanc arborem *Pluknet.* in *Almag p.* 362. Terebintho Indicæ adsimulat, uti id patet ex ejus *Mantiss. p.* 178.

AANMERKING.

In de beschryving van *Valent.* op *pag* 119. wert ze mede ter loops beschreven, en in het *vierde Deel* van de *Hortus Malab.* alwaar verders de aanmerkingen ziet, en *Bontius* in *'t zesde Boek Kapitt.* 16. Deezen Boom brengt *Pluknet* tot de Indische Tarpentynboom in zyn *Almag. p.* 362. voorgestelt, zo als zulks blykt uit zyn *Mantiss.* op *pag* 178.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Samama.

HÆc cum præcedente *Dawan* altissima est inter Amboinæ arbores silvestres, ejusque truncum vix bini tresve viri complecti possunt, qui rectus est, ac prope radices parum vel non alatus, hæ autem terram mox ac profunde penetrant. Cortex vero est scaber, crassus, ex nigro viridis seu fumeus, externe profunde laciniatus, interne crassis constans fibris, lentus, ac ruber, saporis adstringentis, rami sese late extendunt, in paucos & rectos laterales divisi ramos, quibus etiam folia rara insident, ita ut extensam admodum, sed apertam & tenuem, gerat hæc arbor comam.

Folia post illa *Jati* maxima sunt, quæ in ullis observantur arboribus silvestribus; cumque illis Jati maxime conveniunt, ita ut *Samama* spuria ejus species haberi posset, si fructus non contrarium indicaret, in ramorum summo folia hæc locata sunt, ubi quinquagona quodammodo, mollia, herbacea, & lanuginosa observantur bina sibi opposita, quatuorque simul obliquam efformant crucem, vix autem ultra tria vel quatuor paria in uno observantur ramo, forma flabelli, binos pedes longa, sesqui-spithamam lata, vetusta vero pedem longa, tresque palmas lata sunt, in inferiore parte hæc sensim usque ad ramum angustantur, ita ut nullum gerant pedunculum nisi nervum medium magnum, qui digitum crassus est, costæ vero laterales plerumque parallelæ sunt, superius rubræ, uti & nervus medius, inferius vero viridis coloris, ad ortum vero majorum foliorum bina foliola lateralia excrescunt mollia ac plerumque viridibus ramis adcumbentia, ad ramorum vero summum capitulum excrescit viride pentagonum, quod sensim in folia explicatur.

Cum hæc quoque arbor in marem ac feminam dividatur, ejus discrimen ex colore venarum ac foliis dignoscitur, qui in mare ruber, in femina albus est. Hæc etiam arbor, uti Jati, nullos producit fructus floresque nisi adulta sit. Flores ejus huc usque ignoti sunt, diciturque irregularis esse formæ, fructus vero mox ex vesicula excrescere, qui sub arbore decidui inveniuntur: Fructus itaque sine floribus progerminant, solitarii semper crasso ac digitum longo petiolo insidentes in ramulorum extremo, qui capitula sunt sphærica, primo magnitudine Limonis Nipis, sensim vero excrescunt ad magnitudinem Limonis Itam, formata ex meris prismatibus, quæ instar setorum Echini convoluti internum ambiunt nucleum adeo conjuncta, ut unum constituere videantur corpus. Prismata hæc exteriore sua parte crassissima sunt, interne sensim angustata, suntque mollia, herbacea, ac facile decidentia, si digitis fricentur.

Capita

XIV. HOOFDSTUK.

Samama-Boom.

D*It is met de voorgaande* Dawan *de hoogste woutboom in Amboina, den zelven in dikte nog overtreffende, vermits zynen stam wel* 2. *of* 3. *mannen moeten omvademen, regt over eynd, met geene of weinige vlerken aan de wortel, die regt en diep in de aarde gaan. De schorsse is grof, dik, swart-groen, of rookagtig, van buiten diep gescheurt, van binnen grofdraadig, taay, en rood, t' zamentrekkende van smaak, de takken breyden haar verre uit, dog maar in weinige en regte zyde-takken, daar aan ook weinige bladeren staan, zo dat hy wel een breede, maar ydele kruyn heeft.*

De bladeren zyn na die van Jati de grootste, die men aan eenige woutboomen ziet, en hebben met de Jati groote gelykenisse, zo dat men de Samama *voor een bastaartslag daar van houden zoude, zo de vrucht niet anders getuigde, zy staan ook meest aan 't eynde, daar dezelve wat vyfkantig, week, kruydachtig, en wolachtig zyn,* 2. *en* 2. *tegens malkanderen, en maaken een schuyns kruis, niet boven* 3. *a* 4. *paren aan een tak, in de gedaante van een wayer,* 2. *voeten lang, anderhalve span breed, aan de oude een voet lang, en drie handen breed, na agteren allenskens toesmallende, tot tegens den tak aan, zo dat men geen anderen steel daar aan ziet, dan de groote middel-zenuwe, die wel een vinger dik is, de dwers ribben lopen meest parallel, boven rood, gelyk ook de middel-zenuwe, en onder groen, ter zyden by den oorspronk van deze groote staan* 2. *andere kleendere blaadjes, slap, en gemeenlyk tegens de groene takken aanleggende, en voor aan 't eynde der takken staat een vyfhoekige groene knop of kolve, dewelke zig metter tyt in bladeren opent.*

Dewyl deze boom mede in manneken en wyfken verdeelt wordt, zo kan men het onderscheid aan de coleur der aderen in 't blad zien, dewelke in 't manneken rood, en aan 't wyfje wit zyn. Deze boom brengt mede, gelyk de Jati, gene vruchten ofte bloemen voort, eer hy tot zyne volle grootte gekomen is. De bloemen zyn nog onbekent, en men zegt, datze geen eygentlyke gedaante hebben, maar dat de vruchten straks uit een boosje ofte blaasje voortkomen, dewelke men onder den boom afgevallen vint. De vruchten dan komen voort zonder bloeizel, altyd een alleen, en op een dikken en vinger langen steel, aan 't uytterste der ryskens, zynde koegel-ronde bollen, eerst in de grootte van een Limoen Nipis, maar metter tyd zo groot als een Limoen Itam, straks in haar begin uit enkelde hoekige pinnetjes gemaakt, die als borstels van een t'zamen gerolden Egel rondom de binnenste korl staan, zo digt aan malkander, datze een lichaam schynen. Deze pinnetjes zyn aan 't buitenste eyndt dikst, en na binnen toesmallende, week, kruytachtig, en ligt afvallende, als men ze met de vingers vryft.

Op

A

Capita hæc alia præterea gerunt mollia & exigua filamenta, quæ totum efficiunt globum ruffum, & ad tactum lanuginoſum, neutiquam vero pungentem, florumque loco inſerviunt, quæ fruſtra decidunt, qua in re hic fructus convenit cum illo Bancal & Mannelorum: In deciduis fructibus obſervari nequit, quanam in parte petiolo juncti fuerint, niſi macula quædam eſſet glabra.

Poſt prismata decidua, verus in conſpectum venit fructus, magnitudine minoris Pruni, ruffus vel pullus, qui carne conſtat fungoſa & herbacea inſtar Socci Capas: Folia decidua rubeſcunt inſtar cancri cocti, quod etiam in pluribus obſervatur ſilveſtribus foliis. Lignum flaveſcit, ac parum ad ruffum adcedit colorem, nec maris vel feminæ multum differt, Sickio ſeu vulgari Bayeno ligno quam maxime ſimile, ſed craſſioribus conſtat fibris, mollius eſt, minusque durabile, nec in igne ſtridet, uti Sicki lignum.

Anni tempus. In initio pluvioſorum menſium hæc arbor ſua dimittit folia, atque in Auguſto nova regerminat: Fructus ab avibus quibusdam, ac præſertim a veſpertilionibus comeduntur, inque hortis ſeruntur, ubi quam citiſſime creſcunt in altiſſimas arbores, quæ læte vigent, & ab Amboinenſibus prope ſuas ædes locantur ob folia, quæ ipſis in uſu ſunt.

Nomen. Latine *Samama*, quo nomine Amboinice quoque vocatur, nullum vero aliud mihi ejus innotuit nomen.

Locus. In cunctis creſcit Amboinæ inſulis, tam in montibus quam in planis locis, ſed ubique denſas format ſilvas.

Uſus. Ex ejus ligno aſſeres potiſſimum ſecantur, qui ad vulgares adhibentur ædes, atque a noſtris ligniariis *Baye* aſſeres vocantur, æque ac illi, qui ex Sicki ligno formantur, a quo vix diſtingui hoc poteſt lignum, Samamæ vero multo magis pallide flaveſcit, piloſius eſt, ac craſſioribus conſtat fibris illo Sicki, nec ita bonæ notæ ac durabile eſt. A Sicki maris vero ligno melius dignoſci poteſt, quum hoc multo magis rubeſcat, & igni inpoſitum ſtrideat. Oportet vero ligniarios hæc bene noviſſe ligna, nec Samamæ lignum ad publica ſplendidaque adhibere ædificia, præſertim talia, quæ multa abluuntur & depurantur aqua, quum tam cito putreſcat, tenuibus vero ſeptis inſervire poteſt, atque in locis ſiccis ſi deponatur, ſatis durabile eſt, ligniarii etiam amant hanc ſecare arborem in aſſeres, quum elegantes recti & craſſi ex eo formari poſſint, nec difficile ſit ſectu vel elaboratu lignum, taliaque ſemper præferunt, magis ad commodum quam utile adtendentes.

Arboris cortex a quibusdam Tiffadoribus recenti infunditur Sagueri potui, ſed defectu alius Oebat, qui per ipſum ruber & adſtringens eſt, ſed non amarus; idem quoque ad Oebat Papeda adhibetur, ſi prius in aqua coquatur, qua Papeda præparatur. Trunci cortex cum illa Bintangor Laut, & Metroſideri coquitur in decoctum, quod propinatur contra fluorem album feminarum, quem expellit & deterget, ejusque materia terreſtris ſimul confortat & adſtringit: Amboinenſes hujus foliis utuntur pro mappis & orbibus præſertim in publicis conviviis, in quibus tota menſa hiſce foliis ut & illis Socci ſtrata eſt, unde & has arbores ſuis adponunt ædibus, quum adeo commodum præbeant ſupellectilem.

Op haare hoofden dragenze nog andere kleene en weeke draatjes, die den gebeelen appel ros maken, in 't aantaſten wolagtig, dog geenzints ſtekende en zyn, in plaats van bloeizel, 't welk vergeefs afvalt, waar in deze vrucht overeenkomt met die van Bancal en Mannelen; in de afgevallene kan men niet bemerken, waar den ſteel geſtaan heeft, of 't moeſte aan een plek zyn, die men altyd kaal ziet.

Na 't afvallen van de pennetjes, bekomt men eerſt de regte vrucht, in de grootte van een kleene pruym, ros, of vaal van coleur, binnen met een voos en kruydachtig vleeſch, als Soccum Capas. De afgevallene bladeren werden rood, als een gekookte kreeft; gelyk vele andere boſch-bladeren doen. Het hout is geelachtig, een weinig na den roſſen trekkende, aan 't manneken en wyfken niet veel verſchillende, het Sickje ofte gemeen Bayen-hout zeer gelyk, dog grofdradiger, weeker, en min durabel, in 't vuur niet knerzende gelyk Sicki-hout.

Sayzoen. *In 't begin van de regen-Mouſſon werpt dezen boom zyn bladeren af, en in Auguſtus gewint hy wederom jong loof. De vruchten werden door eenige vogels, voornamentlyk de Vleer-muyzen gegeten, en in de hoven gezaayt, daar ze dan zeer weeldrig en haaſtig opſchieten tot hooge boomen, die de Amboinezen by haare huyzen dulden, om 't gerief, datze van de bladeren hebben.*

Naam. *In 't Latyn* Samama, *gelyk 't ook in 't Amboinſch hiet, zynde my geen andere naam bekent.*

Plaats. *Hy waſt in alle de Amboinſche Eilanden, zo wel in 't gebergte, als op de vlakte, over al in de digte boſſchen.*

Gebruik. *Dit hout wert meeſt gebruykt om planken daar van te zagen, die men tot de gebouwen gebruykt, en onze timmerlieden* Baye-*planken noemen, zo wel als die van Sicki, van dewelke men ze ook qualyk kan onderſcheiden, dog die van Samama zyn bleek geelder, hayriger, en grofdradiger, dan die van Sicki, ook verre zo goet en durabel niet. Van Sicki 't manneken zyn ze nog ligter te onderſcheiden, vermits 't zelve veel rooder is, en in 't vuur zeer knerſt. De timmerlieden behoorden dan deze houten ter degen te leren kennen, en 't Samama-hout aan geene publieke of groote gebouwen te gebruyken, inzonderheit daar men veel met water ſpoelt, om dat 't zo ligt vergaat, maar tot ligte ſchotten en in plaatzen daar 't droog ſtaat, kan 't nog eenigzints duuren, zynde de houdzagers daarom zo graag, deze boomen tot planken te zagen, om datze ſchoon, regt, en dik zyn, niet ſwaar om te handelen, en de zaage ligt aanneemen, gelykze diergelyke houten meer nemen, daarze meer op de gemakkelykheid, dan op de deugden van 't hout zien.*

De ſchorſſe des booms wert van zommige Tiffadoors in de verſche Sagueer gedaan, doch maar by gebrek van ander Oebat, dewelke daar van rood, en t'zamentrekkende, maar geenzints bitter wert. De zelfde werd ook tot Oebat Papeda gebruykt, als menze te vooren in water kookt, waar mede men de Papeda toebereyd. De ſchorſſe des ſtams, met die van Bintangor Laut, en die van Yzerhout, werden tot decoctie gebruikt, die men maakt tegens de witte vloet der vrouwen, want het zet ſterkelyk af de kalkachtige materie, en ſtopt met eene. De Amboinezen gebruyken deze bladeren tot haare tafelborden en ſervetten, inzonderheid op publyke maaltyden, daar men de gebeele tafel bedekt ziet met deze bladeren, als ook met die van Soccum, en daarom leydenze deze boomen by haare huyzen, om datze zo een gerieflyken huisraad daar van hebben.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Arbor in *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 33. *Katoe Tsjaka*, Belgice *Morgenſter* vocata, æque ad hanc *Samamam*, quam ad utrasque *Banckalæ* ſpecies *libr.* 5. deſcriptas referri poteſt. Portugallice *Jaqua Falſa* vocatur.

In het Aanhangzel *van* Rumphius *wert dit 'er bygedaan.*

Den boom in Horto Malab. part. 3. Fig. 33. Katoe Tsjaka, *in 't Duitſch* Morgenſter *genaamt, kan men zo wel tot deze* Samama *als tot de beyde* Banckals *in 't 5 boek beſchreven, brengen. In 't Portugees* Jaqua Falſa.

Tabula Decima Nona

Ramum exhibet arboris, quæ *Samama* vocatur.

Ubi Litt. A. ejus *fructum majori* repræſentat *forma.*

De negentiende Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, die de *Samama* genaamt wert.

Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht* in *grooter gedaante* aanwyſt.

OBSERVATIO.

Samama a *Valent. pag.* 221. obiter etiam deſcribitur, & in *Tab.* ſub *No.* LVI. exhibetur. & Katou Tsjaka *H. Malab.* a *Plukn.* in *Alm pag* 203. vocatur Arbor Indica floribus & fructu in globum adgregatis.

AANMERKING.

De *Samama-Boom* wert by *Valent. p.* 221. mede ter loops beſchreven, en op de *Plaat* onder *No.* LVI. verbeeldt. en de Katou Tsjaka van de *Hortus Malab.* wert van *Plukn.* in zyn *Almag* op *pag.* 203. genaamt Ooſt-Indiſche Boom met bloemen en vruchten in een bol by een vergadert.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Tittius. Titti.

HÆc etiam latifolia eſt arbor, ſed altitudine & craſſitie præcedentibus longe inferior, ita ut ejus truncum unus complecti poſſit vir, qui corticem gerit glabrum & cinereum, ſuccoſumque, coma ejus denſior eſt, brevioribusque conſtat ramis quam præcedens.

Folia gerit ampla, plerumque ſubrotunda vel oblonga, inferius in rotundum deſinentia, brevibus craſſisque inſidentia petiolis, plerumque oppoſita, crucemque obliquam efformantia, decem, tredecim, & quindecim pollices longa, ſubtus lanuginoſa ſeu piloſa, ut & eorum petioli, plurimaque ſimul ramorum extremitati increſcunt. Flores magnis & ramoſis in racemis progerminant campaniformes Hyacinthorum more, ex quinque craſſis formati petalis, extrorſum inflexis, calicem referentibus, coloris albeſcentis intus purpuraſcentes. Uni autem iſtorum petalorum increſcunt quatuor vel quinque craſſiuſcula & firma ſtamina erecta, quorum bina breviora ſunt, antheras luteas gerentia, & parum inflexa, cætera floris pars concava eſt: ſi vero hic adcurate examinetur, bina poſteriora & minima petala concreta ſunt, triaque reliqua majora & longiora extrorſum flexa, & ad oras parum circinnata, unde & in floris centro quatuor tantum ſtamina ſunt, antheras gerentia, quintum vero piſtillum eſt: Petalorum ac florum odor dulcis quodammodo eſt, ſed debilis; ex floris centro fructus excreſcit inſtar minoris pruni, non perfecte ſphæricus, ſed inregularis, parumque gibboſus, plerumque campaniformis, ſuperius nempe latiſſimus, ſed clauſus nec umbilicatus, ſed parvo apice ornatus, perfecte rotundus ſi maturus: Caro arctiſſime nucleo jungitur & adhæret ipſi firmiſſime, eſtque ſuccoſa admodum uti in prunis, ſed ingrata & amara.

Nucleus interior quoque campaniformis eſt, inferius parum excavatus, in medio tuberculoſus, externe rugoſus, & in quinque protuberantes angulos diſtinctus, ſubſtantiæ lignoſæ. Arboris lignum eſt album, leve, molle, nec durabile, ad parva tamen navigia uſitatum.

Anni tempus. Flores Januario menſe progerminant, quo & fructus maturi conſpiciuntur.

Nomen. Latine *Tittius*, ſecundum Amboinenſes *Caju Titti.*

Locus. In Amboinæ inſulis creſcit non tantum ſponte in humilibus & proximis ſilvis, ſed ab Amboinenſibus quoque in hortis ſilveſtribus ſeritur ac colitur, donec craſſum gerat truncum, atque propagatur tam ſemine quam ſtipitibus. In altis vero montibus ac denſis ſilvis non læte viget, ſed ad ipſarum oras & in locis ventoſis.

Uſus. Amboinenſes maxime hanc amant arborem, ac diligenter eam colunt, quum ejus lignum adeo aptum ſit ad monoxyla ex ipſo formanda, quum tam leve ſit ac facillime excavari poſſit, quæ cymbæ quotidiano ipſis inſerviunt uſui, tam ad circumnavigandum quam ad piſcandum, quas ſumma cum alacritate in terram & etiam in aquam norunt adtrahere, quæque in aqua marina ſatis durabiles ſunt, dulcis vero illas cito corrumpit & inficit: Hinc fit, ut quævis fere arbor ſuum habeat dominum, nec licitum eſt cuivis eam cædere: Hoc vero incolam dono naturæ tribuere oportet, unde tam commodum adquirit lignum, quo ſi deſtitueretur, minorum ac levium navigiorum commodo & uſu defraudaretur, alia equidem ſatis durabilia largitur natura ligna, ſed hæc non ita levia aquæ innatant, neque adeo facilia elaboratu ſunt.

Recens arboris cortex contritus & contuſus, ejusque ſuccus expreſſus cuncta carnis vulnera & ulcera curat, læviter enim detergente virtute ſua hæc depurat, lenique adſtrictione illa curat.

P. S. *Tittius* duplex eſt, rubra & alba, foliorum forma non multum differens, excepto quod illa rubræ ſpeciei paulo majora ſint, in longum apicem deſinentia, ac ſubtus magis lanuginoſa, binæ quoque prope pedunculum majores venæ fuſcæ ſunt. Illa albæ paulo minora ſunt, rotundiora, nec ſubtus lanuginoſa, ſed parum rugoſa, omnesque venæ albicant.

Albæ

XV. HOOFDSTUK.

Tittie-Boom.

Dit is mede een groot-bladige boom, aan hoogte en dikte de voorgaande veel wykende, zynde den ſtam ordinaris zo dik, dat hem een man omvademen kan, met een evene, ligt-graauwe, ſappige ſchorſſe, de kruyn is digter van loof, en korter van takken dan de voorige.

De bladeren zyn groot, meeſt rond of wat langagtig, agter met ronde billen, op korte dikke ſteelen, meeſt tegens malkander ſtaande, en een ſchuyns kruys uitmakende, 10. 13. en 15. duymen lang, 9. en 12. breed, van onderen wolachtig of ruyg, gelyk ook de ſteelen, en ſtaan digt op malkander aan 't voorſte der takken. De bloemen komen voort aan groote en getakte troſſen, in gedaante van klokken of Hyacinthen, te weten van vyf vette blaatjes gemaakt, uitwaarts geboogen, en een kelkje makende, vuyl-wit van koleur, en binnen wat peers. Tegen een van deze vyf blaadjes zyn 4. of 5. dikke en ſtyve draden vaſt gegroeyt, waar van twee korter zyn, met geele noppen, en wat inwaards gebogen, de reſt van 't kelkje is hol: als men de bloem wat naauwer beziet, zo blykt dat de twee agterſte en kleenſte blaadjes een blad uitmaaken, en de drie andere grootere hangen uitwaarts gebogen, en aan haare kanten wat gekrult, daarom ook binnen eygentlyk maar vier draden ſtaan met noppen, en 't vyfde is een ſtieletje, de reuk van knoppen, bloemen, en bladeren is wat zoet, dog ſlap, uit 't onderſte dezer bloemen groeid de vrugt, als een kleene pruyme, niet regt rond, maar ongeſchikt en wat bultig, meeſt kloks-wys, te weten vooren breedſt, dog geſlooten, zonder navel, maar wel met een kort ſpitsje, regt rood, alsze ryp zyn. Het vleeſch hangt zeer vaſt aan de korl, en is zeer zappig, gelyk in de pruymen, onlieffelyk, en bitter.

De binnenſte korl is kloksgewys, van onderen wat hol, met een heuveltje in de midden, buyten ruyg, en met vyf uitſtekende kanten geribt, houtachtig van ſubſtantie. Het hout is wit, ligt, week, en niet durabel, egter tot 't maken van kleene vaartuigen gebruikelyk.

Sayzoen. *Zy bloeyen in January, wanneer men ook de rype vrugten ziet.*

Naam. *In 't Latyn* Tittius, *na 't Amboinſche* Caju Titti.

Plaats. *Het waſt in de Amboinſche Eilanden, niet alleen van zelfs in de laage en naaſte boſſchen, maar werd ook van de Amboinezen in haare boſch-tuynen gezaayt en gehavent, tot dat 't een dikke ſtam gewint, latende zig voortplanten, zo door 't zaat, als door ſtokken. In 't hooge gebergte en digte boſſchen wil 't niet waſſen, maar wel aan de kanten van dezelve, en op lugtige plaatzen.*

Gebruik. *De Amboinezen houden veel van dezen boom, en queken hem zorgvuldig aan, om dat zyn hout zo bekwaam is, om kleene praauwen of houte ſchuytjes daar van te maaken, om dat 't zo ligt is, en gemakkelyk om uyt te hollen, welke ſchuytjes zy tot haare dagelykze nooddruft gebruiken, zo om heen en weer te vaaren, als om te viſſchen, dezelve met een vaardigheid van, en op 't land halende, die ook in zee-water redelyk durabel zyn, maar 't zoet water doetze haaſtelyk bederven: Hier van daan is 't, dat bykans ieder boom zyn Eygenaar heeft, en men magze niet zonder toeſtemming omkappen, 't welk den Inlander de goedheid der nature te danken heeft, die hem zulk een gemakkelyk hout laat waſſen, zonder het welke hem het gerief van ligte vaartuygen zeer bezwaarlyk zoude vallen, want daar zyn genoeg andere houten die durabel zyn, maar niet zo ligt op 't water, en gemakkelyk te bearbeyden.*

De verſche ſchorſſe gevreven of geſtampt, en het zap uitgedrukt, geneeſt allerley vleeſch-wonden en Ulceratien, met een fyne afveegende kragt dezelve zuyverende, en voorts met een zagte adſtrictie heelende.

P. S. Titti *is tweederley, rood en wit, aan 't fatzoen der bladeren niet veel verſchillende, behalven dat die van 't roode wat grooter zyn, met een lange ſpits, en van onderen merkelyk wolachtig, ook hebben de twee grootſte aderen by den ſteel wat bruyns. Die van 't witte zyn een hayrtje kleender, ronder, en van onderen niet wolagtig, maar ſlegts wat ruyg, en alle de aderen witachtig.*

Het

B
A

Albæ ſpeciei lignum multo aptius eſt ad navigia illa minora, quum facile intumeſcat & aquam adſugat, ſed cito iterum exſiccatur, nec rimas agit, e contra rubra lignum gerit magis ruffum, facile quoque intumeſcit, ſed, ſi ſiccetur, facile ſinditur, unde alba potiſſimum colitur, rubraque ſilveſtris habetur.

Het bout van 't witte is veel bekwamer tot praauwen, om dat 't wel ligt opzwelt, en 't water inzuygt, maar ook weder ligt opdroogt, en niet ſcheurt; daar en tegen 't roode geſlagt is roſſer van bout, zwelt mede ligt op, maar in 't droogen ſcheurt het, daarom werd 't witte meeſt aangeplant, en 't roode voor wilt gebouden.

Tabula Vigeſima

Ramum exhibet *Tittii.*
Ubi Litt. A. ejus *fructum*,
B. Vero ejus *oſſiculum ſeminale* denotat.

De twintigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Titti-Boom.*
Alwaar Lett. A. de *vrucht* aanwyſt,
B. De *Zaat-korrel.*

AANMERKING.

Tittius a *Valent.* in *Amboinæ deſcript. pag.* 221. quoque conmemoratur, & in *Tab.* ſub *No.* LV. exhibetur.

OBSERVATIO.

De *Titti-Boom* wert by *Valent.* in de *beſchryving* van *Ambon. p.* 221. mede vermeld, en op de Plaat onder *No.* LV. verbeeldt.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Tittius Litorea. Saoly.

HÆc *Tittii* ſpecies eſt litorea, truncum gerens multo humilorem ac tenuiorem præcedenti, quique plerumque incurvus eſt, inclinat, & haud multo craſſior eſt crure, aliquando autem ad hominis craſſitiem excreſcit, ejus rami ſunt pauci & incurvi, corticem gerentes nigricantem, rugoſum, ac nodoſi ſunt per veſtigia deciduorum foliorum, quique medulla fungoſa ſunt repleti, in horum ſummo folia copioſe locata ſunt arcte ſibi juncta binaque oppoſita, obliquam efformantia crucem, quæ illis *Tittii* quam ſimillima ſunt, ſed breviora & flaccidiora, formam habentia plani remi, inferius nempe anguſtata, ſuperius lata & rotunda, in obtuſum apicem deſinentia, novem ac decem pollices longa, ſex ſeptemve lata, ſuperne glabra, inferne lanuginoſa, plurimis pertexta craſſis & obliquis coſtis, petiolis autem craſſis & curtis inſident, ſubtus purpuraſcentibus, quales & coſtæ longitudinales ſunt.

Flores brevibus craſſiſque inſident pedunculis, qui primo coronam efformant denſam, capita acuta ſuſtinentem, quorum longiſſimum medium eſt, quæ in flores explicantur, atque illos *Manoræ* referunt, ſed ſunt infundibiliformes, ſeſeque aperiunt in ſeptem octoque petala extenſa & ſurſum elevata, ſordide albentia, gratum quodammodo odorem ſpirantia, ſed debilem, ac facillime decidentia, quum filamentum in conſpectum venit longum, quod capitulo inſidet viridi, & in fructum excreſcit. Hic ſemi-adultum refert Ficum, vel fructum Siri Boppar, ſed caſeiformis eſt, viridis, ac demum nigricans, ſupra circulo cinereo notatus, ac fovea impreſſus, ubi & cordiformis eſt, ac porro repletus medulla fungoſa & ſicca.

Arboris lignum eſt album, molle, & inutile: Locis creſcit ſaxoſis, ſeu in litoribus ad declives montium pedes ſitis, ad ſilvæ oram declinans, acſi ab aliis premeretur, & expelleretur fruticibus.

Nomen. Latine *Tittius Litorea.* Malaice a quibusdam *Titti Laut.* Amboinice in Hitoe *Saoly* & *Aylaun Umali*, in Leytimora *Mabecul* & *Aylaun Maccur*, alii illam Malaice vocant *Pamali*, h. e. *Folium infauſtum*, quum piſcatores hoc folium pro malo habeant omine ad piſces capiendos, ſi in navigiis ſuis decidat.

Locus. Hujus ſæpe una alterave arbuſcula obcurrit in remotis ac ſolitariis litoribus ſaxoſis, potiſſimum vero in *Hitoes* ora & *parva Cerama.*

Uſus. Non ſunt in uſu ejus folia vel lignum, ſed, uti dictum fuit, ejus folia ab Amboinenſibus piſcatoribus maxime exprobrantur, ita ut inter tigna hujus libri hæc arbor numerata ſit tantum ob adfinitatem præcedentis Tittii: Trunci vero cortex in re Medica habet uſum, ejus enim fruſtum ad digiti longitudinem in diametro cum paulo majore quantitate corticis radicum *Socci Saxatilis*, aquæ incoctus & propinatus, inveteratam curat Dyſenteriam, quod medicamentum inſtitutum fuit in trienni infante meæ familiæ, qui per tres menſes Dyſenteria laboraverat, ac fruſtra pluri-

XVI. HOOFDSTUK.

Strand Tittie-Boom.

D*It is een ſtrand-geſlagte van* Titti, *veel lager en dunder van ſtam dan de voorgaande, die ook meeſt krom is, en voorwaarts bellende, niet veel dikker dan een dye, zomtyds als een man, de takken zyn weinig en krom, ſwartachtig van ſchorſſe, ruyg en knobbelachtig van de littekenen der afgevalle bladeren, van binnen met een voos merg, aan 't uitterſte der zelver ſtaan de bladeren digt agter malkanderen, twee en twee tegens malkander, en een ſchuyns kruys makende, dezelve zyn die van* Titti *meeſt gelyk, dog korter en ſlapper; zy hebben de gedaante van 't platte van een riem, te weten agter ſmal, vooren breed en rond, met een ſtompe ſpitze, negen en tien duymen lang, zes en zeven breed, boven glad, maar van onderen wolachtig, met veele dikke en zeer ſchuynze ribben, ſtaande op korte dikke ſtelen, die van onderen wat paars zyn, gelyk ook de middel-ribben.*

De bloemen komen voort op korte dikke ſteelen, eerſt vertonende een digt kroontje van ſpitze knoppen, ſtaande 't langſte in de midden, waar uit de bloemen werden: De bloemen gelyken die van Manoor, *dog hebben langere halzen, gemaakt van zeven of agt blaadjes, die wyd geopent ſtaan, en met haar eynden opwaarts gebogen, vuylwit, eenigzints wel riekende, dog ſlap en ligt afvallende, agter latende een lang draatje, op een groen knopje, daar uit de vrucht werd. Dezelve gelykt een half volwaſſene vyge, of de vrucht van Siri Boppar, kaasvormig, groen, ten laatſten rookachtig, boven op met een graauw cirkeltje, en pleyn daar binnen, daar ze ook wat hartachtig is, en voorts van binnen met een voos en droog merg gevult.*

Het bout is wit, week, en ondeugent: Hy waſt op ſteenige ſtranden, die aan de voet van 't leege gebergte zyn, even aan de rant van 't boſch voor overbellende, als of hy van de andere ruygte gedrukt wierde.

Naam. *In 't Latyn* Tittius Litorea, *in 't Maleyts by zommige* Titti Laut. *Amboinſch op Hitoe* Saoly en Aylaun Umali, *op Leytimor* Mahecul *en* Aylaun Maccur, *andere noemen hem in 't Maleyts* Pamali, *dat is ongelukkig blad, om dat de viſſchers dit blad voor ongelukkig houden om viſſchen te vangen, als zy het by hun in de praauw hebben.*

Plaats. *Men vind dit boompje hier en daar een, op afgevallene en eenzaame ſteenachtige ſtranden, meeſt op de Kuſt van* Hitoe, *en* kleen Ceram.

Gebruik. *Het heeft ook geen zonderlyk gebruik, nog van hout, nog van bladeren, zynde daar en boven, als gezegt, by de Amboinſche viſſchers een gehaat gewas, zo datze onder de timmerhouten dezes Boeks getrokken is, ſlegts voor een maagſchap met 't voorgaande Titti. De ſchorſſe des ſtams heeft egter nog een medicinaal gebruik, want een ſtukje daar van een vinger lang in 't vierkant, met ruym zo veel ſchorſſe van de wortel van* Soccus Saxatilis, *in water gekookt en gedronken, geneeſt de verouderde roode loop, zynde in myn huys aan een drie-jarig kind geprobeert, dat wel drie maanden aan roode melizoen gegaan,*

plurima adſumſerat medicamenta, hoc autem curatus fuit: Quidam iſti decocto addunt Catappæ itam corticem, adulti vero ac ſenes primum tantum corticem maſticant cum Pinanga & pauxillo Zingiberis, ſuccum modo deglutientes.

Hujus ſpecies videtur eſſe lignum quoddam citrinum Ternatenſibus *Bololo Malubi* dictum, Malaice *Bonckus Cuman*, quum *Cancelli* amant hoc intrare lignum, inque eo ſeſe abſcondere, mediocris ſine dubio erit arbor litorea amplo & cordiformi folio, recens ejus lignum citrinum eſt, leve, & ſaporis amaricantis, contritumque propinatur contra *Toepasnay*, quæ Colicæ ſpecies eſt quaſi ſuffocatura.

Ternatenſes Rizophori inter arcana ſua medicamenta aliud porro ſervant lignum, *Oepas Daty* ipſis dictum, quod puto idem eſſe ac illud *Tittii Litoreæ*, eſt enim arbor litorea, binos homines alta, folia gerens inſtar *Cadju Radja*, ſed minora, oris ſinuoſis, fructusque inſtar *Boa Rauw*, ſed nigricantes, ac intus concavos. Albæ ſpeciei folia pallide fuſcis diſtincta ſunt venis, nigræ vero obſcure fuſcis, ejusque radix externe & interne nigricat, ſaporemque habet amarum. Hæc ultima ſpecies multum creſcit ad Borealem plagam Poorto in Uliaſſerenſibus inſulis, atque adhibetur contra morbum ipſis *Doty* dictum, quo intelligunt certum incantamentum, ſi Magus alicujus umbram ſcopis verberet, unde ejus abdomen cum ſummis anxietatibus intumeſcit, ex quo cito etiam tales moriuntur homines; ſed forte erit veneficium per quoddam toxicum, ſi ſit res naturalis.

gegaan, en veele middelen gebruikt bebbende, eindelyk bier van genezen is. Zommige doen by de voorſcbreven Decoctie, de ſcborſſe van Catappan Itam, maar oude luyden nemen de voornoemde ſcborſſe, knauwende die met Pienang, een weinig kleene Gember daar by doende, en den zap daar van inſwelgende.

Hier van ſcbynt een zoort te zyn, een bleek oocker-geel bout, by de Ternatanen Bololo Mahuli *genaamt, en in 't Maleyts* Bonckus Cuman, *om dat zig de* Cancelli *of ſlecke-krabbetjes geern daar in verbergen: Het zal een middelbaare ſtrand-boom zyn, met een breed bert-formig blad. Het verſcbe bout is bleek-geel, ligt, en wat bitter van ſmaak; gevreven en ingenomen werd gebruikt tegens Toepasnay, een zoorte van colyk, die opklimmen, en verſtikken wil.*

De Ternataanſcbe Wortel-mannen bebben onder baare ſecreete benamingen nog een bout, 't welk zy Oepas Daty *noemen, dat ik giſſe 't zelfde te zyn met* Tittius Litorea, *want 't zal een ſtrand-boom zyn, omtrent twee mannen boog, met bladeren als* Cadju Radja, *dog kleender, met bogtige randen, vrucbten als* Boa Rauw, *dog ſwartacbtig, en van binnen bol. De witte zoorte beeft ligt-bruyne aderen aan de bladeren, de ſwarte beeft ze donker-bruyn, wiens wortel binnen en buyten ſwart is, en bitter van ſmaak. Dit laatſte ſtaat veel benoorden Poorto in de Uliaſſers, werd gebruykt tegens de ziekte* Doty, *waar door zy verſtaan een zoorte van betovering, wanneer den Tovenaar iemands ſcbaduwe met een bezem ſlaat, waar door bem den buyk met groote benaautbeid opſwelt, dat men ſcbielyk daar aan ſterft; miſſcbien is 't een vergeving met eenig gift, zo 't natuurlyk is.*

CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

Sicchius. Sicki.

HÆc quoque cum Dabano & Samama, uti ſupra dictum fuit, una ex craſſiſſimis & altiſſimis ſilveſtribus arboribus eſt, truncum gerens rectum, quem vix bini tresve homines complecti poſſunt. Ejus vero cortex non ita profunde eſt laceratus, ac ille Samamæ, ſordide viridis & fuſcus, unum vel ſesqui pollicem craſſus, intus ruber, paucumque exſudans lac viſcoſum, ſi incidatur. In marem & feminam itidem dividitur, tota forma plerumque differentes.

Primo: *Sicchius mas* ſeu *anguſtifolius*, qui duriſſimum gerit lignum, & craſſiorem magisque fuſcum corticem quam femina, altiſſimumque & erectum truncum, foliaque habet inordinate locata, plurima ſibi juncta in ramorum utcumque extremo, Caryophyllorum foliis quodammodo ſimilia, ſed breviora, magisque curtis inſidentia petiolis, quatuor pollices longa, binos lata digitos, ad ſummum latiſſima, ubi & in ſubrotundum apicem deſinunt, quorum quædam intenſe flava ſunt, rotunda, craſſa, glabra, ſuperne obſcure nigricantia, inferne flaveſcentia, plurimis tenuiſſimis venulis pertexta, horumque ramuli ſeu rachides nodoſæ admodum ſunt ac fere pungentes ſeu ſpinoſæ. Prima foliorum germina rachidibus inſidentia florem quaſi referunt per incurvos ramulos.

Flores plurimi ſimul juncti magnis in racemis progerminant, qui primo capitula ſunt viridia Viciæ ſeminum magnitudine, ſuperius longo apice ornata, quæ ſeſe aperiunt in floſculos albos ſtellatos & pentapetalos, apex autem iſte in ipſorum centro tanquam piſtillum locatur, poſt hos fructus excreſcunt rari, qui oblongæ ſunt baccæ, minores Olivis, diuque virides, ſed demum colorem adquirunt luteum vitellinum cum fuſco mixtum, ſub tenui, lenta, & viſcoſa carne nucleus reconditur oblongus, ab utraque acuminatus parte, rugoſus, multisque excavatus foveolis: Hæ baccæ non ſemper ſunt rotundæ, ſed aliquando etiam quadratæ.

Lignum recenter cæſum graviſſimum eſt, & aqua refertum, unde & *Sicki Ayer* vocatur, ſed ſatis facile exſiccatur, ex purpureo rubet colore, ſed ſiccum ruffeſcit, & tandem externe cinerei eſt coloris, eſtque molle, nec venis multum diſtinctum, ſed nodoſum, ac duræ ſubſtantiæ, facile autem cæditur, ſed ſerræ reſiſtit, eſtque porro leve, nec durabilie, ſi nempe in locis

XVII. HOOFDSTUK.

De Sicki-Boom.

D*It is mede met de Dawan en Samama, als boven gezegt, de dikſte en boogſte Wout-boom, met een regten ſtam, die twee a drie mannen omvademen moeten. De ſcborſſe is niet zo diep geſcbeurt als van Samama, uit den vuyl-groenen en bruynacbtig, een en een balve duym dik, binnen rood, en een weinig kleverig melk uitgevende, als men daar in kapt. Hy werd in manneken en wyfken verdeelt, meeſt over 't gebeele lyf van malkander verſcbillende.*

Eerſtelyk: Sicki 't manneken *ofte bet* kleenbladige, *'t welk ook 't bardſte is, beeft een bruynder en grovere ſcborſſe dan 't wyfken, anders zeer boog en regt van ſtam. De bladeren ſtaan zonder ordre, en veele agter malkander, meeſt aan 't voorſte der ryskens, de nagel-bladeren eenigzints gelykende, dog korter, en op kortere ſteelen, vier duimen lang, twee vingers breed, aan 't voorſte breetſt, met een ronde ſpits, zommige boog-geel, rond, dik, glad, boven boog-groen, van onderen geel-groen, met veele fyne adertjes doorregen, baare ryskens zyn zeer knobbelig en bykans ſteekelig: De eerſte uitſpruytzelen der bladeren aan baare ryskens, vertonen een bloem met baare kromme takken.*

De bloemen komen voort, veele by malkander gedrongen aan groote troſſen, zynde eerſt groene knopjes in de grootte van Wicken met een lang ſtieletje boven op, dewelke baar openen in kleene witte geſternte en vierbladige bloempjes, blyvende bet voornoemde ſtieletje in de midden ſtaan, zynde kleen, wit, en geſternt; na dezelve waſſen de vrucbten weinig in getal, zynde langwerpige beziën, wat kleender dan Olyven, lang groen blyvende, ten laatſten wordenze wat doorn-geel, met bruyn gemengd, onder 't dunne taaye, en lymacbtige vleeſcb, bebbenze een langwerpige korl, agter en vooren toegeſpitſt, wat rimpelig, of vol kuyltjes. Deze beziën zyn niet altyd rond, maar zomtyds wat vierkant.

Het bout verſcb gekapt is zeer ſwaar en vol water, daarom bet ook Sicki Ayer *genaamt wert, maar droogt redelyk ligt op, is purper-rood, maar beſterft ſtrax ros, en ten laatſten van buyten graauw, week, zonder kennelyke aderen, wat quaſtig, dog van grove ſubſtantie, gemakkelyk om te kappen, maar de zaage wat tegenſtaande, ligt, en niet durabel, te weten, waar 't op bedompte en vocb-*

locis locatum sit occlusis vel humidis. Densas amat hæc arbor silvas in altissimis montibus ex rubra terra compositis, quales plurimi sunt Amboinæ montes.

Secundo *Sicchius femina* seu *latifolia* truncum gerit crassiorem, leviorem corticem, ac folia latiora, quæ ad minimum duplo majora sunt quam maris, septem nempe & octo pollices longa, tres vel tres cum dimidio lata, crassioribusque constantia venis, læte viridia, flaccidiora, & superius latissima, ac subrotunde desinentia, prioris cæterum similia, uti & ejus flores. Fructus hujus arboris sunt paulo majores, ac plurimum quadrati oris rubentibus.

Ejus lignum mollius est, rugosius, primo ruffum, ac dein citrinum, si siccum sit, vel dolabra poliatur, venasque exhibet seu strias longitudinales, splendetque instar serici, facile autem perdolatur, ac securi finditur, non vero tam bene serra, quum pilosa ejus substantia hanc magis retardet, quam mas.

Quidam tertiam hujus componunt speciem ex utrisque mixtam, cujus folia inter has binas species sunt media: Lignum vero in externa parte flavescit, interne rubescens uti maris. Serram omnium facillime admittit, unde & plurimum expetitur ad asseres secandos, quum non adeo sit nodosum ac illud maris, hæc vero species ad illam maris pertinet.

Anni tempus. Fructus maturescunt mense Januario.

Nomen. Latine *Sicchius*; juxta Malayense & Amboinense *Sicki*; Ligniarii nostrates ejus lignum vocant *Bayenhout* ob similitudinem illius, quod in Batavia crescit, ibique *Bayo* seu *Caju Weyer* dicitur, ab Amboinensi autem ligno multum diversum, *Bayo* enim arbor est majora gerens folia, illis *Samamæ* quodammodo similia; cujus lignum ex crassis constat fibris, estque pilosum, album, & molle, quod vix poliri potest, unde & ligniarii nostri cunctos asseres ex tali levi ligno confectos Baye-asseres vocant, quin potius crederemus illos hæc ligna denominasse ita ex similitudine panni levidensi, qui inter omnes pannos levissimus ac vilissimus est.

Mas proprie dicitur *Sicki Mera* & *Sicki Batu*, h. e. rubra & lapidea Sicchius, quum ejus lignum durissimum & durabilissimum sit. Femina vero *Sicki Poeti*, & *Parampuan* vocatur, in Hoeamohela *Aysiri*.

Locus. Per cunctas Amboinæ insulas nota est hæc arbor, præsertim in Hitoe & Boerone, sed jam per cæsionem & sectionem adeo imminuta, ut non nisi in remotis obcurrat montibus.

Usus. Hoc in Amboina usitatissimum est lignum ex quo asseres secantur non tantum ædificiis, sed cunctæ quoque viliori supellectili inservientes, hique ex cunctis tribus formantur speciebus, potissimum vero ex binis posterioribus, non quod ipsarum lignum melius sit, sed quia Chinenses ligniarii facillima elaboratu eligunt. Si hi asseres locis ponantur siccis, per quindecim annos & diutius durare possunt, sed in pavimentis, quæ continuis ablutionibus obnoxia sunt, per quinque vix annos incorrupti manent, vel enim tum cariosi fiunt, vel ab albis perduntur formicis. Ex hoc quoque ligno tigna, quadratæ costæ, minoresque trabes ædium tectis inservientes secantur, ita ut cuncta viliora domicilia, cistæ, mensæque vulgares ex hoc fabricentur ligno.

Maris lignum rubrum rimas facile agit ac frangitur, quod non ita in feminæ ligno observatur, unde & melius inservit minoribus navigiis ex hoc formandis. Vetustum ac siccum harum arborum lignum igni injectum stridet instar salis, immo magis quam Mangi Mangi lignum, præsertim Sicchii albæ, facillime tamen ardet, sed cito in cineres convertitur, nec carbones præbet, unde & ædes ex hoc constructæ ligno vehementissime flagrant citoque consumptæ sunt, si flammam concipiant. Ex alba specie optime formari possunt cistulæ, quæ politæ & bene depuratæ instar serici splendent; nostrumque Amboinense Sicchii lignum omni ex parte melius est Javanorum ligno Bayano.

Quando ligniarii hanc cædunt arborem, pegma circa ejus truncum formant ad hominis altitudinem, quousque nempe ejus alæ elevantur, ibique, ubi truncus rotundus est, eum cædunt, uti hoc in cunctis alatis observatur arboribus. Siccum Sicchii lignum igni injectum non tantum stridet, sed odorem quoque fundit gratum ad Benzoin accedentem.

vochtige plaatzen staat. Hy wast geern in digte bosschen, en op de hoogste bergen, die van roode aarde bestaan, gelyk meest 't Amboinsche gebergte is.

Ten tweede: Sicki het wyfken of breedbladige, *is wel zo dik van stam, lichter van schorsse, en breeder van bladeren, dewelke ruym tweemaal zo groot zyn dan aan 't manneken, te weten, zeven en agt duymen lang, drie en vierde-halve breed, met merkelyke aderen, ligt-groen, slapper, vooren mede breed en rond toelopende, anders de voorige gelyk, als mede de bloemen. De vruchten zyn ook wat grooter en meest vierkant, doch met roode kanten.*

Het hout is zagter, pelsiger, eerst ros, daar na bleekgeel bestervende, en als het geschaaft wert in de lengte eenige streepen vertonende, en glimmende als zatyn, gemakkelyk voor de schaaf en byl, maar niet voor de zaage, om dat het met zyn pelsige substantie dezelve meer tegenhoud, dan 't manneken.

Zommige maken een derde geslagt van beyde gemengt, wiens bladeren tusschen beyde zyn. Het hout aan de buitenkant geelachtig, na binnen toe ligt-rood, gelyk aan 't manneken. Het neemt de zaage van allen op 't gemakkelykst aan, en werd daarom meest gezogt om planken van te zaagen, om dat 't zo quastig niet is als het eerste, of manneken; doch dit geslagt mag men bequamelyk onder het manneken begrypen.

Sayzoen. *De vruchten ziet men ryp in January.*

Naam. *In 't Latyn* Sicchius, *na 't Maleytsche en Amboinsche* Sicki, *onze Timmerluyden noemen 't* Bayenhout, *na de gelykenisse van 't gene op Batavia wast, en aldaar* Bayu *of* Caju Weyer *genaamt werd, van 't Amboinsche Sicki-hout merkelyk verschillende; zynde* Bayo *een boom met grooter bladeren, die van Samama eenigzints gelykende, met een grofdradig, pelzig, wit, en week hout, dat qualyk glad te krygen is, daarom onze timmerluyden alle zulke planken, van ligt hout gemaakt, Baye-planken noemen, of men moeste zeggen, dat zy 't gedaan hebben van de gelykenisse des Bayen-doeks, 't welk onder alle doeken 't ligtste en slegtste is.*

Het manneken hiet men eygentlyk Sicki Mera *en* Sicki Batu, *dat is, rood, en steen-Sicki, om dat zyn hout het hardste en durabelste is. Het wyfken noemt men* Sicki Poeti, *en* Sicki Parampuan, *op Hoeamohel* Aysiri.

Plaats. *Het is in alle de Amboinsche Eilanden bekent, zonderlyk op Hitoe en Boero, doch nu door 't veel zaagen zo veel vermindert, dat men 't niet dan in 't verre gebergte vind.*

Gebruik. *Dit is in Amboina het aldergebruykelykste hout om planken daar van te zaagen, niet alleen tot den huisbouw, maar ook tot allerhande slegte huisraad dienstig, en dat van alle drie voornoemde zoorten, doch wel 't meeste van de twee laatste, niet om datze beter zyn dan in 't manneken, maar om dat de Chineeze hout-zagers altyd het gemakkelykste zoeken. Als deze planken droog staan, konnenze wel vyftien a zestien jaren, en langer duren; maar aan de vloeren, die 't spoelen gedurig onderworpen zyn, konnenze qualyk vyf jaren onbeschadigt blyven, want of ze vermolmen in haar zelfs, of de witte mieren komen daar in. Men zaagt 'er ook sparren, vierkante ribben, en ligte balkjes van, aan 't bovenwerk van de huyzen gebruykelyk, zo dat alle de gemeene huyzen, slegte kisten, en tafels, van dit hout gemaakt werden.*

Het roode hout van het manneken scheurt en breekt ligt, 't welk het wyfken niet doet, en daarom is 't bequaamer tot lichte praauwen en kleene vaartuygen: Het oude en drooge hout van deze boomen, knerst in 't vuur als zout, ja meer als 't Mangi Mangi hout, inzonderheid witte Sicki, brand echter zeer ligt, en vervalt haast tot assche zonder koolen, daarom de huyzen van deze planken gemaakt, een felle brand veroorzaken. Van 't witte geslagt kan men best allerhande kistjes maaken, dewelke gepolyst zynde, en zuyver gebouden, glimmen als zatyn, en in alle maniere is ons Amboinsch Sicki-hout beter en durabelder, dan 't Javaansche Bayenhout.

Als de hout-zagers dezen boom omkappen, makenze een stellagie om den stam, in de hoogte van een man, namentlyk zo hoog als omtrent de vlerken zyn, en kappen den stam af, daar hy begint rond te worden, gelykze met alle boomen doen, die vlerken hebben. Het drooge Sicki-hout in 't vuur gebrand, geeft behalven het knerssen, ook een reuk van zig, die naar Benjoin trekt.

Tabula Vigesima Prima

Ramum exhibet *Sicchii maris*, quæ *Sicki Batu* incolis dicitur.

Tabula Vigesima Secunda

Ramum exhibet *Sicchii feminæ*, quæ *Sicki Poeti* vocatur.

OBSERVATIO.

Sicchius a *Valent.* 220. quoque conmemoratur.

De een- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Sicki-Boom* het mannetje, ofte *Sicki Batu* van de Inlanders genaamt.

De twee- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Sicki-Boom* het wyfje, welke *Sicki Poeti* genaamt wert.

AANMERKING.

De *Sicki-Boom* werd by *Valentyn pag.* 220. mede vermeld.

CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

Ulassium. Caju Lassi.

HÆc quoque ingens est arbor silvestris, ejus truncus non omnino rectus est, sed parum incurvus, exceptis quibusdam, quæ erectæ excrescunt, suntque circa radices alatæ, sed non ita ac præcedentes, truncus vero crassitiem habet binarum ulnarum, cujus cortex est cinereus seu gilvus, glaber, tenuis, sed lentus, lignoque firmiter adhærens, ad tactum mollis, atque humidus, cutis levem pruritum excitans, sique incidatur, vulnus illud lividum contrahit instar plumbi colorem cum grato odore. Ejus coma est ampla, plurimisque foliis & ramulis luxuriat uti Lingoa. Folia non certum observant ordinem, plurimum tamen bina sibi sunt obposita, quorum quatuor simul crucem efformant, atque ex singulorum fere alis novus propullulat petiolus alia sustinens folia, unde hujus arboris coma adeo densa est: In ramulorum summo bursula seu vagina excrescit ex binis foliolis formata, quæ, quum sese aperiat, unum alterumve foliolorum emittit par, quæ ad primum adspectum pro floribus haberentur. Folia illa Lingoæ referunt, sed sunt magis cordiformia, inferius nempe subrotunda & auriculata, superius acuminata, tres quatuorve digitos transversales longa, binos cum dimidio & tres lata, in vetustis arboribus majora, tenuia, parumque rugosa, plurimisque obliquis ac parallelis costis pertexta, inferiore parte protuberantibus, suntque læte virentia, ad oras sæpius rubentia, maculisque ferrugineis sæpe adspersa, plerumque etiam una folii pars longior est altera, uti in Solanis. Flores in hisce arboribus non observantur.

Fructus vero pilulas referentes longis insident tenuibusque petiolis, ex quibusdam itidem vaginis, quæ tamen raro supersunt & inveniuntur. Fructus itaque parvæ sunt pilulæ instar majorum pisorum, tribus, quatuor vel quinque simul insidentes pedunculis, qui ex simplicibus parvisque squamis compositi sunt, quique in inferiore parte tanquam in centro circa rotundum globulum, Sinapios semen referentem, concurrunt, simpliciaque exhibent filamenta primo viridia, dein fusca, sique conterantur, facile decidant; oportet etiam arborem esse vetustam, antequam hos proferat fructus, unde & non multum noti sunt, in hisce vero, uti videtur, semen latet, ex quo arbusculæ progerminant.

Lignum duplex est; maris citrinum habet colorem, tenuissimam & densam substantiam instar Tiliæ ligni, sed duriorem. Venæ in hoc non observantur, estque plerumque concolor, atque in quibusdam tantum locis albentes magis gerit maculas & strias, quod vitiosum in hujus ligni asseribus habetur, si vero sit siccum, facillime elaborari potest tam serra quam dolabra, vinosumque spirat odorem, qui in sicco ad Mephitim adcedit, in recenti vero lacteum, difficulter quoque transversaliter cæditur, quum secures nimis hebescant, per longitudinem vero facile finditur, immo sæpius magis quam cistiariis gratum est: Recens lignum vitellinum habet colorem, siccumque fundit subtilem, qui cærulescit, siccum vero constantem citrinum servat colorem. Alterum vero lignum, quod feminæ habetur, magis albet, ac sæpe instar Buxi pallidum, nihilominus tamen tenuis & solidæ substantiæ, meliusque elaborari potest quam præcedens, quum non ita facile

XVIII. HOOFDSTUK.

Ulassie-Boom.

Dit is mede een groote wout-boom, den stam niet geheel regt, maar een weinig bochtig, behalven zommige die regt opschieten, met vlerken aan de wortelen, dog niet groot, en den stam gewind de dikte van twee mannen omvademens. De schorsse is ligt-graauw, of vaal, even, dun, zeer taay, en vast aan 't hout klevende, zagt in 't aantasten, en als by nat is, op de huyd een kleen jeuken verwekkende, als men daar in kapt, wordt de quetzuure strax swart-blaauw gelyk loot, met een aangenaame reuk. De kruyn is breed, vol ryskens en loof, dierhalven weelderig staande, gelyk aan de Lingoa. De bladeren staan in geen vaste ordre aan dezelve, dog meest twee tegens malkander, en maken met hun vieren een kruys, maar bykans uit ieder schoot komt een nieuw steeltje met andere bladeren, waar door deze kruyn zo digt van loof wert. Aan 't uitterste der ryskens, staat een beursje of scheede, van twee kleene blaadjes gemaakt, 't welk zig openende, een of twee jonge blaadjes voortbrengt, die men in 't eerst voor bloeizel zoude aanzien. De bladeren gelyken die van Lingoa wat, dog zyn hertformiger, te weten agter rond, toegebilt, en vooren schielyk toegespitst, drie en vier dwersvingers lang, derde halve en drie breed; aan de oude boomen grooter, dun, wat rimpelig, en met veele schuynze parallele ribben doorregen, aan de onderzyde verre uitsteekende, blyde of ligt-groen, aan de kanten zomtyds roodachtig, en zyn zelfs met yzerplekken bezet, ook hebbenze meestendeels de eene helft van 't blad langer dan de andere, gelyk de Nagtschade; bloeizel vind men aan dezen boom niet.

Maar zyn vruchten of pillekens komen op lange dunne steeltjes voort, mede uit eenige scheeden, die men egter zelden daar aan vind. De vruchten dan zyn kleene pillekens, als groote erweten, op drie, vier, of vyf dunne steeltjes by malkander staande, van enkelde kleene schubbetjes gemaakt, die met haar agterste in 't midden rondom een kleen knoopken, als mostert-zaad, t'zamen stooten, en enkele draatjes vertonen, eerst groen, daar na bruynachtig als men ze vryft, ligt afvallende; den boom moet ook groot zyn, eer hy deze vruchten voortbrengt, en daarom zynze weinig bekent, egter, zo 't schynt, moet 't zaat daar in steeken, waar van de boompjes komen.

Het hout is tweederley, dat van 't manneken is ligtgeel, zeer fyn, en digt van substantie, gelyk ons Lindenhout, dog harder. Het heeft geen aderen, en is meest eenparig van coleur, hebbende slegts hier en daar zommige wittere plekken en streepen, 't welk voor een fout of misstandt aan de planken gehouden werd. Droog zynde, laat hy zig zeer gemakkelyk bearbeyden, zo door de zaag, als schaaf, en geeft een wynachtigen reuk van zig, die in 't drooge na swavelgrond trekkende is, dog in 't versche wat melkagtig, is moeyelyk om overdwers te kappen, om dat 't de bylen te stomp maakt, maar in de lengte scheurt het ligt, ja dikwils meer als het de Kistemakers lief is. Het versche hout vertoont hem doorn-geel, heeft een subtielen zap, die op den knop blaauw besterft, maar 't drooge hout, als gezegt, houd zyn bestendige coleur van ligt-geel. Het ander dat men voor 't wyfken houd, is witter, en zomtyds zo bleek als Bux-boom, niet te min fyn en digt van substantie, beter om te bewerken dan het voorige, om dat 't zo ligt niet

A
B

facile findatur, vinumque Hispanicum odore æmulatur. Hujus quoque species obcurrit plerumque alba, tenuissimæ substantiæ ac durioris utrisque præcedentibus, quæ *Lassi lapidea*, seu *Lassi Batu* vocatur, quorum folia inter sese non multum differunt, excepto quod illa feminæ sint oblongiora ac majora, plerumque etiam hæc est frugifera, quum in mare rarissime fructus observentur.

Anni tempus. Fructus mense Aprili proveniunt.

Nomen. Latine *Ulassium.* Malaice *Caju Lassi*, *Caju Ulassi*, & *Olassi*, quo nomine nota est hæc arbor in Boerone & Cerama: In Boerone autem proprie vocatur *Kilabi*, quidam illam Ternatice nominant *Morfalla*, sed erronee; *Morfalla* enim alia est arbor, postea describenda.

Locus. In ipsa Amboina non crescit, sed in vicinis ipsi locis, in Boerone nempe, in tribus *Xulæ* insulis, in *Bongaya*, *parva Cerama*, seu *Hoeamobela*, *Kelanga*, & *Bonoa*, tam in montibus quam in planitie juxta litus, optima vero plerumque in locis saxosis invenitur, licet & simul paludosa sint.

Usus. Optime ejus lignum inservit ad asseres, ex quibus cistæ, scrinia, ac mensæ formantur, quum lati sint, ac politissime elaborari possint, quæque ornantur tabellatis ex Ebeno ligno factis: Hunc in finem flavissima eliguntur segmenta, quum vero hæc maculis albis sint notata, hinc opera hæc elaborata Calappi oleo solebant obduci, ut uniformia & concoloria sint, quæ tam diu poliuntur ac fricantur, donec oleum hoc penetraverit. Melius autem est, si Lini oleum hunc in finem adhibeatur, atque calefactum inliniatur, quod melius etiam ligni colori respondet, sin vero *Caju Lassi* intenso tingere velimus colore, tum perdolatæ partes calce obducuntur, quæ per noctem ipsis adhæreat, dein vero aqua salsa abluuntur ac depurantur.

Ædificiis non ita utile est, quum per radios solares tactum facile rimas agat, Boeronenses vero illud adhibent ad navigia, quum illud durabile censeant in aqua marina, cui vero nostri ligniarii obloquuntur, quum experti sint, teredines facile contrahere, antequam per tres annos fuerit usitatum. Incolæ autem nostram nationem ignorantiæ adcusant, quum nimis teneras cædat arbores, vel quod plurimorum vitium est, nimis recens adhibeat lignum, hoc enim instar Cofassi quam tardissime exsiccatur, ita ut per annum seponendum sit, antequam in usum vocetur: Nigricantes autem istas maculas in aqua contrahit marina, vel si in occluso depositum sit loco, vel si antea non rite fuerit siccatum: Cæterum incolæ hoc lignum putant durabilitate sua proxime adcedere in navigiorum usu ad illud Cofassi: Recens fabricatæ cistæ ac scrinia isto laborant vitio, quod diu tetrum servent istum odorem, præsertim si lintea non rite siccata vel chartæ in iis adserventur.

Si Chinensium vernicem *Tsjat* copiose hic haberemus, lignum hoc corrigi optime posset, atramento nigro tingi itidem optime potest, ita ut Ebeno quam proxime adcedat, qualia jam multa elaborantur cubilia ac sedes, quum glaberrimum sit ac splendeat instar Ebeni, si fuerit politum.

Anno 1666. arbusculas ex Boerone jussi in Amboinam deduci, quarum radices licet confractæ, in hortis tamen plantatæ hic satis læte germinarunt, ac intra paucos annos in crassas excrevere arbores, quæ tertio decimo nondum anno fructus produxerunt: Pluviosis mensibus tentavimus has per ramos propagare, quum nobis videretur ejus lignum esse satis vegetativum instar Lingoi, sed hoc mihi non successit.

niet scheurt, en merkelyker na spaansche wyn is riekende. Men heeft een zoort hier van, meest doorgaans wit, zeer fyn van substantie, en harder dan de beyde voorgaande, dat men steen-Lassi *of* Lassi Batu *noemt; aan bladeren verschillenze niet veel van malkanderen, behalven dat die van 't wyfken wat langwerpiger en grooter zyn, ook is 't zelve meest vruchtdragende, die men aan 't manneken zelden vind.*

Sayzoen. *De vruchten vind men in April.*

Naam. *In 't Latyn* Ulassium, *in 't Maleyts* Caju Lassi, Caju Ulassi *en* Olassi, *met welke namen 't bekend is op Boero en Ceram, op Boero zelfs hiet 't* Kilahi, *zommige willen 't op Ternataans noemen* Morfalla, *dog qualyk, want* Morfalla *een verscheide boom is, en hier na zal beschreven werden.*

Plaats. *Hy wast op 't eygentlyke Amboina niet, maar wel op de naaste plaatzen, als* Boero, *in de drie* Xulas, *op* Bongay, kleen Ceram, *of* Hoeamohel, Kelang, *en* Bonoa, *zo wel in 't gebergte als op de vlakte langs den strand, en 't beste gemeenelyk op steenachtige plaatzen, al zyn dezelve wat moerassig daar by.*

Gebruik. *Het is een zeer bequaam hout, om planken daar van te zagen, die meest voor de Kistemakers dienen, tot kisten, kassen, en tafels, om dat dezelve breed vallen, en zeer glad konnen gewerkt worden, waar op de Ebbenhoute lysten zeer fraay staan. Hier toe verkiest men de aldergeelste stukken, en om dat dezelve dikwils breede witte plekken hebben, zo pleegt men de gemaakte werken van buyten met Calappus-oly te bestryken, dat 't eene coleur kryge, 't welk men als dan zo lange vryft en polyst, tot dat 't indroogt. Men doet beter als men hier toe lynzaad-oly neemt, 't zelve wat warm gemaakt, daar op smeert, 't welk ook met de coleur van 't hout best overeen komt, anders als men het Caju-Lassi hoog-geel wil verwen, zo besmeerd de glad-geschaafde geheel en al met kalk, laat het een nagt staan, en wascht 't dan af met zout-water, en boent het.*

Tot den huisbouw is 't zo bequaam niet, om dat 't door de hitte en zonne geraakt, ligt splyt; maar de Boeronezen gebruiken 't tot den scheeps-bouw, en houden 't voor een durabel hout in 't zee-water, het welke onze timmerluyden tegenspreken, als hebbende ervaren dat den hoorworm daar in komt, eer 't drie jaren aan een Chialoup gestaan hadde. Doch de Inlanders beschuldigen de onze al wederom van onwetentheyd, als die de boomen te jong kappen, of 't welk 't meeste gebrek is, dat zy 't te versch tot 't werk gebruyken; want dit hout, gelyk ook dat van Cofassu, droogt zeer langzaam op, moetende wel een jaar gelegen hebben, eer men 't gebruyken mag. Het krygt ook de voornoemde swart-blaauwe plekken in zee-water, of in een bedompte plaats liggende, als het te vooren niet ter degen gedroogt is. Anderzints houden de Inlanders dit hout aan bestendigheid in den scheepsbouw voor het naaste na Cofassu. De versch gemaakte kisten en kassen hebben ook die foute, datze lang dien viezen reuk behouden, inzonderheyd als men qualyk gedroogt linnenwerk, en papier daar in doet.

Mogt men den Chinezen vernis Tsjat *in overvloed alhier hebben, men zoude daar mede dit hout zeer verbeteren konnen: Men kan het ook met goede swarte inkt verwen, dat 't Ebbenhout gelyk werd, hoedanig veele bedsteeden en stoelen nu gemaakt werden, want het komt aan gladdigheyd 't Ebbenhout naast, en gepolyst glimt mede.*

In 't jaar 1666. heb ik kleene boompjes van Boero op Amboina laten komen, daar aan de worteltjes nog al gescheurt waren, en aldaar in eenige hoven geplant, daar ze wel gevat hebben, en tot korte dikke boomen wierden, maar in 't 13. jaar nog geen vruchten droegen. Wy hebben in de regen-Mousson ook geprobeert de takken te verplanten, om dat het ons toescheen een weeldrig groey-hout te zyn gelyk het Lingoa, maar dat wilde niet lukken.

Tabula Vigesima Tertia

Ramum exhibet *Ulassii.*
Ubi Litt. A. ejus *folium*,
B. Vero *fructum* majori repræsentat forma.

De drie- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Lassie-Boom.*
Alwaar Lett. A. deszelfs *blad*,
En B. de *vrucht* in grooter gedaante vertoont.

OBSERVATIO.

Ulassium a *Valent. pag.* 223. quoque conmemoratur, & obiter describitur.

AANMERKING.

De *Lassie-Boom* komt mede voor by *Valent. p.* 223.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Labarus. Labarong.

SUbſequentes binæ arbores adfines eſſe videntur præcedenti Ulaſſio, Lahari vero truncus multo tenuior eſt, qui plerumque craſſitiem ulnæ adæquat, ſuperius rotundus, inferius vero excavatus vel anguloſus atque alatus, uti in Ulaſſio. Ejus cortex eſt obſcure cinerei coloris ſeu nigricat, facile a ligno ſeparandus, ſed fragilis eſt, ſiccus, & intus flaveſcens. Arboris coma eſt anguſta, paucoſque gerit longos ſurculos ſuperne anguloſos, quibus pauca etiam inſident folia, quæ illa Nucis Moſchatæ quodammodo referunt, ſunt autem majora & craſſiora, in mare quinque vel ſex pollices longa, ſeſqui immo tres ſæpe lata, craſſiuſcula, glabra, paucisque obliquis atque albicantibus venis pertexta, horum vero nervus medius ſuperne ſulcatus eſt, bina plerumque ſibi obpoſita, quatuorque ſimul crucem efformant, plurimaque ab erucis exeſa quoque ſunt, ita ut raro integra inveniantur. Illa vero feminæ majora ſunt & flaccidiora, ſex ſeptemve pollices longa, quatuor vel quinque lata: Flores non gerit, ſed ipſorum loco burſulæ quædam progerminant, forma brevioris Chirurgorum ſpathæ, binis ex foliolis compoſitæ, uti de Ulaſſio quoque notatum eſt, quæ parum protuberat, paucumque continet liquorem tenacem & oleoſum, Canangæ flores ſpirantem, præſertim in femina; ſi vero iſta burſula ſeſe aperiat ac dehiſcat, binæ treſve rotundæ propullulant pilulæ inſtar granorum piperis vireſcentes, quæ magnitudinem adquirunt minorum Ceraſorum nigrorum fuſci coloris, ex rotundo obliquæ, tres quatuorve ſimul longo inſidentes petiolo, qui ex ſimplicibus ac longiuſculis componitur ſquamulis ſeu prismatibus, quæ anguſto collo deſinunt in rotundum ac durum globulum tanquam in centrum, hæc vero externe arcte ſibi adcumbunt: Burſula autem iſta inter alia fuſca ac mollia locatur folia, quæ decidunt, ſi fructus excreſcant: qui diu in arbore perſiſtunt, non mutantes ſuum colorem, ac virides tandem prolabuntur, ſquamulæ vero iſtæ digitis facile ſepararari poſſunt, remanente interne duro oſſiculo, quod arboris ſemen habetur.

Ejus lignum triplex eſt. Optimum ac duriſſimum vitellinum gerit colorem, ad oras pallidum, ſolidum, grave, ac tenuis ſubſtantiæ, quod in quibusdam locis ſtrias quaſdam exhibet longitudinales, hæc ſpecies *mas* cenſetur, diciturque *Labarus lapideus.*

Secunda *femina* eſt, quæ cor gerit inſtar ceræ flavum, reliqua autem ejus pars albicat, lignum vero ejus mollius eſt, ac præcedente vilius.

Tertia mixta videtur eſſe ſpecies ex *Labaro* & ſubſequente *Neſſato*, quæ album gerit lignum, circa cor rubens, ſed tenuis ac duræ ſubſtantiæ: Flavum aliquando pallidioribus maculis variegatum eſt, quod vitioſum eſt uti in Ulaſſio, unde vetuſtæ eligendæ ſunt arbores, ſi quis aſſeres concolores deſideret.

Anni tempus. Fructus in parva Cerama proveniunt menſe Julio, qui ibi ſemi ſiccus eſt anni menſis, in Leytimora vero Decembri.

Nomen. Latine *Labarus*, in Amboina *Labarong*, in Hitoe *Labalun.*

Locus. In *Amboina* creſcit in montibus ſaxoſis, circa *Hitoe Lammam*, & in *Leytimora* in diſtrictu *Oerimesſino.*

Uſus. Optimum præbet hæc arbor tignum tam ad ædes quam ad naves, juſto autem tempore nec luceſcente luna cædendum eſt, nec recens operi adhibendum, quum vermes cæterum facile generet per vegetativum ejus ſuccum, quo prægnans eſt, ita ut ſenſim exſiccandum ſit uti præcedens Ulaſſium: Trabes ac poſtes ex hoc formantur ligno, ſed ſolum non tangat, quum ibi cito putreſcat; in Amboinenſium ædibus ſenſim adeo indureſcit atque exſiccatur, ut pulſatum ſonitum edat.

Keyenſes & Amboinenſes ex ejus aſſeribus navigia *Corre Corren* dicta fabricant, quæ in aqua marina durabilia ſunt; ciſtis vero non ita inſervit, quum ejus odor ſit mucidus, recens autem lignum nidoroſum ſpirat odorem, ſi elaboretur.

Tabula Vigeſima Quarta

Ramum exhibet *Labari.*

XIX. HOOFDSTUK.

Labar-Boom.

DE twee volgende boomen ſchynen maagſchap te hebben met het voorgaande Laſſi, dog Labarong wykt 't zelve veel aan dikte des ſtams, zynde doorgaans zo dik als een man omvademen kan, boven rond, beneden uytgeholdt of hoekig, met eenige vlerken, gelyk men aan den Lanſen-boom ziet. De ſchorſſe is donker-groen of ſwart-agtig, licht van 't hout afvallende, dog bros, binnen geel en droog. De kruyn is ſmal, en heeft weinig lange ryskens, vooren wat hoekig, daar aan ook weinige bladeren ſtaan, dezelve gelyken die van Noote-muſchaten wat, dog zyn grooter en dikker, aan 't manneken vyf en zes duymen lang, een en een half, en drie breed, dikagtig, glad met weinige ſchuynze en witte aderen, zynde de middel-zenuwe boven gevoornt, twee en twee meeſt tegen malkander, en met hun vieren een kruys makende, de meeſte ook van de wormen doorvreeten, zo dat men weinige heele vind. Die van 't wyfken zyn grooter en ſlapper, zes en zeven duymen lang, vier en vyfde halve breed, hy heeft mede geen bloeizel, maar in plaats van 't zelvige, komen eenige beurſjes voort, in gedaante van een korte meeſter-ſpatel, van twee blaadjes gemaakt, gelyk mede van Laſſi gezegt is, met een buyltje, daar in ſchuyld een taaye en olyachtige vogtigheid, wat na de Cananga-bloem riekende, voornamentlyk aan 't wyfken; als 't zelve herſt, zo komen daar twee of drie ronde pillekens voort, als peper-korls, en gras-groen, dewelke zo groot werden als een kleene krieke, vuyl, of graauw-groen blyvende, uit den ronden wat ſcheef, drie en vier by malkander op een lang ſteeltje ſtaande, mede gemaakt van enkelde langwerpige ſchubbetjes of hoekige ſtukjes, dewelke met haar ſmalle eynden, ſtaan rondom een kleen hard korreltje, als om haar middelpunt, en buyten digt tegens malkander leggende. Het voornoemde beurſje ſtaat tuſſchen andere weeke bruynachtige bladeren, die afvallen, als de vrucht voortkomt. De vruchten blyven lang aan den boom ſtaan, zonder verandering van coleur, en vallen ten laatſten zo groen af, en de ſchubbetjes kan men met de vinger ligt afvryven, blyvende het binnenſte harde korreltje voor 't zaat van dezen boom.

Het hout is driederley, het beſte en hardſte is doorngeel, aan de kanten bleek, digt, ſwaar, en fyn van ſubſtantie, hier en daar weinige ſtreepen in de lengte vertonende, dit houd men voor 't manneken, *en hiet ſteen-*Laharong.

Het tweede is het wyfken, *omtrent 't hert waſch-geel, en de reſt witachtig, voorts weeker en ondeugender, dan het voorgaande.*

Het derde ſchynt een gemengde zoorte te zyn van Laharong, *en 't volgende* Neſſat, *hebbende een wit hout, en na het hert roodachtig, doch mede fyn, en hard van ſubſtantie. Het geele is ook dikwils hier en daar met bleeke plekken bezet, dat mede misſtant geeft, gelyk aan 't Laſſi, en men moet oude boomen zoeken, als men planken van een coleur wil hebben.*

Sayzoen. *De vruchten heeft men op kleen Ceram in July, 't welk aldaar een halve drooge-Mouſſon is, en op Leytimor, in December.*

Naam. *In 't Latyn* Laharus, *op Amboina* Laharong, *en op Hitoe* Lahalun.

Plaats. *Het waſt op 't Eiland* Amboina, *in het ſteenige gebergte, omtrent* Hitoe Lamma, *en op* Leytimor *in 't diſtrict van* Oerimeſſin.

Gebruik. *Dit is een goed timmerhout, zo tot den huisbouw als ſcheeps-bouw, maar het moet op behoorlyke tyd, en altoos by geen ligte maan gekapt, nog verſch aan 't werk gebruikt werden, want anders gewint het zeer ligt wormen, wegens den geylen zap die daar in ſteekt, en al zo langzaam opdroogt, als in 't voorgaande Laſſi. Men maakt 'er van ſtylen en balken aan de huyzen, dog het moet geen gront raaken, waar op het mede ligt vergaat. In de Amboineze huyzen word het door lankheid van tyd zo droog en hard, dat 't klinkt.*

Die van Key zo wel als de Amboinezen maken 'er ook planken van tot haare Corre Corren, *en bevindenze durabel in zee-water, maar tot kiſtjes is dit hout zo bequaam niet, om dat het een vermuften reuk by zig houd, egter 't verſche hout geeft een zoete koekachtige reuk van zig, als 't gewerkt werd.*

De vier- en twintigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Labar-Boom.*

CAPUT XX.

 Tab. XXIV.

CAPUT VIGESIMUM.

Nessatus. *Nessat.*

NEssatus magnam gerit cum *Labaro* adfinitatem, illius vero truncus plerumque gracilior est, ita ut raro binas ulnas sit crassus, estque porro rectus, non rotundus, sed sulcatus & angulosus instar Lansiorum vel columnæ striatæ, ita ut nunquam rectum ejus viderim truncum.

Ejus cortex est tenuis, ex russo cinereus, ligno firmiter adhærens, atque pluvioso tempore ingratum in cute excitans pruritum: Ejus ramuli sunt copiosi, longi, tenues, & firmi: Folia cum illis Lansiorum vel Lahari conveniunt, sed sunt angustiora & acutiora, ab utraque parte acuminata, septem octoque pollices longa, binos cum dimidio vel tres lata, paucis obliquis pertexta costis, præcedentis foliis flaccidiora, ac rubris plerumque maculis adspersa, in crucem opposita, non vero ultra tria vel quatuor paria uno ramulo insident.

Loco florum intra bina foliola viridia bursa provenit viridis minor illa Lahari, in qua oleosus itidem continetur liquor, sed minori copia quam in præcedenti, nullum fundens odorem; Ex hac fructus excrescit, qui est pilula longo tenuique insidens petiolo, Laharo omnino similis, excepto quod hæc Nessati paulo sit major, ac semper solitaria, quum illæ Lahari plerumque sint triplices: Hæ vero pilulæ mox ex vagina progerminantes aliquam floris partem videntur præbere, obductæ enim sunt campanulis quasi infundibiliformibus & divisibilibus, pistillum continentibus, gratum instar Canangæ odorem fundentibus, quæ decidentes nudam relinquunt pilulam.

Pilula hæc rugosior est illa Lahari, quasi arena crassa conspersa foret, quæ facile vero abradenda est: Restans vero pilula composita est ex simplicibus, parvis, & angulosis prismatibus, quæ levi negotio etiam separantur: In hac nucleus continetur magnitudine Piperis, pilis quasi seu squamulis obductus, quibus abrasis officulum restat nudum & gilvum lentæ substantiæ, quod hujus arboris semen est, sique bene recorder, folia vel saltem fructus hujus arboris multum conveniunt cum illis Arbuti, quem in Portugallia observavi, licet ibi sit frutex, & Madronhero vocetur, hujus vero major similitudo obcurrit in *Fragario Rubro libr. 6.* descripto.

Ejus lignum quam maxime est durum, solidum, tenuibus constans fibris, nec albastrum gerens, externe album, interne sensim magis rubens, intermixtis hinc inde maculis purpureis, quam politissime elaborari potest instar Buxi, sed potissimum per tornionem, estque durabile, si loco ponatur sicco, nec terram tangat, in ipsa vero aqua & paludibus satis persistit. Contra si juniorum sit arborum lignum, nec justo cæsum tempore, intra paucos menses vermes generatos vidi.

Anni tempus. Ejus fructus mense Decembri observantur, montes amat, & loca saxosa atque ventosa.

Nomen. Latine *Nessatus*, juxta Amboinense *Nessat* & *Nissat*.

Locus. Plurimum obcurrit in Amboina, & quam maxime & copiose in *Leytimora.*

Usus. Amboinenses illud adhibent ad ædium postes, angulosos modo truncos in quadratam cædentes formam, ita tamen ut sulci sint intermedii, hi enim trunci adeo profunde sulcati sunt, ut vix aliquod quadratum & solidum ex iis formari possit: In illis vero ædibus sensim per fumum adeo indurescit hoc lignum, ut instar metalli sonitum edat, nec clavus transadigi possit: Torniones illud maxime expetunt ad cancellos majores ex ipso formandos, facile vero finditur, si nimis recens usurpetur, vel nimis cito Soli exponatur, quod plerumque in omnibus duris obtinet lignis: Recens elaborati ligni odor est dulcis ac vinosus fere instar Ulassii. Keyensium arbores sine dubio sunt crassiores, quum navigiorum suorum *Corre Corren* dictorum asseres ex iis forment.

Anno 1671. in Amboina fuit hoc lignum adhibitum ad fluminum ripas ipso obducendas, palosque ex hoc ligno formatos ipsis adponebant, expertique fuere sub

XX. HOOFDSTUK.

Nessaat-Boom.

NEssat *heeft groote gemeenschap met de voorgaande* Laharong, *zynde den stam van Nessat in 't gemeen wat ranker, zelden van twee mannen omvademt, voorts regt, niet rond, maar vol vooren en hoeken, gelyk de Lanse-boomen, of een gestreepte pilaar, zo dat ik nooit een ronden stam daar van gezien hebbe.*

De schorsse is dun, uyt den rossen graauw, vast aan 't hout hangende, en by regenachtig weer, een moeyelyk jeuken maakende. De ryskens zyn veel, lang, dun, en styf. De bladeren gelyken wat na die van Lanse-boomen, of van Labarong, dog zyn smalder en spitzer, agter en vooren smal toelopende, zeven en agt duymen lang, twee en een half, en drie breed, met weinige schuynze ribben, slapper dan de voorgaande, meest met roode plekken bezet, tegen malkander over in 't kruys staande, dog niet boven drie a vier paren aan een rysken.

In plaats van 't bloeizel, komt tusschen twee groene blaadjes voort een groen beursje, wat kleender dan aan Labarong, daar in ook een olyachtig zap schuylt, minder dan aan 't voorige, en niets riekende: Hier uit komt de vrucht, zynde een pilleken, op een lang dun steeltje, alles gelyk aan Labarong, behalven dat die van Nessat wat grooter is, en altyd enkeld, daar die van Labarong meest altyd drie by malkander staan. Doch deze pillulen uit de voorsz. scheede eerst voortkomende, schynen eenig bloeyzel te vertonen, want zy zyn omgeven met eenige langhalzige klokjes, die deelachtig zyn, en daar een vyzeltjen op staat, en rieken wat als Cananga, dewelke afvallende, de bloote pilulen nalaten.

Deze pille is ook ruyger van buiten dan die van Labarong, en als met grof zand bestrooyt, 't welk zig laat afvryven. De resterende pille is van enkele, kleene, hoekige stukjes gemaakt, die zig ook ligt laten afvryven. Daar in heeft men een korl in de grootte van peper, nog al met eenige hayrtjes of schubbetjes bedekt, die ook afgevreven zynde, behoud men een kaal en vaal korreltje taay van substantie, zynde 't zaat van dezen boom; zo ik my regt bezinne, konnen de bladeren of immers de vruchten dezes booms, veel over een met die van Arbutus, die ik in Portugaal gezien hebbe, hoewel 't zelve aldaar een struik is, en Madronhero hiet, dog daar van ziet een nader gelykenisse in de Fragarius Ruber *in 't 6. boek beschreven.*

Het hout is zeer digt, fyndradig, hard, zonder spint, buiten wit, en naar binnen toe allenxkens roodachtig, met eenige plekken van ligt-purper hier en daar, laat zig zeer glad werken, als Bux-boom, dog meest door drayen, en is lankdurig, zo 't droog staat, en den grond niet raakt, in water en moeras, egter kan het mede lang duuren: Daar en tegen als het van jonge boomen komt, en ter onregter tyd gekapt is, heb ik 't gezien in weynige maanden wormsteekig worden.

Sayzoen. *Zyne vruchten ziet men in December, 't wast geern in 't gebergte, op steenachtige plaatzen, en die wat lugtig zyn.*

Naam. *In 't Latyn* Nessatus, *na 't Amboinsche* Nessat *en* Nissat.

Plaats. *'t Is meest bekent in* Amboina, *en aldaar op 't Landje* Leytimor *overvloedig.*

Gebruik. *De Amboinezen gebruiken het tot stylen van haare huyzen, de hoekige stammen maar slegts wat vierkant kappende, zo nogtans dat de vooren tusschen beyde blyven, want de stammen zyn zo wan van de diepe vooren, dat men qualyk iets vierkant massief daar van krygen kan. Aldaar werdenze metter tyd, en door den rook zo hard, datze klinken als metaal, en men geen spyker daar in slaan kan. De Drayers zoekent zeer, om groote tralien daar van te maken, dog het scheurt ligt, als men 't te versch gebruikt, of vroeg in de zonne zet, gelyk meest alle harde houten doen. Den reuk in 't versch gewerkte hout is zoet of wynachtig, schier als in Ulassi. De Keyers moeten deze boomen dikker hebben, want zy maken planken daar van tot haare Corre Corren.*

In 't jaar 1671. *heeft men 't op Amboina ook gebruikt, om de oevers van de rivieren daar mede te bekleden, paal aan paal zettende, en bevonden dat het onder water en in* de

ſub aqua & in paludibus quam durabiliſſimum eſſe, ſupra terram vero & ad ſolum cito putreſcebat, immo multo citius Metroſidero: Expetitur porro ad manubria, & varia ligniariorum opera & inſtrumenta lignea, ad quos uſus optime conducit, quum ſit durum ac grave, atque politum admodum reddi poſſit.

de moeras zeer durabel was, maar boven 't water en den droogen grond raakende, verging baaſt, ja veel eer dan 't Yzerbout. Voorts tot ſteelen, en allerhande timmer-gereedſchap, dat van bout moet zyn, is bet zeer bequaam, om dat bet bard en ſwaar is, en zig glad laat werken.

Tabula Vigeſima Quinta

Ramum exhibet *Neſſati.*]

Ubi *Litt.* A. *trunci ſegmentum* denotat, ut ejus *anguloſa* & *irregularis forma*, ac ſimul *interna* conſpiciatur *ſubſtantia.*

De vyf- en twintigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Neſſaat-Boom.*

Alwaar Lett. A. een *moot* van den *ſtam* vertoont, op dat deszelfs *hoekige en ongeſchikte gedaante*, als mede deszelfs *inwendige ſubſtantie* gezien wert.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Morfalla.

HUjus truncus magnam cum illo Ulaſſii habet convenientiam, ejus autem rami ſunt magis incurvi, nec ita regulariter extenſi; Ejus cortex albicantem ſeu gilvum gerit colorem, tenuis eſt, & per lamellas facile ſeparatur: Folia quinque ſimul uno ex centro proveniunt, longo inſidentia petiolo forma foliorum Capock, inæqualis magnitudinis, horum medium octo novemque pollices longum eſt, ſuperius tres cum dimidio pollices latum, ad inferiorem anguſtatum partem; bina poſteriora tres vel tres cum dimidio pollices longa ſunt, binos lata, læte viridia, paucis pertexta venis obliquis, & juxta medium nervum ſulcata: Flores fructusque me huc usque latent, quum in ipſa non creſcat Amboina.

Ejus lignum eſt album, ſolidum, tenuibus conſtans fibris inſtar albi Caju Laſſi, ſed durius, inque meditullio fungoſum gerens cor.

Nomen. Morfalla vocatur, quod quantum conjicio, eſt nomen Ternatenſe.

Locus. In ipſa non creſcit Amboina, ſed in inſulis *Xulaſſenſibus*, & in *Ceramæ* ora Boreali: Prope *Hannetello* quasdam etiam obſervavi arbores.

Uſus. Xulanenſes ejus adhibent lignum ad navigia Corre Corren dicta, ſique in Amboina comparari poſſet, elegantes ex ipſo formari poſſent aſſeres ad opera ſcriniariorum utiles.

N. B. Huic capiti nullam inveni ſubjunctam figuram, quæ itaque deſideratur.

XXI. HOOFDSTUK.

Morfalla-Boom.

D*Ezen ſtam beeft groote gelykeniſſe met die van Ulaſſi, dog krommer van takken, en onordentelyk uitgeſpreyd. De ſchorſſe is witachtig ofte vaal, dun, en ſchilferig. De bladeren ſtaan altyd vyf by malkanderen by baaren oorſpronk, t'zamengevoegt op een langen ſteel, in de manier van Kapok-bladeren, van ongelyke grootte, want 't middelſte is agt en negen duymen lang, van vooren derde-balve breed, en naar agteren toeſmallende, de twee agterſte zyn maar drie en vierde-balf duymen lang, twee breed, ligt-groen, met weinige dwers ribben, en langs de middel-zenuwe een voore. Bloemen en vruchten zyn my nog onbekend, om dat by in Amboina zelfs niet waſt.*

Het bout is wit, digt, fyndradig, als bet witte Caju Laſſi, dog barder, en in de midden met een voos bert.

Naam. *Men biet bet* Morfalla, *zynde na giſſing een Ternataanſche naam.*

Plaats. *Het waſt op Amboina zelfs niet, maar wel in* de Xulaaſe Eylanden, *en op* Cerams *Noord-kuſt.* By Hannetello *beb ik ook eenige boomen gezien.*

Gebruik. *De Xulanezen gebruyken dit bout veel tot den ſcheeps-bouw van baare Corre Corren en Chialoupen, konde men 't in Amboina bebben, men zou'er ſchoone planken van maaken, tot ſchrynwerk bequaam.*

N. B. By dit Hoofdſtuk heb ik geen figuur gevonden, die derhalven hier manqueert.

CAPUT XXII.


A

CAPUT VIGESIM. SECUNDUM.

Lignum Emanum. Essoyr.

Arbor magnitudinem ac craſſitiem Limonii acidi obtinet: Rami dividuntur in binos ac binos ramulos ſibi obpoſitos, qui ex fuſco-rubente obducti ſunt cortice, cumque ſubſequenti pari crucem efformant, atque in junioribus arboribus ſuperius quadragoni ſunt, ita ut, ubi bini laterales excreſcunt ramuli, ſemper magis plani ſint reliqua parte, ſuntque porro in ampla genicula diviſi: Hiſce folia inſident cruciatim ſibi ſemper obpoſita: Quæ illa *Gnemonis* referunt, ſuntque craſſa, glabra, ſuperiusque nullis fere protuberantibus coſtis pertexta, nec medius etiam nervus protuberat, qui ſulcum fere efformat: Inferius vero hic acute protuberat, non autem coſtæ, quæ obliquis ſinibus antrorſum excurrunt, binaque ac terna foliorum paria uni inſident ramulo. Inferiora vero ſunt rotundiora & latiora, quatuor vel quinque pollices longa, tres quatuorve digitos lata, plerumque ſinuoſa ac rugoſa, ſuperiora ſex ſeptemve pollices longa ſunt, tres lata digitos, magisque extenſa & glabriora, omnia breviſſimis inſidentia pedunculis, ſaporis acidi inſtar Jamboſarum haud ingrati.

Majoris ſpeciei fructus majores ſunt *Limone Nipis*, ex rotundo plani, ſuperius atque inferius profunda compreſſi fovea, ad latera gibboſi, externe viridem pomorum gerentes colorem; ſub tenui & lento cortice ſuccoſa reconditur caro per maturitatem mollis & aquoſa inſtar maturarum uvarum, repleta autem eſt ingenti congerie tenuium ac planorum ſeminum inſtar majorum Cucumerum, ſed latiora ſunt, cinerea, & granuloſa, carnique firmiter adhærentia, quæ proinde exſugenda ſunt, numero denario plerumque obcurrunt elevata, lateribus ſibi invicem adhærentia, quæ ſimul binas tresve formant minores glebas: Fructuum ſapor eſt acidus, ſed in maturis, qui poſt lapſum molleſcunt, grate acidulus fere inſtar uvarum pene maturarum, dentes autem inde non hebeſcunt.

Minoris ſpeciei folia ſunt pinguia & glabra, bina paria in ramulo, quæ nullas exhibent notabiles venas: Immo vix nervus medius ſubtus adparet, ſuntque vix quatuor pollices longa, binos lata digitos.

Fructus minorem *Limonem Nipis* refert, ex rotundo planus, externe ex flavo viridis, interne dura & acida repletus carne, in qua quatuor vel quinque locantur oſſicula inſtar illorum *Blimbingi.*

Utriusque ſpeciei radices plurimæ ſupra terram elevatæ ac nudæ adparent, uti in præcedente inſtar chordarum tenſæ, pollicem ſeu binos digitos craſſæ.

Nomen. Latine *Folium Acidum minus:* Utræque etiam haud inproprie *Acetoſæ arbores* appellari poſſent. In primo meo inſtituto *Arbor Frigoris* mihi decebatur, dum arbor ſit acida ac frigida, quæ in frigidis creſcit locis, ac tam tarde ejus matureſcant fructus: Verum nomen Malaienſe huc usque ignotum eſt, quin vocaretur *Caju Aſſam Daun Kitsjil:* In Huamohela vocatur proprie *Uſſasye*, ac male *Keſſasye*, quod nomen cum præcedenti commune eſt: In inſulis Xulaſenſibus *Funi* vocatur.

Locus. In *Huamohela* ſeu *parva Cerama* obcurrit, plurimum circa *Combellum* & *Lubum*, item in inſula *Xulabeſſi*: in Amboina ipſa ignota eſt.

Uſus. Fructus maturi habentur, quum ſponte decidunt, qui crudi edules ſunt ad ſitim ſedandam, ſaporemque uvarum habent fere maturarum, dentes autem non hebeſcunt ab ipſorum uſu. Cæteri ex arbore dependentes piſcibus adcoquuntur, ut condimento ac juſculo gratum concilient ſaporem acidum, quod & folia adcocta præſtant: Plurima autem ipſorum pars muria conditur inſtar inmaturarum Olivarum, cumque cibis editur.

Arboris

XXX. HOOFDSTUK.

Kleyne Suur-Boom.

H*Et kleenbladige* Folium acidum *verſchilt zeer weinig van 't grootbladige, dog dewyl 't de gemeene man voor een byzondere boom houd, en by in verſcheyde Landen groeyd, zo zal ik hem hier in 't byzonder beſchryven. Hy werd verdeelt in een kleyne en groote zoorte, zynde 't onderſcheid meeſt in de vruchten te zien, dierhalven ik ze onder een gedaante beſchryven zal.*

De boom is in de grootte en dikte van een zuure Lemoenboom: De takken verdeelen haar in twee en twee ryskens tegen malkander, met een bruyn-roode ſchorſſe bekleed, die met 't volgende paar ſchier een kruys maken, en aan de jonge boomen na vooren toe zynze wat vierkantig, zodanig dat daar de twee zyde-takjes ſtaan, altyd platter zyn dan de twee andere zyden, en voorts in wyde leeden verdeelt: Daar aan ſtaan de bladeren ook twee tegens malkanderen in 't kruys, dezelve gelyken die van Gnemon, *dikachtig en glad, aan de bovenzyde ſchier zonder uitſtekende ribben, en de middel-zenuwe buylt ook niet uyt, makende ſchier een voorn. Aan de onderſte buylt ze ſcherp uit, maar de ribben zeer weinig, en loopen met ſchuynze bogten na vooren toe, met twee a drie paren aan een rysken. De agterſte zyn ronder en breeder, vier en vyf duymen lang, rond toelopende, met een korte ſpitze, drie en vier vingers breed, gemeenlyk wat bochtig of rimpelig. De voorſte zyn zes en zeven duymen lang, drie vingers breed, meer uitgebreyd en gladder, alle op zeer korte ſteeltjes, van ſmaak zuurachtig als Jamboezen, niet onlieffelyk.*

De vruchten van de groote zoorte zyn ruym zo groot als een Lemoen Nipis, *uit den ronden plat, boven en onder met een diep kuyltje, en aan de zyden wat bultig, van buyten appel-groen. Onder een dunne en taaye ſchel leyd een vochtig vleeſch, in de rypheid gantſch week en wateracbtig, gelyk rype druyven, maar is vervult met een groote klomp van dunne en platte zaden, ſchier als van groote Komkommeren, dog breeder, graauw en korrelig, daar aan 't vleeſch vaſt hangt, en men dierhalven afzuigen moet, men telt 'er gemeenlyk twaalf, en ſtaan overeynd, met de zyden tegens malkanderen gevoegt, en twee of drie klompjes uitmakende. De ſmaak is zuur, dog in de rype, dewelke na 't afvallen week zyn, aangenaam ryns, ſchier als druyven die ten naaſten by ryp zyn, en maken de tanden geenzints eggerig.*

De bladeren van de kleine zoorte zyn mede vet en glad, twee paar aan een taxken, daar aan men geen aderen bekennen kan, ja qualyk de middel-ribbe van onderen, ſchaars vier duymen lang en twee vingers breed.

De vrucht is als een kleene Lemoen Nipis, *uit den ronden plat, buyten geel-groen, binnen met een hard en zuur vleeſch, en daar in vier a vyf korls, gelyk die van* Blimbing.

De wortelen van beyde zoorten, ſtaan met meenigte bloot boven de aarde, gelyk aan 't voorgaande, uitgerekt als ſnaren, in de dikte van een duym of twee vingers.

Naam. *In 't Latyn* Folium Acidum minus. *Men zoude ze ook alle beyde niet qualyk konnen noemen* Acetoſa Arbor. *Ik heb hem ook in myn eerſte ontwerp genaamt* Arbor Frigoris, *dewyl 't een zuure koudaardige boom is, op koude plaatzen groeyd, en zyne vruchten zo langzaam ryp maakt. De rechte Maleytſche naam is nog onbekent, of men moeſt hem noemen* Caju Aſſam Daun Kitsjil. *Op Huamohel eygentlyk* Uſſasye *en qualyk* Keſſasye, *gemeen met het voorgaande. In de Xulaſe Eilanden noemt men hem* Funi.

Plaats. *Men vind hem op* Huamohel *of* kleen Ceram, *meeſt omtrent* Combello *en* Luhu: *Item op 't Eiland* Xulabeſſi, *op Amboina is by nog onbekent.*

Gebruik. *De vruchten werden voor ryp gehouden als ze van zelfs afvallen, die men raauw kan eeten om den dorſt te verſlaan, van ſmaak als druyven, die ten naaſten by ryp zyn, en maken de tanden geenſints eggerig. De andere, die aan den boom nog hangen, worden by viſſchen gekookt, om de zop een aangenaame zuurte te geven, gelyk men ook met de bladeren doet. Het meeſtendeel werd ingepekelt als onrype olyven, en tot de koſt gegeten.*

Het

A
B

Arboris lignum durum est aptumque bipaliis: Radices supra terram elevatæ ad Oebat Sagueri adhibentur, ut & trunci cortex, sicuti de præcedenti supra fuit dictum, illæ vero Saguerum neutiquam amarum reddunt, uti verum *Oebat Sesoat*, sed ipsi gravem addunt acorem cum parva adstrictione, unde nec facile acescit.

Tabula Trigesima Tertia

Ramum exhibet arboris, quæ *folium acidum minus Rumphii* vocatur.

A. Ejus *radices* supra *terram elevatas* repræsentat.

B. Vero *fructum*.

CAPUT TRIGESIM. PRIMUM.

Lignum Salis minus. Aytassi Ketsjil.

Lignum Salis minus ab utrisque antecedentibus arboribus differt, quæ ab Hitoensibus etiam tanquam *lignum Salis* habentur, illud vero rectum, sed tenuem gerit truncum, ramique vicissim terni ac terni divisi sunt, quorum bini laterales medio adcubuerunt, sunt autem rotundiores ac firmiores quam præcedentium.

Folia sibi invicem cruciatim sunt obposita, sex septemve digitos longa, binos ac binos cum dimidio lata. In junioribus arboribus hæc acute & subtiliter dentata sunt, ita ut fere spinosa sint, in vetustioribus vero rara istorum dentium adparent vestigia, suntque porro crassiuscula, glabra, & splendentia, nullas notabiles gerentia costas transversales, suntque illa rara in ramis, saporis fatui, igni injecta strepitum instar salis excitantia, unde & nomen sortita est hæc arbor, cujus cortex ruffus est & punctatus; Lignum vero albicat, durum, & solidum est: Radices supra terram quoque elevantur, uti in præcedentibus, sed non ita frequenter.

Nomen. Latine *Lignum Salis minus.* Hitoensibus *Aytassi* & *Aylautassi Laun Maun* seu *Kitsjil*, quod idem denotat, *Tassi* enim Hitoensibus sal significat.

Locus. In Hitoensi crescit regione tam circa litus quam in ipsa regione, sed ubique in humidis solis, per quæ rivuli decurrunt.

Usus. Lignum non peculiarem præbet ad tigna usum: Æthiopes ejus folia urunt circa infantes, quum hi variolis laborant confluentibus cum duris pustulis, quæ ipsis *Sackit Catjang* vocantur.

Het bout is hard, en bequaam om bandspaaken daar van te maken. De wortelen die boven de aarde staan, werden gebruikt tot een Oebat Sagueer, *als mede de schorsse des stams, gelyk boven van 't voorgaande gezegt is. Zy maken den Sagueer geensints bitter, gelyk 't oprechte* Oebat Sesoat, *maar geven hem een harze rynsheid, met een kleene adstrictie, en laten hem niet ligt zuur werden.*

De drie- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke het *kleyne zuurblad* van *Rumphius* genaamt wert.

A. Vertoont deszelfs *wortels*, zo als die zig boven de *aarde* vertoonen.

B. Deszelfs *vrucht*.

XXXI. HOOFDSTUK.

Kleyn Sout-Hout.

Het kleenbladige Lignum Salis *verschilt van de twee voorgaande: By de Hitoeëzen mede voor* lignum Salis *gehouden, dit heeft een rechten doch niet dikken stam, de takken verdeelen hun met beurten drie en drie, waar van de twee ter zyden tegens den middelsten aangelegen hebben, doch zy zyn ronder en styver dan aan de voorgaande.*

De bladeren staan ook tegen en boven malkander in 't kruys, zes en zeven duymen lang, twee en twee en een half breed. Aan de jonge boomen aan de kanten fyn en scherp getand, bykans steekelig, dog aan de oude boomen ziet men 'er weinig overblyfzels van; voorts dikachtig, glad, en glimmende, zonder merkelyke dwars-aderen, weinig in 't getal aan de takken, van smaak smets, in 't vuur knerssenze als zout, waar van ze den naam hebben. De schorsse is ros en gespikkelt. Het bout witachtig, hard, en digt. De wortelen staan mede boven de aarde, gelyk aan 't voorgaande, dog zo veel niet.

Naam. *In 't Latyn* Lignum Salis minus. *In 't Hietoeës* Aytassi *en* Aylautassi Laun Maun *of* Kitsjil, *van dezelfde beduydenisse, want* Tassi *in 't Hitoeës is zout te zeggen.*

Plaats. *Hy wast op 't* Hitoeëze *Land, zo wel omtrent de strand als Landwaart in, dog over al op vogtige gronden, daar kleene rivieren loopen.*

Gebruik. *Het bout heeft mede geen zonderlyk gebruyk in 't timmeren. De Mooren branden de bladeren omtrent haare kinderen, als dezelve de kleene pokjes hebben, uit harde puysten bestaande, die ze* Sackit Catjang *noemen.*

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Ulet.

ULet est arbor forma & magnitudine magno *Limonio* similis, cujus truncus quoque est angulosus, & cinereo obductus cortice, instar illius *Limonis* & *Cofassi*, qui sauciatus lentum emittit succum instar Papedæ pultis, qui vero mox exsiccatur in aromaticam substantiam.

Folia brevibus insident petiolis simplicia & inregularia circa ramos illis Citrii similia, quæ in junioribus arboribus firmum gerunt apicem, ad oras profunde dentata sunt, inque spinosos apices desinentia instar Rusci, sunt porro glabra, firma, & subtus flavescentia, ubi & intermedia costarum interstitia venulis cancellatis pertexta sunt uti in Varinga, quinque sexve pollices longa, binos lata, quæ in vetustioribus arboribus minora sunt, nec vestigia spinosarum orarum gerunt, ac solummodo in firmum & acutum apicem desinunt.

Mense Majo parvos brevesque excrescunt juli, ex quibus albi progerminant flosculi, quos pusilli insequuntur fructus simplices, baccis minoris Varingæ similes, seu paulo magis oblongi, primo virides, dein nigri, intus nucleum gerentes mollem, edules vero sunt tam crudi quam cocti instar Catjang. Recens arboris lignum vitellinum gerit colorem, ad oras supra memoratum viscum exsudans, siccum vero flavum est fere instar Buxi, tenuibusque constat fibris, estque solidum, grave, fuscis ac nigricantibus maculis, punctis, ac venulis hinc inde variegatum, in aliis vero locis non ita. Sæpe etiam excavatum est, cariosum, atque emortuis corruptum plagis, præcipue circa ejus cor in vetustis arboribus, raræ enim obcurrunt incorruptæ, quodque mirandum videtur, licet lignum hoc adeo sit durum ac solidum, nequaquam tamen durabile est, ac facile cossos generat, atque cariosum est ab abundanti forte succo, quo refertum est ac lente exsiccatur.

Expertus sum lignum hoc crescente luna cæsum non tantum post aliquod menses cossos generare, sed in ipso recenter cæso hos detectos fuisse; Optimum vero cædendi hoc lignum tempus est decrescente luna, quumque fructus maturi sunt, tumque arbor ad dimidium cædenda est, talique modo per aliquod tempus sibi relinquenda, ut ejus succus exstillet.

Nomen. In Amboina nota est hæc arbor nomine *Ulet*, *Ulete* & *Ayulet*. In Boerone *Ulit*, in Ternata *Lemo Lemo*.

Locus. In Amboina ignota est, nec crescit nisi una alterave in Hitoes ora, majori numero obcurrit in *parva Cerama* seu *Huamobela*, ubique non longe a litore in locis saxosis. In *Boerone* & *Gelolo* quoque crescit.

Usus. Hoc lignum ad tigna raro adhibetur, quum vix recta ex ipso formari possint segmenta & tam cito putrescat, Ceramenses tamen & Ternatani illud solebant adhibere ad ædium postes, si dicto cæsum sit modo; sic enim non cito cossos generat, diu solidum est, durum, grave, ac durabile, unde & hoc lignum intra dimidii anni spatium in usum non est vocandum, tum quoque torniones ex hoc cubilia formant, aptum etiam est ad securium manubria, ut & ad anchoras ligneas parvorum navigiorum ob ejus pondus.

XXXII. HOOFDSTUK.

Ulet-Boom.

ULet *is een boom van gedaante en hoogte de groote* Limoen-*boom gelyk, de stam mede wat hoekig, met een evene graauwe schorsse, gelyk die van* Lemon *en* Cofassu, *welke gequetst zynde een taaye vochtigheid uitgeeft, gelyk Papeda, die strax opdroogt in een kruydachtige substantie.*

De bladeren staan op korte steeltjes, enkeld en zonder order, rondom de takken, die van Citroenen gelyk, aan de jonge boomen met een styve spitze, aan de kanten grof getant, en in stekelige spitzen eyndigende, gelyk de Ruscus; voorts glad, styf, en van onderen geel-groen, alwaar men de tusschen-plaatsjes van de ribben doorweven ziet met kleene adertjes, ruytsgewys gelyk aan de Waringen, *vyf en zes duymen lang, twee breed; aan de oude boomen zynze kleender, zonder litteeken, van de steekelige kanten, alleenlyk met een styve en scherpe spitze.*

In May gewint by kleene korte kattekens, daar aan kleene witte bloemen voortkomen, daar op volgen kleene vruchten, enkeld hangende, de besiën van de kleene Waringen gelykende, of wat langwerpiger, eerst groen, daar na swart, van binnen met een zagte korl, die men eeten kan, zo wel raauw, dog meest gekookt, als Catjang. Het versche hout is doorn-geel, en aan de kanten 't bovenstaande slym uitgevende, maar besterft bleek-geel, bykans als Bux-boom, fyndradig, digt en swaar, met bruyne of swartachtige plekjes, puntjes en adertjes hier en daar gespikkelt, op zommige plaatzen niet. Het is dikwils ook hol, vergaan, en met dootsche vlekken geschendt, byzonder omtrent het hert aan de oude boomen, want men vind ze weinig die gaaf zyn. Ook dat te verwonderen is, hoewel dit hout zo hard en dik schynt, is 't nogtans niet durabel, maar gewind zeer ligt wormen, en vermolsemt, misschien door de veele vochtigheid, die daar in steekt, en langzaam opdroogt.

Ik heb ervaren, dat dit hout by wassende maan gekapt, niet alleenlyk na eenige maanden wormstekig word, maar dat men ook in 't versch gekapte wormen gevonden heeft; de beste tyd om te kappen is by afnemende maan, en als de vruchten ryp zyn, en dan moet men den boom maar half doorkappen, en alzo een tyd lang laten staan, dat de vochtigheid ter degen uittieffert.

Naam. *Hy is in Amboina bekent met den naam van* Ulet, Ulete, *en* Ayulet. *Op Boero* Ulit. *In Ternaten* Lemo Lemo.

Plaats. *Op Amboina is het onbekent, behalven weinige op de Kust van* Hitoe: *In meerder quantiteyt is hy op* kleen Ceram *of* Huamohel, *over al niet verre van strand, daar 't wat steenig is. Hy wast mede op* Boero *en* Gelolo.

Gebruik. *Dit hout werd tot timmeren weinig gebruikt, om dat men weinig regts daar van hebben kan, en zo ligt vergaat: Echter de Cerammers en Ternatanen plegen 't tot stylen van huyzen te nemen, als 't op voorsz. maniere gekapt werd, want als de worm niet ten eersten daar in komt, zo blyft 't daar na gaaf, swaar, en durabel, daarom men dit hout binnen een half jaar tot geen werk gebruyken zal, als dan maken de Drayers ook bed-stoelen daar van; zo is 't ook zeer bequaam tot steelen van bylen, als mede tot houte ankers van haare kleene lichte Vaartuygen, wegens zyne swaarte.*

Tabula Trigesima Quarta

Ramum exhibet arboris, quæ *Ulet*, & *Lemo Lemo* incolis vocatur

A. Junioris arboris ramulum repræsentat, cujus folia dentata sunt.

De vier- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Ulet-Boom*, die ook *Lemo Lemo* by de Inlanders genaamt wert.

A. Wyst aan een Takje van een jonge Boom, welkers bladen nog getant zyn.

A

CAPUT TRIGESIM. TERTIUM.

Lignum Eurinum. Aytimul.

A*Ytimul* humilis est arbor, haud multo altior *Limonio*, sed ejus truncus paulo crassior est: Ejus folia conveniunt cum illis *Mangii Caseolaris* seu *Waccat*, sunt vero paulo oblongiora & flaccidiora, superius lata, inferius angustata, inferiora vero sunt breviora & rotundiora, cumque illis *Waccat* penitus conveniunt, subrotunda nempe, quæ vero in ramorum summo excrescunt, angustiora sunt & acutiora, vetustis Ebeni foliis similia, sique sicca, superius nigricant, inferius cinerea sunt. Vulneratus trunci cortex succum exsudat lacteum albicantem & viscosum: Ex quavis foliorum ala tres pluresve minores dependent baccæ, pericarpio bifolio contentæ, forma convenientes cum illis Berberidis, oblongæ nempe, acuminatæ, ac virides, & ad ipsum quoque ramulorum ortum tales racemi bacciferi terniones plerumque excrescunt.

Intus reconditur nucleus hepatici coloris instar semi-lunæ, sub tenui pellicula siccam continens medullam.

Recens lignum luteum penitus est, sed siccum flavescit, estque substantiæ tenuis, & solidæ, in quibusdam vero locis maculæ quædam & venæ adparent lividæ ac fuscæ, quarum posteriores illud ornant, priores autem dedecorant, hæ vero venæ non observantur nisi in vetustis truncis.

Nomen. Latine *Lignum Eurinum* juxta Boeronense *Aytimul* & *Aytimule*, cujus denominationis origo ac caussa me latet.

Locus. In nullis Amboinæ insulis crescit nisi in Boerone, in ejus plaga Zephyrea circa *Waysammam*, & in plaga boreali circa sinum Cajelli, ubi regio est alta & montosa: Juxta Boeronensium relatum in *Java* quoque aliisque Occidentalibus crescit locis.

Usus. Boeronenses hoc adhibent lignum ad pectines, licet non admodum sit durum ac facile, per longitudinem findatur. Observavi quoque hoc lignum quam tardissime exsiccari, sique locis deponatur opacis, lividas contrahere strias, quæ inelegantem ipsi conciliant colorem, Boeronenses quoque dicunt aptum esse ad telorum vaginas ex ipso formandas.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Ad radicum alas segmenta inveniuntur, quæ molle, flavum, ac durum præbent lignum, ex quo, uti dictum fuit, pectines formantur, unde & apud Boeronenses *Caja Sissir*, h. e. *pectinum lignum* Malaice vocatur.

Tabula Trigesima Quinta

Ramum exhibet *Ligni Eurini* seu *Aytimul.*

XXXIII. HOOFDSTUK.

Aytimul-Boom.

AYtimul *is een lage boom, mede niet veel hooger dan een Lemoen-boom, dog wat dikker van stam; de bladeren gelyken die van 't* Mangium Caseolare *of* Waccat, *dog zyn wat langwerpiger en slapper, vooren breed, en naar agteren toesmallende, maar de agterste zyn korter en ronder, ten enemaal als die van* Waccat, *te weten meest rond; andere aan 't uitterste der takken zyn wat smalder en spitzer, de oude bladeren van 't Ebbenhout gelyk, droog zynde van boven swart, van onderen graauw. Uit de schorsse des stams druypt een taaye en witte melk, gequetst zynde: Uit ieder schoot der bladeren hangen drie of meer kleene besiën uit een tweeblaadig kelkje, van gedaante als die van Berberis, te weten langwerpig en groen, zelfs by den oorspronk der takjes staan twee of drie kopjes, ieder van drie besiën.*

Binnen leyd een leververwige korl, als een half maantje, onder een dun huydeken een droog merg besluytende.

Het versche hout is regt geel, maar besterft bleek, fyn, en digt van substantie, dog het krygt hier en daar eenige loodverwige en bruyne plekken en aderen, waar van 't de laatste vercieren, en de eerste schenden, dog niet dan aan de oude stammen ziet men deze aderen.

Naam. *In 't Latyn* Lignum Eurinum, *na 't Boeroneeze* Aytimul *en* Aytimule, *waar van my de oorzaak onbekent is.*

Plaats. *Het wast nergens in de Amboinsche Eilanden, behalven op* Boero, *op deszelfs zuyd-zyde omtrent* Waysamma, *en aan de noord-zyde omtrent de bogt van Cajeli, daar 't Land begint hoog en bergachtig te werden. Naar het zeggen der Boeronezen, zoude het op* Java *en andere westelyke deelen ook vallen.*

Gebruik. *De Boeronezen gebruiken dit hout om kammen daar van te maken, hoewel het niet zeer hard is, en ligt in de lengte scheurt. Ik heb ook gemerkt, dat dit hout zeer langzaam opdroogt, en als het aan een bedompte plaats staat, dat het loodverwige streepen gewint, die het zeer mismaaken, hoewel de Boeronezen ook zeiden, dat het bequaam was om kris-scheeden daar van te maken.*

In het Aanhangzel *van* Rumphius *werd dit 'er by gedaan.*

By de wortelen-vlerken heeft het mooten van een ligtgeel en hard hout, waar van men, als gezegt, kammen maakt, en daarom by de Boeronezen in 't Maleyts Caju Sissir, *dat is* Kamhout, *genaamt wert.*

De vyf- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Oostersche hout*, ofte de *Aytimul-Boom.*

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Siri folia. Caju-Siri.

CAju Siri arbor est alta & crassa instar Metrosideri, quæ plurimos emittit longos ramos flagellosos, qui in plurimos iterum dividuntur ramulos, ex quibus folia excrescunt solitaria, quæ hunc observant ordinem, ut ex quovis folio alter obpositus exsurgat ramulus, medio vero directe ad finem excurrente.

Folia formam Siri foliorum referunt, vel nostræ Europeæ plantaginis latifoliæ, sunt autem majora & firmiora, trinervia quoque, decurrentibus hisce nervis totum folium & ad petiolum concurrentibus, in superiore vero folii parte nervi hi in venulas explicantur, ubi & folium per ipsos trisulcatum est; interstitia ubique multis & protuberantibus transversalibus venis pertexta sunt: Suntque hæc folia superne obscure virentia seu nigricantia, inferne cinerea, non splendentia, atque exesa.

Martio mense ex foliorum alis breves dependent racemi, vix digiti articulum longi, ex quibus flores excrescunt, qui parva primo sunt capitula albicantia, quæ sese aperiunt in flosculos fuscos, post quorum lapsum racemi diu remanent ac dependent instar frustulorum Siriboæ.

Si circa litus crescat, majora gerit folia, sex septemve pollices longa, tres quatuorve lata, læte viridia, & parum splendentia: quæ in Boerone crescit, neutiquam diversa est species, sed tantum varietas, majora gerens folia, septem nempe octove pollices longa, tres quatuorve lata, se sim angustata, uti Siri folium, seu hastæ apex: Bini laterales nervi non ad summam folii extenduntur partem, uti in Amboinensi, sed ab aliis binis lateralibus suscipiuntur venis in apicem decurrentibus.

Suprema folii pars longior est illa quæ petiolis insidet, nullumque notabilem gerit saporem; Recens arboris lignum flavescit, ac pellucidas lymphæ exfundit guttas, siccum vero albescit seu pallidum gerit colorem, estque lentum, solidum, & durum, ac cæsu difficile, immo adeo contumax in frangendo est, ut licet totum fere cæcideris truncum, parvaque ejus remaneat portio, immo & totus decidat, ibi tamen non frangatur, sed ramentis fissis dependeat: Ejus cortex est tenuis, siccus, & externe glaber, ligno firmiter adhærens: Vetustum vero lignum cinereum quoque est, atque Amboinense plerumque durius est & siccius Boeronensi: Radices in plurimas divisæ sunt radiculas tenues gracilesque, externe nigras.

Nomen. Latine *Siri folia.* Malaice *Caju Siri*, ex foliorum forma. Amboinice in Hitoea *Sesel*, in Leytimora *Sefer*, in Boerone *Aysalo*, in Hoeamohela *Amelaun Abbal*, h. e. *Sirium silvestre*, quod nomen est nimis generale.

Locus. Parva obcurrit copia in Amboina, plurimum in planis & ventosis locis, circa litus sitis, immo in ipso litore, ubi semper majora gerit folia: Majori crescit copia in Boerone in sinu *Cajeeli*, quæ femina habenda est, quum majora & flaccidiora producat folia, ac mollius exhibeat lignum quam Amboinensis, uti plerumque hoc observatur in plurimis arboribus in Boeronis planis ac humidis crescentibus locis litoralibus.

Usus. Licet lignum ejus sit solidum ac durabile, raro tamen cæditur ab Amboinensibus, cædendi laborem fugientibus ob tenacem ejus substantiam, unde secures cito hebescunt; sæpe fit, ut ipsis obstet, præsertim quum in silvis horti aream præparare volunt, quum nullum aliud in usum vocare norint remedium, nisi quod ad radices ignem deponant, quas tam diu comburunt, donec cadant arbores.

Boeronenses nobis indicarunt egregios malos ex hoc formari posse ligno qui ab anno 1664 in Amboina in usum fuere adhibiti, quum lentissimum sit lignum, nec facile frangatur vel findatur, nautæ vero nostrates conqueruntur nimis grave esse, licet penitus siccum sit, præferentes tamen hoc præ aliis silvestri-

XXXIV. HOOFDSTUK.

Siri-Blad-Boom.

CAju Siri *is een boogen en dikken stam, als 't Yzerhout, verdeelt zig in veele lange ranken, dog styve rys-kens ofte gerten, daar aan staan de bladeren enkeld, dog meest met die order, dat tegen over ieder blad een an-der rysken komt, en de middelste gerte haren gang houd.*

De bladeren hebben de gedaante van Siri-bladeren, of van onze breede Plantago, dog grooter en styver, namentlyk met drie zenuwen agter by den steel t'zamenstootende, die het geheele blad doorwandelen, en hun na vooren toe in kleene adertjes verdeelen, maar aan de bovenste zyde drie voorens maken, zynde de tusschen-plaatzen over al met veele en uitstekende dwers-aderen doorweven; boven swart of donker-groen, beneden graauwachtig, zonder glants, en meest doods van coleur, ook doorwreten.

In Maart ziet men uit den schoot der bladeren eenige korte trosjes afhangen, schaars een lid lang, daar aan 't bloeizel hangt, zynde kleene witte knopjes, wat grooter dan hirs, dewelke kleene donkere bloempjes uytmaken, na welkers afvallen de trosjes hangen blyven, als stukjes van Siriboa.

Als het omtrent de strand wast, heeft het grooter bladeren, zes en zeven duymen lang, drie en vier breed, blyde-groen, en wat glimmende; het gene op Boero wast is geenzints een byzonder geslagt, maar slegts een verandering met grooter bladeren, te weten van zeven tot agt duymen lang, agter drie en vier duymen breed, allenxkens toesmallende, gelyk een Siri-blad, of het yzer van een spies. De twee zydelyke zenuwen loopen niet tot voren toe, gelyk in 't Amboinsche, maar werden van twee andere dwers-aderen ontmoet, die dan tot aan de spitze loopen.

De voorste helft van 't blad is wat langer aan de steelen dan de andere, voorts van geen merkelyke smaak. Het versche hout is geelachtig, en geeft eenige klaare droppels water van zig, maar droogt wit of bleek op, zeer taay, digt, en hard, mitsgaders moeyelyk om te kappen, ja zo taay van substantie, dat al had gy een geheele stam doorgekapt tot een kleyn weinig toe, en den zelven omvalt, zal hy evenwel aldaar niet breken, maar met gescheurde splinters hangen blyven. De schorsse is dun, droog, en even, van buyten aan 't hout klevende. Het oude hout werd ook graauwachtig, en 't Amboinsche bevind men doorgaans harder en drooger dan het Boeroneeze. De wortelen zyn in veele kleene, lange, en ranke worteltjes verdeelt, van buyten swart.

Naam. *In 't Latyn* Siri folia. *Maleyts* Caju Siri, *na de gedaante der bladeren: Amboinsch op Hitoe* Sesel, *op Leytimor* Sefer, *op Boero* Aysalo, *op Hoeamohel* Amelaun Abbal, *dat is* Sirium silvestre, *met een al te gemeene naam.*

Plaats. *Men vind hem in kleene quantiteyt op Amboina, meest op vlakke en luchtige plaatzen, die omtrent den strand leggen, ja op den strand zelfs, dewelke altyd grooter bladeren hebben. Overvloediger vind men 't op Boero in de bogt van* Cajeeli, *'t welk men voor 't wyfken mag houden, om dat het grooter en slapper bladeren, ook gedweeger hout heeft dan het Amboinsche, gelyk meest alle boomen op Boeroos vlakke en vochtige voorlanden wassende.*

Gebruik. *Hoewel dit een vast en durabel hout is, zo werd het egter by de Amboinezen weinig gekapt, de moeyte van 't kappen ontziende, wegens zyne taaye substantie, waar van de bylen haastig stomp werden; zomtyds staat by hun in de weg, als ze een pleyn tot een Tuyn willen schoon maken, daar ze dan geen andere raad toe weten, als met vuur aan de wortelen te leggen, en zo lange te branden, dat zy omvallen.*

De Boeronezen hebben ons geleert, dat men kostelyke masten van dit hout kan maaken, het welke zedert het jaar 1664. *in Amboina gepractizeert is, om dat 't een zeer taay hout is, en qualyk breekt nog scheurt; dog onze Scheepslieden klagen daar over dat 't swaar vald, al was het geheel droog, evenwel nog beter keurende als andere bosch-*

C
B
B
a
A

vestribus lignis, quæ antea in usum vocabantur, uti illud silvestris *Canarii*, *Bintangori*, *Arupæque*, quorum primum in breves sæpe frangitur partes, binaque reliqua decorticationem non bene ferunt, quod tamen in Siri folia seu Caju Siri optime institui potest.

Ex lentis hujus arboris surculis seu flagellis apud Amboinenses sacchrarariæ vel piscatoriæ corbes nectuntur, quæ in aqua marina seu salsa durabiles sunt.

Tenuibus hujus arboris radicibus supra porphyritim cum aqua contritis & propinatis utuntur Hitoenses Aethiopes contra Oepas, quæ proprie cholera est, sed per hoc quoque nomen Colicam ac Pleuritidem denotant.

Juniores truncos vix hominem crassos Amboinenses aliquando cædunt ad ædium postes malosque minorum navigiorum.

bosch-houten, die men te vooren daar toe gebruykte, als wilde Canari, Bintangor, en Arupa, waar van 't eerste korter afbreekt, en de twee andere van buyten geen schillen verdragen konnen, 't welk men nogtans aan 't Caju Siri wel doen mag.

De taaye ryskens gebruyken de Amboinezen om haare fuyken of visch-korven daar mede te vlegten, bevindende die durabel in zout water.

De dunne wortelen van dezen boom gebruiken de Hitoeëze *Mooren op een steen met water gewreven, en gedronken tegens Oepas, het welk eygentlyk het bord beduyd, dog zy verstaan daar door ook andere ziekten, als Colyk en Pleuris.*

De jonge stammen, die nog geen man dik zyn, werden zomtyds van de Amboinezen gekapt tot stylen van buyzen en masten tot kleene vaartuygen.

In *Rumphii Adpendice* hæc adduntur.

Supra indicatum fuit post florum lapsum racemulos dependere instar frustulorum Siriboæ, ex quibus postea observavi veros excrescere fructus sequenti modo formatos, magnitudine nempe Cerasorum nigrorum, quorum unus alterve tantum ex racemo dependet, primo viridis, dein obscure luteus, externe molli obductus putamine, sub quo durum reconditur ossiculum uti in Cerasis, atque in hoc aquosus nucleus: Notandum porro est prima surculorum seu arbusculatum folia ex istis fructibus progerminantia ad oras esse serrata, qualis arbuscula in adjecta depingitur figura.

Amboinenses peculiarem *Sesel* faciunt speciem litoream: quæ ita sese habet; minora gerit folia quam terrestris, tres quatuorve pollices longa, binos lata, trinervia quoque, quorum nempe nervi per longitudinem decurrunt, sed bini laterales ad summum non extenduntur, lateralesque emittunt minores costas ad oras decurrentes, folia autem ipsa in brevem determinantur apicem, ac solitaria locantur in ramulis, sed non ita præcisum observant ordinem ac illa veræ Sesel, quod nempe e regione cujusvis folii surculus obponatur.

Fructus itidem ab illis veræ Sesel differunt, hæc enim species multo magis frugifera est, ac mense Augusto ramuli plurimis ornati sunt fructibus inter & post folia, ac plerumque ab utraque cujusvis folii parte petiolus excrescit, ex quo bini tresve dependent fructus magnitudine prunellorum silvestrium, eundem quoque colorem externe præbent, primo nempe virides, dein cærulescentes, fusco intermixto colore, similique viscosa repleti carne, sed fatua nec amara, sub hac carne durus reconditur ac sordide albicans nucleus magnitudine circiter Cerasi, ex rotundo quadragonus, in durum desinens apicem, anguli autem isti laterales eleganter incisi & striati sunt fere instar nucleorum *Pegamattæ*, pro cujus specie & hanc haberem arborem, Leytimorenses vero *Sesel Laut* dicunt esse speciem.

In het Byvoegzel *van* Rumphius *wert dit 'er by gedaan.*

Boven is gezegt, dat na 't afvallen van 't bloeizel de trosjes hangen blyven als stukjes van Siriboa, waar aan ik naderhand bevonden hebbe, dat eerst de rechte vruchten groeyen in volgende gedaante, te weten in de grootte van krieken, hangende pas een a twee aan een trosje, eerst groen, daar na donker-geel, van buyten bekleed met een weeke holster, daar onder leyd een harde steen als in de kersjen, en in dezelve een waterachtigen beest. Noch staat te weten, dat de eerste blaadjes van de jonge spruytjes uyt de voornoemde vrucht komende, aan de kanten fyn gezaagt zyn: Diergelyke boompje in de nevenstaande figuur te zien is.

De Amboinezen maken een byzondere strand-zoorte van Sesel, *wiens beschryvinge aldus is: Het heeft kleender bladeren dan de Landelyke, drie en vier duymen lang, twee dito breed, daar aan ook wel drie zenuwen in de lengte lopen, dog de twee zydelyke lopen niet ten eynde, en zenden eenige ribbekens na de kanten, voren met een korte spits, staan enkeld aan haare ryskens, dewelke die precyse ordre niet houden gelyk men aan 't regte Sesel ziet, te weten tegen over ieder blad een rysken.*

De vruchten verschillen ook van 't regte Sesel, want deze zoorte is veel vruchtbaarder; in de maand Augustus hangen de ryskens vol vruchten tusschen en agter de bladeren, gemeenlyk ter wederzyden van ieder blad ziet men een steel; daar twee en drie vruchten aan hangen, in de grootte van Slee-pruymen, hebben ook dezelfde coleur van buyten, te weten eerst groen, daarna na den blaauwen trekkende, met bruyn gemengt, als mede diergelyke smeerig vleesch, dog laf en zonder wrangigheid; onder dit vleesch legt een harde vuyl-witte korrel, in de grootte van omtrent een kersse, uit den ronden vierkantig met een harde spits voor op, van buyten zyn de vier zyden gegraveert, schier op de manier als de korrels van Pegamatta, *voor wiens medezoorte ik het houden zoude, dog die van Leytimor willen een* Sesel Laut *daar van maaken.*

Tabula Trigesima Sexta

Sirifoliæ exhibet ramum.

Ubi Litt. **A.** *Surculum* seu *arbusculam* denotat ex nucleo *à* mox propullulantem, quæ *folia* gerit acute *serrata*.

B. *Ossiculum* obfert *seminale angulosum* & *acutum*.
C. *Idem apertum*.

De zes- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de **Boom**, die *bladeren* draagt als de *Siri*.

Alwaar Lett. A. aanwyst een *jong Boompje*, zo als het uit de pit te voorschyn komt, dragende in 't begin *scherp gezaagde bladeren*.

B. Is de *hoekige* en *puntige zaadkern*, ofte *steen*.
C. *Dezelve geopend*.

Tabula Trigesima Septima

Sirifoliæ Litoreæ exhibet ramum; que *Sesel Laut* vocatur ab incolis.

De zeven- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Strand-Siri-blad-boom*, welke *Sesel-Laut* van de Inlanders genaamt wert.

CAPUT TRIGESIM. QUINTUM.

Arupa.

ARupa magnam habet convenientiam cum *Bintangora montana*, ejus vero truncus non est crassus, sed altissimus & erectus, in nullos notabiles divisus annulos, altior est *Bintangora*, & crus circiter crassus est ejus truncus, comam gerens parvam sed densam, ramulosque longos, quibus folia insident solitaria a summo ad imum, quæ Mangæ bravæ foliis similia sunt, sed angustiora & firmiora, inferius angustata, quorum inferiora quinque, superiora novem & decem pollices longa sunt, binos tresque digitos lata, tenuibus pertexta venis parallelis, instar foliorum Caryophylli, minora vero inter istas venulas spatia in inferiore parte aliis minoribus & intricatis repleta sunt venulis; Flores fructusque hucusque me latent: Lignum vero album est, leve, lentum, & per longitudinem maxime striatum, instar istius *Bintangoræ*, sique adcurate conspiciatur, quasdam quasi præbet fissuras.

Nomen. Nullo alio innotuit nomine nisi Amboinensi *Arupa*.

Locus. In Amboinæ montibus crescit hinc inde, ut & in *parva Cerama*.

Usus. Lignum hoc ob ejus firmitatem ab incolis multum adhibetur ad malos minorum navigiorum, ac magis quam illud Bintangoræ, quum non ita sit grave: Utraque vero ista ligna non multum inminuenda sunt, sed quam crassa etiam sint, integra servanda, nec non nisi leviter decorticanda, quum ipsorum pars extrema quam maxime firma sit, quoque propius ad cor ipsorum perventum sit, eo molliora sunt.

Lignum hoc ad ædium tecta itidem adhibetur, ut & ad palos, quum juniores arbores quam citissime excrescant in quinque sexve pedum altitudinem, quarum trunci decorticati per aliquot dies ad solem siccantur, antequam in usum vocentur.

P. S. *Arupa* duplex est, alba & rubra, quæ colore ligni tantum distinguuntur, quod in posteriore in ruffum tendit colorem, quodque multo gravius, nodosius, & durabilius est, unde & ad ædificiorum tecta & tigna maxime usitatum est; In albo folia arcte sibi adstant sine ordine in ramulorum summo, quorum nervus medius superne protuberat.

Ex foliorum alis unum alterumve excrescit capitulum viride, superius acuminatum ad magnitudinem mediocris Olivæ, coloris obscure lutei, quod nucleum continet uti *Gnemon*: Maturi fructus mense Octobri observantur.

Ex vulnerato trunci cortice lac exstillat albicans, quod instar calcis exsiccatur.

Tabula Trigesima Octava

Ramum exhibet *Arupæ*.

XXXV. HOOFDSTUK.

Arupa-Boom.

ARupa *heeft een groote gelykenisse met de* Bintangor montana, *met geen dikken, maar zeer regten en boogen stam, in geene merkelyke trappen verdeelt, maar booger dan de* Bintangor, *en schaars een dye dik, boven een kleene, dog digte kruyn, met lange ryskens, daar aan staan de bladeren enkeld, van agteren tot vooren toe, die van Manga Brava gelyk, dog smalder en styver, na agteren toesmallende, de agterste vyf, de voorste negen en tien duymen lang, twee en drie vingers breed, met fyne parallele adertjes doorregen, gelyk de Nagelbladeren, dog de kleene spatie tusschen de aderen aan de onderste zyde, zyn met andere kleendere en verwerde adertjes vervult. Vruchten en bloemen zyn nog onbekent. Het hout is wit, ligt, taay, en in de lengte gestreept, gelyk dat van Bintangor, en als men 't aanziet, eenige scheurtjes vertonende.*

Naam. *Het is met geen andere naam bekent, dan met den Amboinschen* Arupa.

Plaats. *Het wast in 't gebergte hier en daar over al op Amboina, als mede op* kleen Ceram.

Gebruik. *Wegens zyne styvigheid werd dit hout by de Inlanders veel gebruykt, tot masten van kleene Vaartuygen, en liever dan dat van Bintangor, om dat het zo swaar niet is: dog beyde die houten moet men zo dik laten als menze vind, en niet veel meer dan de schorsse afnemen, om dat in 't buytenste de meeste styvigheid bestaat, en hoe nader het hert, hoe weeker zy vallen.*

Men gebruykt het ook tot dakwerk aan de huyzen, te weten tot sparren, want de jonge boomen schieten zeer ligt op, vyf en zes vadem hoog, die men dan schild, en eenige dagen in de zonne droogt, eer menze gebruykt.

P. S. Arupa *is tweederley, witte en roode, alleenlyk in de coleur des houts onderscheiden, dewelke aan het laatstgenoemde na den rossen trekt, het welk ook veel swaarder, quastiger, en durabelder is, dierhalven tot den huisbouw, in de daken tot sparwerk meest gebruykelyk; aan het witte staan de bladeren digt agter malkander, en zonder ordre aan 't voorste der ryskens, en haare middel-zenuwe puylt boven uit.*

Uyt den schoot der bladeren komen een of twee groene knoppen, met een lange spits boven op, dewelke zo groot werden als middelbaare Olyven, van coleur donker-geel, van binnen met een korl, gelyk Gnemon. *De rype vind men in October.*

Uit de gequetste schorsse des stams loopt een witte melk, dewelke opdroogt als kalk.

De acht- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Arupa-Boom*.

CAPUT TRIGESIM. SEXTUM.

Surenus. Suren.

SUrenus arbor est alta & recta instar *Lingoi* seu *Fraxini* nostratis, quæ prope radices alata est, ubi & truncus ultra ulnam in diametro crassus est, cortice obductus glabro, sicco, & lentissimo.

Ejus coma est densa, in plurimos longos ramulos divisa, quorum quidam solitarii, quidam bini & terni simul ex uno excrescunt ortu, ubi & crassiusculum formant geniculum, suntque virides, ex cinereo punctati, multique supra sese invicem ex ramis excrescunt.

In hisce longis flagellis folia per paria sibi sunt opposita novem, decem, ac sæpe duodecim, illis Fraxini similia quoque, sed minora, brevibusque insident petiolis, inferius latissima, superius acuminata, instar acuminati hastæ ferri, oris æqualibus, aliquando vero parum sinuosa sunt, quatuor vel quinque pollices longa,

XXXVI. HOOFDSTUK.

Suren-Boom.

SUren *is een boogen en regten boom, gelyk de* Lingoo, *of by ons den Esschen-boom, met vlerken by de wortel, en den stam aldaar boven een vadem in de rondte dik, met een evene, drooge, en zeer taaye schorsse.*

De kruyn is digt, in veele lange ryskens verdeelt, waar van zommige enkeld, zommige twee a drie by malkander staan, uit een oorsprонk, alwaarze een dikachtig knietje maken, groen, en met graauw gespikkelt, veele boven malkanderen aan haare takken.

Aan deze lange ryskens staan de bladeren in twee ryen tegens malkanderen, met negen, tien, en twaalf paren, die van den Esschen-boom ook gelyk, dog wat kleender, op korte steeltjes, agter breetst, en voor toegespitst, regt gelyk 't yzer van een pieke, met evene kanten, of een weinig gekronkelt, vier en vyf duymen lang, twee vingers breed,

ga, binos lata digitos: Nervus magnus non directe per medium excurrit, anterior enim folii pars ſemper latiſſima eſt, ac prope petiolum auriculata, e contra altera pars brevior & anguſtior, coſtæ laterales latiſſime diſtant inregulares. Superior foliorum pars intenſe viridis eſt, glabra, nec protuberantes gerit coſtas.

Flores ex alis ſurculorum ſeu folioſorum ramulorum proveniunt longo in racemo pedem & ultra longo, in paucos laterales minoresque diviſo petiolos, quorum quivis racemum refert florum Alcannæ, Cypri, ſimilisve plantæ. Flores hi facillime decidunt, ſi moveantur vel tangantur, unde & fructus raro proveniunt.

Trunci cortex in vetuſtis arboribus craſſiusculum exſudat ſuccum inſtar Papedæ, ſed in gummi non exſiccatur, qui ſaporis expers eſt, licet cortex Santali odorem ſpiret, & ſaporem fundat cum levi amaritie.

Fructus oblongæ ſunt baccæ inſtar oſſiculorum Olivæ ſeu decorticati *Gnemonis*, ſed paulo minores, exterius obſcure virides ac demum nigricantes, cum quibusdam punctulis notatæ, acſi arena conſperſæ eſſent, hæ in quinque dehiſcunt partes, ac intus exhibent nucleum levem pentagonum, ſeu cancellum quinque alis ornatum, ſubſtantiæ levis ac fungoſæ, inter has vero alas tanquam in cellula una alterave tenuis locatur ſquama in medio protuberans, ubi granulum inſtar Seſami continetur, quod verum eſt ſemen.

Recens trunci cortex ſeparatus dulcem ac debilem fundit odorem fere inſtar *Grani moſchati*, vel *Santali*, ſed folia æque ac cortex amaricantem habent ſaporem, haud tamen ingratum: Lignum recens cæſum albicat, ſed in ruffum ſiccatur colorem, in vetuſtis arboribus purpuraſcentem, magnasque gerit ſtrias longitudinales inſtar Abietis ligni, eſt autem porro leviſſimum, ſiccum, fungoſum, & molle, nihilominus tamen durabile, ſi uſurpetur ac tractetur, debilem Santali fundit odorem.

In Uliaſſerenſibus inſulis hæc arbor parvam præbet varietatem, ſed forma haud multum a priore differt, excepto quod ejus folia paulo ſint minora & flaccidiora, nec ullam habeant notabilem amaritiem: Fructus ejusdem cum priori ſunt formæ, ex longis rarisque dependentes racemis.

Lignum duplicem gerit colorem: Primum & optimum maris habetur, quod ad oras pallide albeſcit, interne vero ruffum eſt ac leviter purpureum: Alterum levius eſt ac fungoſius, flaveſcens inſtar Abietis, in quibusdam vero locis ruffeſcit, hoc feminæ habetur, ac forte flaccida gerit folia; Utraque Sandali ſpirant odorem, ſi recentia tractentur, non autem dolabra poliri poſſunt ob piloſam ipſorum ſubſtantiam, ad ſolem vero non finduntur, ſuntque leviſſima ligna, quæ in Amboina inveniuntur.

Quotannis menſe Majo, ſeu ſub initium pluvioſorum menſium hæc arbor ſua dimittit folia petiolosque, ita ut fere nuda ſit, quod in paucis aliis Amboinæ arboribus itidem obſervatur; dein menſe Julio & Auguſto novi regerminant ramuli ac folia, quum flores paulo poſt producit usque in Januarium.

Nomen. Latine *Surenus:* Malaice, Javanice, & Baleyice *Suren*. In Uliaſſerenſibus inſulis *Loſſal*: Amboinice in Leytimora *La-Ulit* ſeu *Lau-Urit*, h. e. folium *Condondong*. In Burone *Unas* & *Unos*, in Hitoea *Ulaſſe*, quod diſtinguendum eſt a ſupra deſcripto *Ulaſſio*, & ab alia arbore *Ayulit* ſeu *Condondong*, quod in Hœamohela *Kelibeſſi* vocatur, quæ arbor lanuginoſa & mollia gerit folia, ac ſpecies eſt *Arboris Caprariæ*: Verum autem nomen Uliaſſerenſe eſt *Aloſſal*, ubi & ſtipitibus propagatur, ex cujus ligno monoxyla formant, in Huamohela quoque obcurrit, ubi *Eytale* vocatur h. e. arbor annua, quum quotannis ſuos dimittit fructus, quod incolis indicium eſt, tempus adeſſe Padey plantandi. In Hamaria quoque obſervatur.

Locus. Vera Surenus exotica eſt in Amboina & ad borealem ſinus plagam circa Baleyenſium quorundam ædes invenitur, qui hanc per ſtipites propagant, quod raro tamen ſuccedit, quum tenerum ac ſiccum ejus ſit lignum, quod facile perit: Vulgaris vero ſpecies, quæ a genuina non multum differt, copioſe ſatis in Uliaſſerenſibus inſulis, in Honimoa, & Nuſſa Laut,

breed. De groote zenuwe gaat niet regt door de midden, maar de voorſte helft is altyd de breedſte, en by den ſteel rond toegebild, daar en tegen is de andere korter en ſmalder. De ribben ſtaan wyd van malkander zonder ordre; de bovenſte zyde is boog-groen, glad, zonder uytbuylende ribben.

Het bloeizel komt voort uit den ſchoot der telgen of bladdragende ryskens, aan een langen ſteel, een voet of meer lang, en verdeelt in weinige en ydele zyde-ſteeltjes, ieder verbeeldende een troſje van de bloeyende Alcanna, Cyprus, *&c. Het bloeizel valt 'er ligt af, als men het aanraakt, en brengt dierhalven weinige vruchten voort.*

De ſchorſſe des ſtams aan de oude boomen, ſweet een dikachtig zap uit, als Papeda, dog wil tot geen gom opdroogen, zonder ſmaak, hoewel de ſchorſſe een Sandelreuk en ſmaak by zig heeft, met een kleyne bitterheid.

De vruchten zyn langwerpige beſiën, als Olyve-ſteenen, of een geſchilde Gnemon-*vrucht, dog wat kleender, van buyten donker-groen, en ten laatſten ſwartachtig, met eenige puntjes, als zand bezet, die hun in vyf deelen openen, en van binnen vertonen een vyfzydige ligte korl of pilaartje, met vyf vleugelen bezet, ligt en voos van ſubſtantie, hebbende tuſſchen de vlerken als in ieder celletje, een of twee dunne ſchubbetjes, in de midden uitbuylende, alwaar een kleen korreltje leyd als* Seſamum, *'t welk 't zaad is.*

De ſchorſſe als men ze aftrekt, heeft een zoeten, dog ſlappen reuk, bykans als Granum moſchatum, *of* Sandel, *maar zo wel de bladeren als ſchorſſe zyn bitter van ſmaak, dog niet onaangenaam. Het hout verſch gekapt, is witachtig, maar beſterft ſtrax ros, en in de oude boomen wat purperachtig, met groote ſtreepen in de lengte, gelyk het Dennen-hout, voorts zeer ligt, droog, voos, en week, niet te min durabel als men 't handelt, een ſlappen Sandel-reuk van zig gevende.*

In de Uliaſſers waſt dezen boom met een kleene veranderinge, aan gedaante niet veel van de voorgaande verſchillende, behalven dat de bladeren wat kleender en ſlapper zyn, en geen merkelyke bitterheid hebben. De vruchten zyn van de voorige gedaante, hangende aan lange en ydele troſſen.

Het hout is tweederley van coleur: het eerſte en beſte is 't manneken, aan de kanten bleek-wit, maar van binnen ros, met ligt purper gemengt; het ander is ligter en voozer, ligt-geel, als 't Dennen-hout, hier en daar wat ros onderloopende, dit is het wyfken, en miſſchien dat met de ſlappe bladeren: Beyde hebbenze mede een Sandelreuk, als men ze verſch handelt, laten zig niet glad ſchaven wegens haare pelzige ſubſtantie; ſcheuren niet in de Sonne, en zyn van de ligtſte houten, die men in Amboina vind.

Jaarlyx in May of het begin van de regen-maanden, begint dezen boom zyne meeſte bladeren en jonge ſteelen af te werpen, zo dat hy meeſt kaal ſtaat, 't welk nog eenige weinige boomen in Amboina doen; daar na in July en Auguſty begint hy jonge takjes en loof te gewinnen, en daar op te bloeyen, het welk tot January duurt.

Naam. *In 't Latyn* Surenus: *Maleyts, Javaans, en Baleys* Suren. *In de Uliaſſers* Loſſal; *Amboinſch op Leytimor* La-Ulit, *dat is blad van* Condondong. *Op Boero* Unas en Unos. *Op Hitoe* Ulaſſe, *het welk men onderſcheiden moet van 't bovenſtaande* Ulaſſi, *en van een andere boom* Ayulit *of* Condondongs-*blad, dewelke op Hoeamohel* Kelibeſſi *hiet, met zagte wolachtige bladeren, en een geſlagt is van den* Arbor Capraria. *De regte naam is in de Uliaſſers* Aloſſal, *daar men 't met ſtokken plant, om van deſſelfs hout praauwen te maaken; men vind hem mede op* Huamohel, *daar hy* Eytale *hiet, dat is jaar-boom, om dat hy jaarlyx zyne vruchten afwerpt, waar aan de Inlanders kennen, dat het tyd is den Pady te ſteken. Op Hamarien vald hy ook veel.*

Plaats. *De regte Suren is een vreemdeling in Amboina, en werd aan de noord-zyde van den* Inham, *omtrent de wooningen van eenige Baleyers gevonden, die hem met ſtokken voortplanten, 't welk nog zelden gelukt, om dat hy een teer en droog hout heeft, dat ligt uitgaat. De gemeene zoorte, die dog van de regte niet veel verſchilt, heeft men met redelyke quantiteyt in de* Uliaſſers, *op* Honi-

Laut, uti & in Hitoe, & circa Mamalo, in Boerone, Bonoa, & parva Cerama circa Hannetello.

Non proprie est arbor silvestris, nam ab Uliasserensium insularum incolis in arvis & hortis silvestribus colitur, ubi in vastam extenditur crassitiem, cujus lignum in usum ab ipsis vocatur.

Usus. Dicti Uliasserensium incolæ hoc lignum maxime expetunt, ex quo monoxyla fabricant levia, quæ non finduntur, & in aqua marina durabilia admodum sunt, si crassos conquirere possint truncos, asseres ex iis formant costasque ædium præcipuarum, atque hi asseres inserviunt quoque summæ parti navigiorum Corre Corren dictorum: Album ac spongiosum hujus arboris lignum oblongis conducit clypeis, alæque amplæ crateribus.

Javani ac Baleyenses pluris faciunt hoc lignum, quod in tenues secant asseres, ex quibus elegantes formant cistulas, capsulas, ac scrinia, quæ fricando eleganter norunt polire, tenuique obducere vernice, unde læte rubentem & eleganter venosum conquirunt colorem, quas leves cistulas Chinenses vehementer expetunt.

Folia & cortex magnum habent in re Medica usum, cum frusto enim Acori contusa in aqua, & expressa propinantur febricitantibus, vel linimentum ex contrito cortice præparatur, quo inungitur corpus pro refrigerio: Eodem quoque modo usurpatur ad lienem induratum, qui morbus *Theatu* vocatur, quo in casu pauca additur *Putsjok* & *Anisi* quantitas: In simplicibus febribus optima sunt folia tantum in aqua contrita, quæ in febris paroxysmo incipiente exhibetur, remanens expressa massa usurpatur ad corpus fricandum, in obstructo autem liene ac febri hac ex caussa ortum ducente *Acorus* & *Acetum* addenda sunt. Cortex cum Pinanga masticari quoque potest ac deglutiri, odorem saporemque primo gerens Sandali, dein vero amaricat.

Javani asseres secant ex hoc ligno, quos Bataviam mittunt, nostroque vendunt populo inter alios rudes asseres, a quibus distingui possunt, dum Sureni asseres sunt rugosi & pilosi quasi, nec dolabra fere poliri possunt, sed inter elaborandum gratum effundunt odorem, unde & eliguntur ad cistas, in quibus vestes adservantur, quum fricando foliis rugosis poliri satis possunt.

Honimoa, *en* Nussa Laut, *als mede op* Hitoe *omtrent* Mamalo; *op* Boero, Bonoa, *en* kleen Ceram *omtrent* Hannetello.

Het is geen eygentlyke bosch-boom, want hy werd van de Inlanders in de Uliassers in haare erven en bosch-tuynen gebavend, en tot een dikte opgequeekt, om des gebruyks wille van 't hout.

Gebruik. *Gemelde Inwoonders van de Uliassers dan beminnen dit hout zeer, om ligte praauwen daar van te maken, dewelke ligt zyn, niet scheuren, en in 't zeewater durabel. Als ze dikke stammen hebben, makenze daar ook planken en ribben van tot haare voorname huyzen, welke planken ook te pas komen tot de bovenste deelen van de* Corre Corren. *Het witte en spongieuze hout dient tot de langwerpige schilden, en de breede vlerken tot houte bakken.*

De Javanen en Baleyers maken meer werk van dit hout, die het tot dunne planken zagen, en daar van fraaye kistjes, doosjes, en kantoortjes maken, die ze met schuuren weten glad te krygen, en met een dun vernis bestryken, waar door ze licht-rood, en fraay geadert schynen, van welke ligte kistjes de Chinezen veel houden.

De bladeren en schorsse zyn in groot gebruyk in de Medicynen, want men stoot ze met een stuk Acorus *met water, en drukt het door, 't welk men te drinken geeft in de koortzen, of men maakt een pap van de gevrevene schorsse, en strykt 't lichaam daar mede, om te verkoelen. Op dezelfde manier werd ze ook gebruikt in een geswolle mild, het welk men de koek of* Tehatu *noemt, in welk geval men een weinig* Putsjock *en* Anys *daar by doet. In enkele koortzen is het best, dat men slegts de bladeren met water vryft, het zelve by het aankomen der koortzen te drinken geeft, en met de uitgedrukte pap het lichaam bestrykt, maar in de mild-zugt, of koorts daar uyt ontstaande, moet men den* Acorus *en* Azyn *daar by doen. Men kan ook de schorsse met Pinang knouwen en inswelgen, riekende en smakende voor eerst als Sandel, maar daar na werd zy bitter.*

De Javanen zagen planken uit dit hout, dewelke ze op Batavia aan ons volk leveren, onder andere haaye planken, waar onder men ze kennen kan, dewyl de planken van Suren ruyg en pelsig zyn, door den schaaf qualyk glad te maken, maar hebben in 't werken een aangenamen reuk, daarom men ze geerne tot kleeder-kisten neemt, wanneer men ze door 't schuren met ruige bladeren glad moet maaken.

Tabula Trigesima Nona

Ramum exhibet ***Sureni***
Ubi Litt. A. ***racemum floriferum*** **denotat.**
B. ***Fructum separatum naturali*** **repræsentat** ***magnitudine.***

De negen- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de ***Suren-Boom.***
Alwaar Lett. A. vertoont een ***Bloem-trosje*** **afzonderlyk.**
B. Een ***vrucht*** **in zyn** ***natuurlyke grootte.***

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Machilus. Makilan.

MAchilus satis alta & crassa est arbor, quæ dividitur in marem & feminam.

Machilus mas seu angustifolia rectum gerit truncum, in diametro ulnam plerumque crassum, qui corticem gerit tenuem, externe ex viridi & cinereo mixtum, interne ruffum, siccum, & fragilem: Folia gerit illis Sicci quam similia, sed paulo majora, quæ in ramulis arcte sibi adcrescunt, in floriferis vero & frugiferis rariora, quatuor vel quinque pollices longa, binos lata, subrotunda plerumque, seu in obtusum desinentia apicem, paucissimis & obliquis admodum costis donata, subtus quam maxime protuberantibus: Nervus medius subtus flavescit: Solitaria hæc folia excrescunt in rotundis ramulis, scabra, & superius glabra.

Flores brevibus in racemis progerminant instar Catjang, qui sunt flosculi ex quatuor concavis & viridibus petalis constructi, quorum medium repletur staminibus brevibus & intense luteis.

Fructus omnino similes sunt teneris glandibus, calicibus quoque contenti, non ita tamen rugosis quam in glan-

XXXVII. HOOFDSTUK.

Makilan-Boom.

MAchilus *is een redelyke hooge en dikke boom, verdeelt in manneken en wyfken.*

Machilus *het mannetje of het kleenbladige, heeft een regten stam, een vadem in de rondte en minder. De schorsse is dun, buyten uit den graauwen en groenen gemengt, binnen ros, droog, en breeksaam, het heeft bladeren die van Sicki zeer gelyk, dog nog al grooter, aan de jonge ryskens, digt op malkander. Aan de bloem en vrucht-dragende wat ydeler, vier en vyf duymen lang, twee breed, vooren meest rond, of met een stompe spitze, met weinige en zeer schuynze ribben, van onderen zeer uytpuylende. De middel-zenuwe is van onderen geel, zy staan enkeld en aan ronde takskens, styf, en boven glad.*

Het bloeizel komt voort aan korte trosjes, als Katjang, daar uyt worden kleene bloempjes van vier holle en groene blaadjes gemaakt, 't middelste staat vol korte en hooggeele draatjes,

De vruchten zyn gantsch gelyk de eerst beginnende eykelen, ook in kelkjes staande, die zo ruyg niet zyn als aan

A
B

glandibus, vix digiti minoris articulum longi, primo virides, glabri, parvisque albicantibus punctulis notati, dein rubentes, ac demum violacei seu nigricantes: Maturi ex calcibus decidunt instar glandium, sub tenui putamine purpureus reconditur nucleus, qui, si secetur, adhæret, in bina segmenta divisibilis: Fructus vero hi solitarii, bini, vel terni brevibus in pedunculis circa ramos locantur uti Lauri fructus.

Arboris lignum citrinum gerit colorem, seu flavescit, quo autem ad cor magis adcedit, eo magis intense luteum est, & ex ruffis constat fibris, quodammodo fungosum & molle, quodque serra & dolabra elaborari potest, sed non facile poliri, inter elaborandum vero acidulum spirat odorem instar Sagumantæ, & licet fungosum ac leve videatur lignum, durabile tamen est in ædificiis, inservitque ipsorum fulcris, quum in terra durabilius sit Metrosidero.

Altera *Machilus* femina seu latifolia similis est arbor, quæ folia quoque gerit in longis flagellis inordinata, undique & arcte sibi juncta, plerumque ejusdem formæ, quæ maris, sed majora, illis Siccii latifoliæ similia, inæqualis longitudinis, quædam enim octo & novem pollices longa sunt, quædam quinque & sex, tres quatuorve pollices lata, glabra, mollia, splendentia, ac tenuiora illis maris: Ipsorum costæ alternatim sibi obponuntur, ac nervus medius inferne ruffus est.

Flores in majoribus progerminant racemis, illis maris ac crassioribus in pedunculis, qui parum stellati sunt, ex sex albis petalis formati, in quorum centro capitulum provenit, quod in fructum excrescit, qui plures simul dependent forma & magnitudine prunorum Damasenorum, sed angustiores, primo virides instar Olivarum, dein ex cœruleo nigricantes instar istorum Prunorum: Nullis continentur caliculis uti illi maris, rubrisque insident pedunculis. Caro exterior viridis quoque est uti prunorum, sed vix cultrum crassa, sub hac ingens reconditur nucleus ejusdem cum fructu formæ, qui tenui tegitur pellicula, albus, & duram habens substantiam instar Castanearum, sed quæ mucosa est, ingrati saporis, sique incidatur, ruffescit. In bina dividi potest segmenta, inque ejus centro gemma locatur, quæ novam generat arbusculam: Cortex fragilis quoque est uti præcedentis, ac pluvioso tempore cutis pruritum excitat.

Ejus lignum mollius & pallidius est illo maris, pilosum admodum, fibrosum, & leve, difficile quoque secari & perdolari potest, unde nec glabrum vel politum reddi potest, quum ejus fibræ adeo facile decidant atque separentur, in ædium exstructione non adhibetur, quum non sit durabile, melius vero aquam marinam tolerat.

Anni tempus. Floret Januario, fructusque profert Aprili.

Nomen. Latine *Machilus mas* & *femina.* Amboinice in Hitoea *Makelan*, *Marela*, & *Murella.* in Leytimora *Makila*, & *Makilan*, item *Aypassa.*

Locus. In Amboinæ montibus crescit in altis silvis, copiosius in Leytimora quam in Hitoea, an in aliis ipsi vicinis crescat insulis non inquisivi, istam saltem nationem hoc latet.

Usus. Apud Amboinenses hoc lignum in vulgari est usu ad tigna, tam ad ædium quam navium exstructionem, maris nempe lignum, feminæ enim non bene elaborari potest. Ex mare postes observati fuere prope castellum Victoriam a vetustorum Portugallorum tempore jam ibi depositi, qui huc usque integri & incorrupti erant, quod spatium est ultra sexaginta annorum: Asseres ex hoc etiam secantur æque ac ex Siccio, ex quibus monoxyla fabricantur, qui tamen facile finduntur, si diu Soli exponantur, ædificationi autem hi melius inserviunt illis Siccii, quum non facile cossos generent, si modo arbores obcurrerent adeo crassæ, ut ex iis satis lati asseres secari possint.

aan de Eekelen, schaars een lid van een pink lang, eerst groen, glad, en met kleene witte puntjes bezet, daar na roodachtig, ten laatsten violet of swartachtig. De rype vallen ook uit haare kelkjes, gelyk Eekelen. Onder een dunne schaal leyd een paarsen-korl, in 't snyden kleverig, die zig in tweeën deelt. Zy staan een, twee, en drie op korte steeltjes rondom de takjes, in manieren als de Bakelaren.

Het hout is citroen-*geel, of wel zo bleek, en hoe verder naar binnen toe hoe geelder en rosser-dradig, eenigsints voos en week, laat zig egter door de zaag en byl bearbeiden, dog niet glad polysten, en in 't werken geeft het een gooren reuk van zig, als Sagumanta; hoewel 't een ligt en voos hout schynt, zo is 't nogtans durabel in gebouwen, en dient tot onderleggers, om dat 't de aarde beter verdragen kan dan het Yzer-hout.*

De tweede Machilus *het wyfken of breedbladige, is diergelyken boom, de bladeren staan ook aan lange ryskens zonder ordre, rondom en digt agter malkanderen, meest van dezelfde gedaante als aan 't manneken, dog grooter, die van 't breedbladige Sicki gelyk, van ongelyke lengte, want sommige zyn agt of negen duymen lang, sommige vyf en zes, drie en vier duymen breed, glad, zagt, glimmende, wat weeker dan die van 't manneken. De ribben staan verwisselt tegens malkander, en de middel-zenuwe is beneden wat ros.*

Het bloeizel hangt aan grootere trossen als aan 't manneken, en dikkere steelen, zynde kleen gesternt, van zes witte blaadjes gemaakt; in welkers midden een knopje voortkomt, daar uit de vrucht werd; dezelve hangen ettelyke by malkander, in de grootte en gedaante van Damaste pruymen, dog smalder, eerst groen als Olyven, daar na swart-blaauw, gelyk de voornoemde Pruymen. Zy hebben geen kelkje, gelyk de mannekens vruchten, en staan op roode steelen. Het buitenste vleesch is mede groenachtig, gelyk aan de Pruymen, dog niet boven een mes dik, daar onder leyd een groote korl, van dezelfde gedaante als de geheele vruchten, omgeven met een dun velleken, wit, en hardachtig van substantie, als Castanjen, dog slymerig, onsmakelyk, als men daar in snyd, besterft by strax ros. Hy laat zig in tweeën deelen, en in de midden ziet men een oogje, waar uit een nieuwe boom werd. De schorsse is meer breeksaam als aan 't voorige, en by regenachtig weer jeuktze wat op de huyd.

Dit hout is weeker en bleeker dan aan 't manneken, zeer pelzig, dradig, en ligt, gansch moeyelyk voor de zaag en schaaf, dierhalven niet om glad te werken, om dat zyne vezelingen zo zeer uitravelen, gelyk het ook niet durabel in den huisbouw is, maar eenigzints in zee-water.

Sayzoen. *Het bloeizel ziet men in January, en de vruchten in April.*

Naam. *In 't Latyn* Machilus mas & foemina. *Amboinsch op Hitoe* Makelan, Marela, *en* Murella. *Op Leytimor* Makila *en* Makilan, *ook* Aypassa.

Plaats. *Het wast in Amboinaas gebergte, in hooge bosschen, meer op* Leytimor *dan op* Hitoe, *of het op andere omleggende Eilanden valt, heb ik niet vernomen, immers het is by die Natie onbekent.*

Gebruik. *By de Amboinezen is dit een zeer gemeen timmerhout, zo wel tot den huis- als scheepsbouw, te weten het manneken, want het wyfken, als gezegt, is niet wel te bearbeyden. Uyt het manneken heeft men stylen hier gezien by het Kasteel Victoria, al van de oude Portugezen tyden af, dit is over de 60. jaren nog gaaf en onbeschadigt. Men zaagt 'er ook planken van, zo wel als van Sicki, daar men praauwen van maakt, dog die scheuren ligt als ze lange in de Sonne staan; maar aan den huisbouw zouden deze planken veel beter zyn, dan die van Sicki, om dat 'er de worm niet ligt inkomt, konde men maar de boomen zo dik vinden, dat men breede planken daar van hebben mogt.*

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Binæ aliæ Macili obcurrunt insuper species, tertia nempe & quarta.

Tertia est *species media* inter binas priores supra descriptas, ac sequentem habet formam; Ejus rami in breves dividuntur ramulos, ex quibus folia excrescunt inordinata, quorum suprema & maxima novem ac decem pollices sunt longa, quatuor lata, infima quinque vel sex longa, quinque lata, horum costæ inferius in rotundos desinunt & concurrunt sinus, suntque tenera & glabra.

Flores huc usque ignoti sunt nec observati: Fructus vagi dependent bini vel terni uno ex racemo, ac quivis ex peculiari longo petiolo, qui sub fructu tumidus est, hic vero oblongus est ac rugosis maculis notatus, coloris rubentis: Fructus vero parvam refert glandem, sed pericarpio non insidet uti in reliquis Macili speciebus, estque primo viridis, dein purpurascens, ac demum ex coeruleo nigricans instar maturi Pruni, intus repletur carne alba, duriuscula, & viscosa, quæ per medium in bina dividi potest segmenta, quæ amarum & ingratum dat saporem & odorem.

Ejus lignum flavescit, nodosum est, & plurimis intricatis venis pertextum, quod durabile est & aptum non tantum ad ædium exstructionem, sed etiam ad quædam instrumenta, ac præsertim ad capulas.

Quarta species minima est, cujus rami obducti sunt rugoso cortice, quorum laterales rami sunt incurvi & nodosi, ex quorum summo folia excrescunt arcte sibi juncta, inregularia, Caryophylli foliis similia, sed brevioribus petiolis insidentia, quatuor pollices longa, unum lata, superius glabra & æqualia, inferius paucis & obliquis admodum costis pertexta & protuberantia.

Ex foliorum alis longiusculus ac tenuis provenit petiolus, qui pauca sustinet capitula, quæ in flores sese aperiunt mihi huc usque incognitos.

Fructus rotundæ sunt baccæ, paulo majores Myrtillorum baccis, superius planæ, &, si teneræ, brevem gerentes apicem, exterius glabræ, obscure coeruleæ seu nigricantes, sub mucosa pellicula nucula reconditur, tenui lignosoque putamini inclusa, quæ ex nucleo formatur bifido, & albam gerit substantiam instar recentium nucum avellanarum, saporis fatui, ad Violas quodammodo adcedentis. Quisque fructus plano insidet pericarpio stellato ex quinque apicibus formato.

Amboinenses ejus lignum optimum censent ad ædium & minorum navigiorum exstructionem.

In het Aanhangzel *van* Rumphius *werd dit 'er by gedaan.*

Men heeft nog twee andere zoorten, te weten een derde en een vierde.

3. *De derde wil een middel-zoorte zyn tusschen de twee eerst beschrevene, en is van de volgende gedaante: De takken verdeelen hun in korte ryskens, daar aan staan de bladeren zonder order, de voorste en grootste zyn* 9. *en* 10. *duymen lank,* 4. *dito breet, de agterste* 5. *en* 6. *lang,* 5. *dito breet, van onderen lopen de ribben met ronde bogen te zamen, dun en glad.*

Het bloeyzel is nog onbekent: De vrugten hangen ydel, te weten 2. 3. *aan een tros, en yder op een byzondere lange steel, dewelke kort agter de vrugt buykagtig is, lankwerpig, en met ruyge punctjes bezet, rood van coleur. De vrugt is als een kleene eeckel, doch zit in geen kelkje gelyk de andere zoorten van Makilan doen, eerst groen, daar na purperagtig, ten laatsten swart blauw als een rype Pruym, binnen isse uytgevult met een wit, bartagtig, en kleverig vleesch, en in de lengte in tween deelbaar, bitter en onaangenaam van reuk en smaak.*

Het hout is geelagtig, warrig, en vol kromme aderen, durabel en bequaam niet alleen tot den huysbouw, maar ook om eenig gereetschap daar van te maken, inzonderheid Pangayen of scheepriemen.

4. *De vierde zoorte is de alderkleenste, de takken daar van zyn bekleet met een ruyge schorsse, daar aan de dwers taxkens krom en knoestig zyn, aan deselve staan de bladeren omtrent het voorste digt agter malkander en zonder order, de Nagel-bladeren gelyk, doch korter van stelen,* 4. *duymen lank, een dito breed, boven gants glad en effen, van onderen met weinige, dog seer schuynse ribbetjens.*

Uyt den schoot der bladeren komt een langagtig dun steeltje, dragende boven op weynige knopjes, waar uyt het bloeyzel wert nog onbekent.

De vrugten zyn ronde bezien, ruym zo groot als Myrtilli, boven op wat vlak, en aldaar aan de jonge een kort spitsje, van buyten effen, donker-blauw of swartagtig, onder een slymerig velleken leyt een Nootken van een dun houtagtig schaaltje, daar onder een korrel in twee deelbaar, wit als een versche Hasenoot, laf van smaak, en wat na Violen riekende. Ieder vrugt staat op een vlak bortje en sterretje van 5. *spitsen gemaakt.*

De Amboineezen houden het voor de beste zoorte tot den huysbouw en prauwen.

Tabula Quadragesima

Ramum exhibet *Machili maris*.
Ubi Litt. A. *folium angustifoliæ* speciei, seu *maris*,
B. Vero *folium latifoliæ* seu *feminæ* denotat.

De veertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Machil-Boom* het *mannetje*.
Alwaar Lett. A. een *blad* van het *kleenbladige*:
B. Een *blad* van het *breedbladige* ofte het *wyfje* aanwyst.

Tabula Quadragesima Prima

Ramum exhibet *mediæ Machili* speciei, quæ sub numero tertio in *Rumphii adpendice* describitur.

De een-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van de middelzoort van de *Machil-Boom*, dewelke voor de *derde zoort* in het *Aanhangzel* van *Rumphius* beschreven is.

Tabula Quadragesima Secunda

Ramum exhibet Machili *angustifoliæ* seu *minimæ*, quæ sub *numero quarto* in textu obcurrit.

De twee-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *smalbladige* ofte de *kleynste Machilboom*, welke onder de *vierde zoort* in de text voorkomt.

Tab. XL.

CAPUT TRIGESIM. OCTAVUM.

Lignum Leve. Halaur

HAlaur vasta & erecta est arbor silvestris, quæ truncum gerit rotundum & altum, non alatum: Ejus cortex est ruffus, externe mollis, & quasi cariosus, crassus, siccus admodum & fragilis, sique pluvioso tractetur tempore, levem cutis pruritum excitat: Ejus ramuli sunt longi, rotundi, & firmi, quibus folia alternata insident, aliquando vero non istum servant ordinem: Sunt vero maxima, ac duplicem gerunt formam, binæ enim hujus arboris obcurrunt species, latifolia nempe & angustifolia, latifoliæ longa sunt octo & novem pollices, sex septemve digitos lata, angustifoliæ folia eandem fere obtinent longitudinem, immo sæpe longiora sunt, sed non ultra binos cum dimidio ac tres pollices lata, sunt porro utriusque speciei scabra, inferius lata, ac sensim angustata instar apicis hastæ, superne glabra & obscure viridia, inferne glauca ac cinerea; latifoliæ rugosa quoque sunt, si tangantur, paucis obliquis pertexta costis ac venis.

Fructus solitarii in ramis vagi dependent, paulo minores Pruno, superius lati, fructibus Laurastri Amboinensis simillimi, primo glauci, dein nigri, sub externo, sicco, & fragili putamine duriusculus reconditur nucleus siccus, intense luteus & gratum spirans odorem instar illius Laurastri, in bina segmenta divisibilis: Hi fructus terram tangentes facillime progerminant, novasque producunt arbusculas.

Lignum duplex quoque est: illud latifoliæ speciei pallidum seu Citrinum est instar illius *Sureni*, estque levissimum lignum, quod in Amboina reperitur, crassis autem constat fibris, ac fungosum est, cæsuque facile, sed difficulter dissecatur, dum fibrosa ac pilosa sua substantiâ cuncta hebescere faciat instrumenta: Non etiam facile perdolari aut poliri potest, licet recens splendeat instar serici, si vero ejus ramentum seu filamentum extrahatur sursum vel deorsum, magnum format in ligno sulcum, unde plerumque fricando poliendum est, asseresque, qui ex hoc eliguntur ligno, securi formandi sunt.

Altera seu angustifolia species lignum gerit magis ruffum, solidius, quodque tenuioribus constat fibris, sed in sole facile rugas agit, quod in primo non observatur: Utraque sicca & elaborata debilem fundunt Camphoræ odorem, præsertim primum, qui odor diu etiam superest, si occlusum conservetur. Utraque ad externam faciem ingrati & inelegantis sunt coloris, unde & vilia videntur, nihilominus tamen durabilia, quæque nunquam cossos generant, licet Soli, pluviis, vel aquæ marinæ exponantur: Ejus caput mortuum, ut ita dicam, in silvis prolapsum, tardissime perit, si enim pluvioso tempore id conspiciatur, putridum refert lignum, sicco vero tempore, siccam repræsentat spongiam: atque pluvioso tempore fortem insuper Sinapios spirat odorem, seu instar Raphani majoris, qualis sæpe in densis observatur silvis, nec quis facile detegat, undenam hic odor. Fructus maturescunt Augusto.

Nomen. Latine *Lignum leve*, quum inter Amboinensium tigna levissimum sit: Amboinice in Leytimora vocatur *Halaur*, in Hitoea *Halaul*: Latifolia species cognominatur alba seu femina. Angustifolia vocatur *Halaul* saxatilis.

Locus. In altis ac densis Amboinæ crescit silvis, alia enim ejus loca mihi sunt ignota.

Usus. Ex primæ speciei ligno plurima levia fabricantur navigia, ob ejus levitatem ac durabilitatem in aqua marina: Hæc navigia talem sortiuntur qualitatem, ut in terra Soli exposita sese contrahant, magnasque præbeant fissuras, aquæ vero imposita intumescant & consolidentur: Ex altera specie, quum ejus lignum sit durius, ædium postes formantur, qui ad Solem tamen rimas agunt, nihilominus adeo durabiles sunt, ut in quibusdam circa Castellum locis postes demonstrari possint, qui ultra sexaginta annos incorrupti steterunt.

Rum-

XXXVIII. HOOFDSTUK.

Halaur-Boom.

HAlaur *is een groote en regte Wout-boom, met een hooge stam zonder vlerken: De schorsse is ros, van buiten zagt, en als vermolmt, dik, zeer droog en bros, en alsse by regenagtig weer gehandelt word, een weinig jeuken op de huyd veroorsakende: De ryskens zyn lang, rond, en styf, daar aan de bladeren verwisselt tegens malkanderen staan, dog zomtyds de ordre brekende. Zy zyn van de grootste, en van tweederley gedaante, na de twee zoorten dezes booms, verdeelt in breedbladige en smalbladige. Die van 't breedbladige zyn acht en negen duym lang, ses en seven vingers breed: die van 't smalbladige zyn meest van de zelfste lengte, ja zomtyds langer, maar niet meer dan twee en een half en drie duymen breed: Voorts alle beide styf, agter breed, en allenxkens toegespitst, als het yser van een spiesse, boven glad en swart-groen, van onderen blauw-groen en grys; aan 't wyde geslagt ook wat ruig in 't aantasten, met weinige schuinse aderen.*

De vrugten ziet men hier en daar enkeld hangen, wat kleender dan een pruym, van vooren wat breed, de vrugten van den grooten Laurafter Amboinicus *zeer gelyk, eerst Spaans-groen, daar na swart. Onder de buytenste drooge en brosse schale leyd een hardagtige drooge korl, hoog-geel, en wat welriekende, mede als die van* Laurafter, *die men ook in tween kan deelen. Deze vruchten op de aarde vallende, schieten zeer ligt uyt, en brengen jonge boompjes voort.*

Het hout is mede tweederley: dat van het breedbladige is bleek of ligt Citroen-verwig naast aan de Suren, *het lichtste hout van alle, dat men in Amboina heeft, grofdradig en voos, licht om te kappen, maar gantsch moeyelyk om te zagen, dewyl het met zyn hayrige substantie al het gereetschap stomp maakt; Het laat zig ook niet glad schaven ofte polysten, hoewel 't versche glimt, als Zatyn, maar als men aan een splinter of draatjes begint te trekken, het zy op of nederwaarts, zo volgt 'er een geheele vooren in 't hout, daarom men 't meest met schueren moet glad maken, en de planken, die men daar uyt hebben wil, met de byl kappen.*

Het tweede of smalbladige heeft een hout wat rosser, digter, en fyndradiger, maar scheurt ligt in de Son, het welk 't eerste niet doet: Alle beyde droog zynde en gewerkt, geven een slappen Campher-reuk van zig, inzonderheid 't eerste, die hem ook lange by blyft, als het iewers ingeslooten werd. Beyde zyn ze een ongezien en veracht hout, uytterlyk aan te zien, nogtans zeer durabel, daar nooyt wormen inkomen, al leyd het in de Son, regen, en zee-water. Zyn doot lichaam, om zo te spreken, in 't Bosch omgevallen leggende, vergaat langzaam; want als men by regen-weer daar by komt, gelykt 't een heel verrot hout, en by droog weer, een drooge spongie: gevende daar en boven by regenachtig weer een sterken Mostert reuk, of van Peper-wortel van zig, diergelyke men dikwils in digte Bosschen gevoelt, zonder dat men weet, waar dat hy van daan komt. De rype vruchten ziet men in Augustus.

Naam. *In 't Latyn* Lignum leve, *of ligt hout, om dat het onder de Amboinsche timmerhouten, het lichtste is: Amboins, op Leytimor* Halaur; *op Hitoe* Halaul. *Het breedbladige werd bygenaamt 't witte of Wyfken. Het smalbladige hietenze steen-*Halaul.

Plaats. *Het wast in hooge en digte Bosschen van* Amboina, *want van andere plaatzen is my nog niet bekent.*

Gebruik. *Uyt de eerste werden veele ligte vaartuygen of praauwen gemaakt, om zyne ligtigheid en duurzaamheid in zout water. Deze praauwen hebben die eygenschap, datze op 't land en in de Sonne staande, zeer inkrimpen, en groote scheuren vertoonen, maar in 't water komende, swellen op, en worden weer digt. Uyt de tweede zoorte, om dat het wat harder hout is, maakt men stylen tot huyzen, doch scheuren wat in de Son, niet te min zo durabel, dat men in zommige Negoryen aan 't Casteel stylen tonen kan, over de 60. jaren oud, en nog onbeschadigt.*

Rum-

Rumphius in *Adpendice* hæc addidit.

Ad ulteriorem hujus arboris notitiam hæc subjungo: In Leytimora tres *Halaur* numerantur species, ab Hitoensi supra descripta, quodammodo diversæ: Primo itaque Halaur genuina Sojensis, *Waribokor* quoque dicta, folia gerit sex septemve pollices longa, quatuor digitos lata, superius glabra, inferius pallide viridia, in obtusum apicem desinentia, multisque sinuosis costis infra protuberantibus pertexta, alternatim posita, sed plerumque inordinata.

Ex foliorum alis & inter ipsa parvi excrescunt racemi, viridia sustinentes capitula, magnitudine seminis Sinapios, quæ sese aperiunt in flosculos albos quadripetalos, qui repleti sunt brevibus staminibus antheras luteas gerentibus.

Fructus rari sunt & vagi, bini ternive simul provenientes tam ex foliorum alis quam post ipsa, brevibus insidentes petiolis, rotundi instar illorum *Daun Candal*, qui in brevem desinunt apicem, suntque glabri, primo virides, dein nigricantes.

Sub crasso & molli putamine duriusculus, sed mucosus reconditur nucleus oviformis instar ovi Lacertæ, in bina divisibilis segmenta, fortem spirans odorem.

Secunda species Hitoensium *Halaur* est tam latifolia quam angustifolia, quæ apud Sojenses *Eohur* vocatur, cujus cortex cutis pruritum excitat, ejusque lignum fungosius est illo præcedentis.

Tertia vera est *Ewassa*, quæ illis sæpe etiam *Halaur* dicitur, quæ cum suis fructibus in subsequenti describitur capite.

Tabula Quadragesima Tertia

Ramum exhibet *Ligni levis* primi, quod *Halaur* incolis dicitur.

Tabula Quadragesima Quarta

Ramum exhibet *Ligni levis minoris*, quod *Halaur Kitsjil* incolis vocatur.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit'er bygevoegt.

Tot beter kennisse van dezen boom, heb ik het volgende willen byvoegen: Op Leytimor makenze 3. *zoorten van* Halaur *van het bovenstaande Hitoeëze wat verschillende:* 1. *Het eygentlyke Halaur van* Soja, *anders ook* Waribokor *genaamt, heeft bladeren* 6. *en* 7. *duymen lank,* 4. *vingers breed, boven glad, beneden doods-groen, of bleek, met een stompe spits, en veel bogtige ribben beneden uitbuylende, en staan verwisselt tegens malkanderen, dog meest zonder ordre.*

Uyt den schoot en tusschen de bladeren komen kleene trosjes voort, waar op groene knopjes staan in de grootte van Mostaart-zaat, dewelke zig openen in kleene witte bloempjes van vier blaadjes gemaakt, binnen gevult met korte draatjes, boven op met groene noppen.

De vruchten staan weinige, te weten 2. *en* 3. *by malkander, zo wel uit den schoot der bladeren als agter dezelve, op korte steeltjes, rond, gelyk die van* Daun Candal, *met een kort spitsje boven op, glad, eerst groen, daar na rookverwig.*

Onder een dikke dog weeke schaal, leyt een hardachtige doch slymerige korrel, ey-formig, gelyk een Hagedissen ey, in tween deelbaar, en sterk riekende.

2. *Het tweede wil der Hitoezen* Halaur *zyn, zo wel het breed- als smalbladige, op Soja genaamt* Eohur, *wiens schorsse jeuken op de huyd maakt, en het hout is voozer dan 't voorgaande.*

3. *Het derde wil de regte* Ewassa *zyn, welk zylieden mede zomtyds* Halaur *noemen, het welk met zyn vruchten men in 't volgende Kapittel beschreven ziet.*

De drie- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het eerste *ligte Hout*, *Halaur-boom* by de Inlanders genaamt.

De vier- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het kleine ligte Hout, het geen *Halaur Kitsjil* van de Inlanders genaamt wert.

CAPUT TRIGESIM. NONUM.

Lignum leve alterum. Ewassa.

EWassa arbor est similis præcedenti, seu *Halaul* saxatili, forma ac modo crescendi cum ipsa conveniens. Ejus vero cortex crassior est, magisque cinereus. Folia multo sunt minora, a sex ad octo & novem pollices longa, ejusdem formæ ac coloris: Lignum ejus est solidum, ac crassioribus constat fibris, quam præcedentis, in quo plurimæ breves venæ & lineæ conspiciuntur, aliquando etiam nigricantes maculæ instar lenticularum, cæteroquin pallidum est, & leve, fortemque & amarum fundit odorem & saporem, si recens tractetur, ad Matricariam adcedentem: Serra & dolabra melius elaborari potest quam præcedens, ita ut asserculi & capsulæ ex illo formari possint, quæ recentes splendent instar serici Bombicini densioris, sed non ita ac *Halaul*.

Nomen. Latine *Lignum leve alterum*, Amboinice in Leytimora *Ewassa*. Hitoenses hanc arborem putant marem esse ipsorum *Halaul*, talique indigitant nomine, sed forma, lignique odor nimium ab ipso differt.

Locus. Cum præcedenti potissimum crescit in Leytimoræ montibus.

Usus. Hoc lignum non facile putrescit vel cossos contrahit, si ad ædes in siccis adhibeatur locis, ex hoc quoque cistulæ & capsulæ formari possunt, sed hoc raro fit, quum adeo ingratum det adspectum.

P. S. *Ewassæ* folia sunt solitaria in ramulis posita, a sex ad octo pollices longa, binos lata, scabra, in obtusum apicem desinentia, superne penitus glabra, inferne costis protuberantibus donata, quæ oblique & sinuose decurrunt, illa vero Machili folia referunt.

Fructus vero observantur vagi, ac plerumque solitarii in ramulis locantur, magnitudine enucleatarum nucum avellanarum, qui pericarpio insident instar glandium, seu fructuum Machili, coloris purpurei, si denudati sunt.

Tabula Quadragesima Quinta

Ramum exhibet ligni levis alterius, quod *Ewassa* incolis vocatur.

XL.

XXXIX. HOOFDSTUK.

Ewasse-Boom.

EWassa *is een boom gelyk de voorgaande, of steen-* Halaul, *aan gedaante en maniere van wassen met 't zelve meest over een komende. De schorsse is wat digter en graauwer. De bladeren zyn merkelyk kleender, van zes tot agt en negen duymen lang, van het zelfde fatzoen en coleur. Het hout is digt en kortdradiger dan 't voorgaande, daar men veele korte aderen en linien aan ziet, zomtyds ook rookachtige plekken, als sproeten, anders mede ligt en bleek, van een sterken en bitteren reuk als men 't versch handelt, na de Mater trekkende. Het laat zig veel beter handelen door de zaag en schaaf, dan het voorige, zo dat men plankjes en doosjes daar van maken kan, die versch zynde mede wat glimmen, gelyk zatyn, dog zo zeer niet als* Halaul.

Naam. *In 't Latyn* Lignum leve alterum. *Amboinsch op Leytimor* Ewassa. *De Hitoeëzen houden 't voor het manneken van haar* Halaul, *en noemen 't ook zo, hoewel de gedaante en den reuk van 't hout te veel daar van verschilt.*

Plaats. *Het wast nevens 't voorgaande in 't gebergte, meest op* Leytimor.

Gebruik. *Dit hout is mede geen bedervinge nog wormen onderworpen, te weten, als men 't aan huyzen en drooge plaatzen gebruykt; men kan 'er ook kistjes en doosjes van maken, dog 't word weinig gedaan, om dat het zo onzienelyk is.*

P. S. De bladeren van Ewassa *staan enkeld aan haare ryskens, van zes tot agt duymen lang, twee dito breed, styf, met een korte spits, boven geheel glad, van onderen met uitstekende ribben, dewelke zeer schuyns en bogtig loopen; zy gelyken wel na die van* Makilan.

De vruchten ziet men weinig en zelden, staande meest enkeld aan de ryskens, in de grootte van gepelde Hazelnoten, agter in een schoteltje, gelyk de Eekelen of de vruchten van Makilan, *van coleur peers, zo ver zy bloot zyn.*

De vyf- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van een ander ligt Hout, het geen *Ewassa* by de Inlanders genaamt wert.

CAPUT

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Lignum Equinum. Caju Cuda.

HÆc arbor faciem præ ſe fert ſilveſtris *Boa Rau*, ſed humiliorem ac minorem gerit truncum, folia ſimili quoque modo in ramulis ſibi ſunt oppoſita, non rugoſa vel piloſa uti *Boa Rau*, ſed glabra, tenuia, & læte virentia: Corticem habet cinereum & glabrum, qualis & in ramis obſervatur punctulis quibusdam notatus: Rami primum dividuntur in longos, gracileſque ramulos, qui firmas ac ſtriatas emittunt rachides, culmum craſſas & prope ortum geniculatas, ubi & foliola ſæpe erumpunt, ſuntque illæ cruciatim poſitæ, & quo magis ad ſummum, eo magis adunatæ: In rachidibus folia locantur obpoſita, magna habentia interſtitia, deorſum parum ſimul inflexa, ac plerumque quatuor vel quinque foliorum paria uni adcreſcunt rachidi, inpari extremum claudente, ſuntque minora & tenuiora illis *Boa Rau*, oras gerentia æquales, longumque apicem, quinque, ſex, ſeptemve pollices longa, binos lata, paucis obliquis admodum & protuberantibus coſtis donata, inferiora vero ſunt breviora, ut & illa, quæ brevibus inſident ramulis circa florum ortum.

Antequam flores erumpant, in racemis magna adparent acuminata capita inſtar fructuum latorum Capſici, prope apices incurvata, in ramorum ſummo progerminantia, quæ ſeſe in dorſo aperiunt, floresque emittunt tanquam ex excipulo, quod in petiolo diu ſupereſt, licet flores deciderint.

Flos optime illum *Dutræ* refert, ſed longior eſt & tenuior, longumque gerit ac firmum collum, quinque pollices longum, ac ſupra ſeſe inſtar calicis aperit in quinque acuta lataque folia, in fundo coalita, quorum ſuperior pars rugoſa penitus & flaccida eſt ac retroflexa, quæ ad baſin gerunt duplicata & ſordide albentia ſtamina, in quorum centro piſtillum locatur longius, cum petiolo nexum & perſiſtens, licet flos decidat, illud vero in fructum excreſcit.

Si ſit plenilunium, hi flores explicantur, ſed non diu, totique decidunt. Fructus ſunt ſiliquæ longæ inſtar ſiliquarum Caſſiæ, ſed tenuiores, nec rotundæ, nec fuſcæ, ſed ex cinereo virides, complanatæ, & incurvæ inſtar acinacis, plurimæ ſimul dependentes, ſpongioſa & ſicca potiſſimum repletæ medulla, quæ ſemina continet: Maturæ hæ ſiliquæ bifariam dehiſcunt, omnemque cum ſeminibus emittunt medullam, quæ inanitæ ex arbore dependentes remanent, apicibus diu connexæ inſtar loricarum longarum, ultra pollicem latæ, binas ſpithamas longæ. Toti vero hi fructus externe ſtriati ſunt, atque in longum deſinunt apicem: Si dehiſcant, longa obſervatur decurrens quaſi coſta, forma rugoſæ piſcium ſpinæ, ex binis latis binisque anguſtis alis cruciatim poſitis formata, talique modo ſiliquæ hæ quadripartitæ ſunt, in his ſemina oblonga continentur, illis Cucurbitæ ſimilia, vel ramenta lignoſa referentia, leviſſima, hæc ex ſquamis conſtant nigricantibus, in medio protuberantibus, ubi vera arboris ſemina latitant.

Lignum ſordide albicat, in medio ad ruffum adcedens colorem, ſed ſiccum, ubique fere ex cinereo albicat: Vetuſti arborum trunci læte rubens gerunt cor inſtar *Sureni*, quod ſiccum cinereum etiam eſt, eſtque porro leve, molle, per longitudinem ſtriatum inſtar Abietini ligni, ſed non ita profunde, facileque elaborari poteſt, non vero admodum durabile eſt.

Anni tempus. In Octobri flores obſervantur, quos fructus inſequuntur.

Nomen. Latine *Lignum Equinum*, juxta Malayenſe *Caju Cuda*, & Javanenſe *Caju Adjaran*, forte quum leve ſit lignum, ex quo facile cuncta puerilia luſoria opera, ut equi, ſimiliaque formari poſſunt. Amboinice in Hitoea *Tueylo*: Macaſſarice *Tueyl*, diſtinguendum vero eſt hoc lignum a *Caju Cuda* Baleyenſium, quod nihil aliud eſt, quam *Arbor excoecans.*

Locus. Vulgaris eſt arbor in Amboina, atque in planis ac ventoſis creſcit locis plurimum in Hitoea, Macaſſara, & Java, ibique potiſſimum ad ripas majorum fluminum.

XL. HOOFDSTUK.

Paarde-Hout.

DEze boom heeft de gedaante van de wilde Boa Rau, *dog met een lagen en kleender ſtam, en de bladeren ſtaan ook op gelyke manier aan de ryskens tegens malkander, niet ruyg nog hayrig, gelyk* Boa Rau, *maar glad, dun, en blyde-groen. Het heeft een ligt-graauwe en evene ſchorſſe, gelyk ook de takken, daar aan men eenige puntjes ziet. De takken verdeelen hun eerſt in lange en ranke telgen, en dezelve wederom in ſtyve en geſtreepte ryskens, een halm dik, by haren oorſpronk een knietje hebbende, met eenige kleene blaadjes, beyde in 't kruys ſtaande, en hoe meer na voren, hoe digter op malkander. Aan de ryskens ſtaan de bladeren regt tegens malkanderen, met groote ſpaatien tuſſchen beyden, dog een weinig neerwaarts t'zamen gebogen, gemeenlyk vier en vyf paren aan een rysken, met een alleen voor uit, kleender en dunder dan die van* Boa Rau, *met evene kanten, en een lange ſpitze, vyf, zes, en zeven duymen lang, twee breed, met weinige zeer ſchuynze en uytpuylende ribben, maar de agterſte zyn korter, als mede die aan korte ryskens, omtrent de bloemen ſtaan.*

Eer de bloemen voortkomen, ziet men aan de troſſen lange ſpitze knoppen, als breede ritsjes, by de ſpitzen wat gekromt, aan 't voorſte der takken voortkomende, die haar op den rugge openen, en laten de bloemen uit, als uit een hoze, blyvende nog een tyd lang aan den ſteel, al is de bloeme afgevallen.

De bloeme gelykt zeer wel na die van Dutra, *dog langer en ſmalder, te weten met een langen ſtyven hals, vyf duymen lang, en boven als een kelkje zig openende, in vyf ſpitzen, of breede bladeren, die in 't kelkje aan malkander hangen, en wiens voorſte helft geheel rimpelig en ſlap is, agterwaarts gebogen, met dubbelde vuyl-witte noppen; regt in de midden ſtaat nog een lange draat, die aan de ſteel vaſt blyft al valt de bloem af, waar uit de vrucht werd.*

Als het volle maan is, zo ſtaanze ter degen open, dog niet lange, en vallen geheel af. De vruchten zyn lange houwen, gelyk trommel-ſtokken, dog dunder, niet rond nog bruyn, maar graauw-groen, wat plat en gekromt, als een zabel, verſcheiden by malkander hangende, van binnen meeſt gevuld met een droog en ſpongieus merg, daar in de zaden ſchuylen. De rype houwen ſplyten in tweeen, en laten al het merg met 't zaad uitvallen, blyvende zy zelfs aan den boom hangen, en met de ſpitze lange aan malkander vaſt, als lange riemen, ruym een duym breed, twee ſpan lang. De geheele vruchten zyn van buiten wat geſtreept, en eindigen in een lange ſpitze. Als ze opſplyten, ziet men voor eerſt een lange doorgaande ribbe, in de gedaante van een ruyge graat, van twee ſmalle en twee bredere vlerken gemaakt, in 't kruys ſtaande, en zo de houwen in vier lange lellen verdelen, daar in leggen langwerpige zaden, die van Cauwoerden of hout-ſpaanders wat gelykende, en zeer ligt. In dezelve vind men ſwartachtige ſchubben, in de midden wat buikachtig, dewelke de regte zaden van den boom zyn.

Het hout is vuyl-wit, omtrent de midden na den roſſen trekkende, dog droog zynde, beſterft het meeſt over al graauw-wit. De oude ſtammen hebben een ligt-rood hert, gelyk Suren, *'t welk mede graauwachtig beſterft, voorts ligt, week, en in de lengte geſtreept, als het Dennenhout, dog zo merkelyk niet; gemakkelyk om te bearbeiden, maar niet zeer durabel.*

Sayzoen. *In October ziet men de bloemen, en daar op volgen de vruchten.*

Naam. *In 't Latyn* Lignum Equinum, *dat is Paarde-hout, na 't Maleytſche* Caju Cuda, *en Javaanſche* Caju Adjaran, *miſſchien om dat het een ligt hout is, daar uit men gemakkelyk allerhande kinder-goed, als ligte paarden, ſnyden kan. Amboinſch op Hitoe* Tueylo. *Macaſſaars* Tueyl. *Men moet 't wel onderſcheyden van het* Caju Cuda *der Baleyers, het welk anders niet is dan de* Arbor Excoecans.

Plaats. *Het is gemeen in Amboina, en waſt op vlakke en lugtige plaatzen, meeſt op Hitoe, op* Macaſſer, *en* Java *is het ook bekent, en aldaar meeſt langs de kanten van groote rivieren.*

Usus. Adhibetur ad capsulas aliaque minora supellectilis genera ex hoc fabricanda, uti crepundia, equi lignei, similiaque; ut & lignei calcei seu *Tsjerippos* ex hoc fabricantur, qui loco aliorum calceorum apud incolas in usu sunt.

In Java hæc arbor crassior est quam in Amboina, unde & satis ampli asseres ex ipsa formari possunt, ex quibus sedilia, minoresque fabricantur mensæ, hoc vero lignum facile rimas agit, si soli exponatur. Ex ramis brachium crassis natatilia retium ligna formantur, quæ in Europa ex Subere eliguntur, & Malaice *Plompon* vocantur, in breves enim dissecantur partes, quæ candescente perforantur ferro, quum virides sunt rami, unde & cito siccantur interne, melioresque sunt istis *Mangi Mangi* radicibus, vel *Pule* ramis, qui multum aquæ inbibunt, tardeque siccantur, unde retia corrumpuntur; Eidem quoque rami palis inserviunt, ex quibus sepes exstruuntur, qui virides inplantantur, quum facile progerminent instar Lingoi: Javanorum cistæ herbariæ & aromaticæ *Cotta Cotta* dictæ ex hoc quoque fabricantur ligno, sed hæ vilissimæ habentur.

In *Rumphii Adpendice* hoc notatur.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 29.* Malabarice vocatur *Niir Pongelion*. Bracmanis *Singi*. Portugallis *Cornos dos Diabos*. Belgis *Buxboorn*, cujus figura & descriptio cum nostra quadrat.

Tabula Quadragesima Sexta

Ramum exhibet *Ligni equini*, seu *Caju Cuda*.

Gebruik. *Men gebruykt het om allerhande doosjes en kleen huysraad van te maken, poppe-goet, boute paarden, &c. als mede de boute trippen of* Tsjerippos, *by de Inlanders in plaats van schoenen gebruykelyk.*

Op Java valt dezen boom dikker dan op Ambon, weshalven men redelyke planken daar van hebben kan, om zitbanken en kleene tafeltjes te maken; dog dit hout scheurt ligt als 't in de Sonne staat. Uit de takken als een arm dik, werden gemaakt de dryfhouten aan de netten, die men in Europa van kork maakt, in 't Maleyts Plompon *genaamt, want men zaagtze in korte stukken, en doorboortze met een gloeyend yzer, nog groen zynde, waar doorze van binnen haastig opdroogen, en zyn beter dan die van Mangi Mangi-wortelen of* Pule-takken, *dewelke veel water inzuygen, langsaam opdroogen, en daar door het net bederven. Dezelfde takken gebruikt men ook tot pagger-houten, om heyningen daar van te maaken, die men groen wil hebben, om dat 't ligt uytslaat als* Lingoo. *De Javaanze kruyde-doozen* Cotta Cotta *genaamt, werden ook van dit hout gemaakt, dog die houd men voor de slegte.*

In het Aanhangzel *van* Rumphius *wert dit ter neergestelt.*

In Hort. Malab. part. 6. Fig. 29. *wert het genaamt in 't Malabaars* Niir Pongelion. *In 't Baramees* Singi. *In 't Portugeesch* Cornos dos Diabos. *In 't Duytsch* Boxhoorn; *wiens figuur en beschryving met de onze overeenkomt.*

De zes- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Paarde-Hout*, *Caju Cuda* genaamt.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Arbor rubra prima. Caju Mera.

ARbor *rubra* est illa, quæ adfinitatem gerit inter *Cariophyllum* & *Jambosam*, atque de utraque tantum participat, ut utrique congenera sit, in multas dividitur species, quarum quatuor tantum descripsi, reliquas minores varietates singularum specierum omittens: Primo itaque angustifolia seu alta, secundo rotundifolia, tertio Caryophylli-formis, ac quarto latifolia mihi describuntur species, quarum tres posteriores in subsequenti exarantur capite.

Arbor rubra prima seu *angustifolia* proprie silvestris est arbor, altissima, truncum gerens rotundum & rectum, ac prope radices parvis alis auctum. Peculiarem gerit corticem, ab aliis silvestribus arboribus penitus diversum, tenuis enim est, ex multis tenuibus lamellis compositus, quæ vero arctius & solidius sibi adhærent quam *Arboris albæ*, illique Frangulæ similes, sed ruffi coloris, instar lateris semi cocti, quique porro siccus est, tenuis, lignoque firmiter adhæret.

Ramuli sunt longi, firmi, ac tenues, quibus folia insident bina sibi obposita, rara, quorum quædam oblique ac cruciatim posita, quædam inordinata, illis Caryophylli silvestris quam simillima, sed latiora, rugosiora, brevibusque insidentia petiolis, septem & octo pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata: Nervus medius supra sulcatus est, venæque laterales subtus protuberant, nec ad oras excurrunt, qui communis est character hujus arboris, Caryophylli, & Jambosæ, quæque contrita odorem saporemque gerunt acidum & adstringentem, atque ingratum, ad illum Jambosarum adcedentem.

Flores corymbosi proveniunt uti Caryophyllorum, sed rariores, ex multis quasi crucibus formati, seu cruciatim positi, qui primo viridia sunt capitula, superius latiuscula, *Gagangs* seu primis Caryophyllorum rudimentis quodammodo similia: Fructus seu Baccæ non sunt oblongæ instar Caryophyllorum, sed compressæ sunt & subrotundæ pilulæ.

Recens arboris lignum ex fusco & cinereo colore mixtum est, sed siccum obscure cinereum est, satis soli-

XLI. HOOFDSTUK.

Eerste Roode-Boom.

ARbor rubra *is die gene, die maagschap maakt tusschen de* Nagel- *en* Jamboes-boom, *van de een en de ander zo veel mededeelende, dat hy een zoorte van beyde schynt te zyn. Hy is in veele zoorten verdeelt, waar van ik 'er maar vier beschreven hebbe, de kleyne verandering van yder zoorte overslaande, namentlyk, eerst de smalbladige of hooge, ten tweeden de rondbladige, ten derden Nagelformige, en ten vierden breed-bladige; waar van ik de drie laatste in 't volgende Kapittel beschryven zal.*

Arbor rubra prima, *of smalbladige, is een eygentlyke wout-boom, zeer hoog, rond, en regt van stam, met kleene vlerken by de wortel. Hy heeft een byzondere schorsse, onder andere wout-boomen ligt te kennen, want hy is zagt, van veele dunne velletjes gemaakt, dog die digter, en vaster aan malkander kleven dan aan de* Arbor alba, *die van onzen Berke-boom gelyk, maar ros van coleur, als een half gebakken steen, droog, dun, en vast aan 't hout zittende.*

De ryskens zyn dun, lang, en styf, daar aan staan de bladeren twee tegen malkanderen, weinig in 't getal, zommige in een schuyns kruys, zommige zonder ordre, die van de wilde Nagelboom zeer gelyk, dog breeder, ruyger, en op korte steelen, zes, zeven, en agt duymen lang, twee, en twee en een half breed. De middel-zenuwe is boven gevoornt, de dwers-adertjes beneden uytpuylende, loopen niet tot aan de kant, maar sluyten met ronde boogen t'zamen tot vooren toe, 't welk een gemeene Caracter is tusschen deze, Nagel- en Jamboes-boomen, gewreven zynde van reuk en smaak zuur en t'zamentrekkende, dog onlieffelyk, die van de Jamboezen naast komende.

Het bloeizel komt aan kroontjes voort, gelyk de Nagelkroontjes, dog ydeler, van veele kruyssen gemaakt, daar voor eerst groene knoppen aan komen, met breede hoofdekens, de Gagangs *of eerste schepzelen der Nagelen wat gelyk. De vruchten of besiën worden niet langwerpig, gelyk Nagelen, maar blyven gedrongen rondachtige pilulen.*

Het versche hout is uyt den bruynen en graauwen gemengt, maar besterft doods en donker-graauw, redelyk digt

ſolidum & grave, penitus vero ſiccum, levius eſt, longisque conſtat fibris, quæ facile rimas agunt, in ædificiis ſatis durabile, ſi modo non ſolum vel humidum tangat locum.

Optima ſpecies a priori quodammodo diverſa corticem gerit cinereum, ſeu ruffeſcentem, quam Amboinenſes proprie *Ubar* & *Ubel* vocant. Arbor vero hæc ramulos gerit tenues, breves, & acute ſtriatos, quibus foliorum paria increſcunt bina quinave, quæ ſunt ſcabra & glabra inſtar foliorum Caryophylli, & vix notabiles exhibent coſtas, ſuntque ad oras ſinuoſa, tres quatuorve pollices longa, in notabilem deſinentia apicem. Florum corymbi in plurimos tenues dividuntur petiolos, quorum quivis in tres minores dividitur, qui bina ternave ſuſtinent viridia capitula, quæ ſeſe aperiunt in floſculos albos muſcoſos: Unus alterve fructus in corymbo conſpicitur ex rotundo oblongus fabarum magnitudine, coloris ex nigro purpurei, & duræ ſubſtantiæ.

Lignum recens cæſum albicat, ſed mox leviter rubet, multoque durius, durabilius, & craſſioribus conſtat fibris quam præcedens, *Nani* ligno ſimile, unde & *Nani Mera*, h. e. *Nani rubrum* vocatur.

Anni tempus. Cunctæ *Arboris rubræ* ſpecies flores gerunt medio pluvioſorum menſium tempore, h. e. *Junio* & *Julio.* Fructusque matureſcunt *Octobri* & *Novembri*, eodem tempore quo Caryophylli.

Nomen. Latine *Arbor rubra.* Malaice *Caju Mera.* Amboinice *Aycau* & *Aycou*, quæ tria nomina arborem rubram denotant ex ruffo corticis colore, quo ab aliis ſilveſtribus diſtinguitur arboribus. Prima vero ſpecies Arbor rubra prima dicta, Amboinice proprie vocatur *Aycau Ubel*, in Leytimora *Uhar*, & Ternata *Goſſali.*

Locus. In cunctis creſcit altis ſilvis, eſtque vulgatiſſima in ſilvis arbor ubique in Amboinenſium inſulis.

Uſus. Optimum præbet tignum, ſed ingratum ob palliditatem exhibet colorem, maximeque ob fiſſuras, ubique tamen ab Amboinenſibus adhibetur ad poſtes trabesque ædium fumo ſæpe repletarum, in quibus diu durat, neutiquam vero, uti dictum eſt, ſi ſolum tangat: Arboris rubræ cortex, ſed tertiæ potiſſimum ſpeciei, apud Amboinenſes in uſu eſt ad majorum retium tincturam, ſed tantum defectu *Okir* ſeu *Tanarii Majoris*, quæ in ſubſequenti deſcribitur libro. Arboris vero iſtius cortex vel ſolus, vel cum illo *Mangi Mangi* mixtus adhibetur, qui parum contunditur, atque in aheno coquitur cum aqua, ipſique quandam Sagumantæ portionem addunt, ut tinctura ſeu pigmentum retibus melius adhæreat, tumque effunditur ſupra retia in monoxylo depoſita, quæ per noctem in tali inprægnata macerantur aqua. Minoribus vero retibus uti jaculatoriis hi cortices non inſerviunt, quum nimis acres ſint, unde alius ad hæc eligitur cortex, arbuſculæ nempe *Same* ſeu *Tanarii minoris*, poſtea libro quinto deſcriptæ.

Minor arbor rubra ſeu *anguſtifolia* ſic ſeſe habet: Ejus truncus non ultra crus craſſus eſt, ejusque rami ſunt rari, muſco obducti, folia firmis inſident ramulis ſibi obpoſita, vaga, & rara, anguſta, & acuminata, quinque ſexve pollices longa, unum vel unum cum dimidio lata, obſcure virentia, tenuia, ac ſubtilibus venulis pertexta, quæ in ſinus concurrunt. Flores ſunt ut priores albi, illis Cujavi ſimiles, ſed minores: Fructus inſtar minorum Jamboſarum dependent, tres quatuorve ſimul ex teretibus petiolis, ex rotundo parum compreſſi & gibboſi, primo virides, dein rubentes, ac demum nigri, externe mollem gerentes carnem inſtar Jamboſarum, culmum craſſam, ſaporis dulcis, ſeu fatui cum levi adſtrictione: In media cavitate unus alterve continetur nucleus, uti in Jamboſis, in nigra ſpecie ſolitarius, in rubra gemellus, in fiſſis hisce nucleis ſæpe teneræ arbuſculæ primum conſpicitur rudimentum, licet ex arbore etiam dependeant fructus, qui ſuperius coronati ſunt & umbilicati inſtar Jamboſarum. Nullibi obcurrit niſi in montibus ac denſis ſilvis.

Tabula Quadrageſima Septima

Ramum exhibet *Arboris rubræ*, quæ *Caju Mera Ubar* incolis dicitur.

Tabula Quadrageſima Octava

Ramum exhibet *Arboris rubræ*, quæ *Caju Mera Aycou* incolis vocatur.

digt en ſwaar, dog droog zynde word 't ligt, langdradig, en ſcheurt ligt, in den huisbouw durabel, als 't maar geen grond of vochtigheid raakt.

De beſte zoorte hier van wat verſchillende, heeft een ſchorſſe uit den graauwen, na den roſſen trekkende, dewelke de Amboinezen eigentlyk Uhar *en* Uhel *noemen; de boom heeft dunne, korte, en ſcherpgeſtreepte ryskens, daar aan ſtaan twee a vyf paren bladeren, ſtyf, en glad, als Nagel-bladeren, daar aan men pas de ribbetjes bekennen kan, langs de kanten een ſoom makende, drie en vier duymen lang, met een merkelyke ſpits. De dollen zyn in veele dunne ſteeltjes verdeelt, waar van ieder zig nog in drie kortere verdeelt, dragende twee a drie groene knoppen, haar openende in kleene witte en moſchagtige bloempjes. De vruchten ziet men een of twee aan den dol, uit den ronden langwerpig, in de grootte van boontjes, van coleur ſwart-peers, van binnen met een harde ſubſtantie.*

Het hout verſch gekapt is witachtig, maar werd ſtraks ligt-rood, veel harder, ſynder, en durabelder dan 't voorgaande, van gedaante het Nani-*hout wat gelyk, daarom men 't ook* Nani Mera, *dat is rood* Nani *noemt.*

Sayzoen. *Alle de zoorten van* Arbor rubra, *vertonen haar bloeizel in het midden van de regen-Mouſſon, dat is in Juny en July, en de rype vruchten ziet men in October en November, t'zamen met de Nagelen.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor rubra. *Maleyts* Caju Mera. *Amboinſch* Aycau *en* Aycou, *alle drie beduydenze roode boom, na de roſſe coleur van de ſchorſſe, die hem onder andere wout-boomen kennelyk maakt. Dit eerſte geſlagt* Arbor rubra prima *hiet eigentlyk in 't Amboinſch* Aycau Uhel, *en op Leytimor* Uhar, *Ternaats* Goſſali.

Plaats. *Hy waſt in alle hooge boſſchagien, en is een van de gemeenſte wout-boomen in alle de Amboinſche Eilanden.*

Gebruik. *Dit is een goed timmerhout, maar gantſch onzienelyk wegens zyne dootze coleur, en om dat 't zo ligt ſcheurt, egter werd 't van de Amboinezen overal gebruykt tot ſtylen en balken in haar berookte huyzen, daar 't lang duurt, maar geenzints (als gezegt) in de grond. De baſt van den Arbor Rubra, dat meeſt van de volgende derde zoorte is, is by de Amboinezen in gebruyk tot tanen van groote netten, dog alleenlyk by gebrek van* Okir *of* Tanarius Major, *in 't volgende boek beſchreven; want men neemt den baſt des booms of alleen, of met die van* Mangi Mangi *gemengt, kneuſt die wat, en kookt die in een groote ketel met water, een half korfken met* Sagumanta *daar by doende, 't welk de verwe beter aan de draat doet kleven, en giet 't zo over de netten in een praauw liggende, latende die een nagt daar in weken. Tot kleene en fyne netten, gelyk de werpnetten, zyn deze baſten te ſcherp, dies men daar toe neemt een andere ſchorſſe van 't boompje* Same *of* Tanarius minor, *hier na in 't 5de Boek beſchreven.*

De kleene Arbor Rubra anguſtifolia *is aldus. De ſtam werd niet boven een dye dik, en de takken zyn weinig met mos behangen. De bladeren ſtaan aan de ſtyve ryskens tegens malkander, ydel, en weinig in 't getal, ſmal en toegeſpitſt, vyf en zes duimen lang, een en een half breed, donker-groen, dun, met ſubtiele adertjes, die hun met bogen t'zamen ſluyten. 't Bloeizel is, als boven ſtaat, wit, en dat van de* Cujavos *gelyk, dog kleender. De vruchten zyn als kleene Jamboezen, hangende drie en vier by malkanderen aan ranke ſteelen, uyt den ronden wat gedrukt en bultig, eerſt appel-groen, dan rozen-rood, daar na ſwart, van buyten een week vleeſch hebbende, als de Jamboezen, een halm dik, zoetachtig van ſmaak, of veel meer laf, met een kleene adſtrictie. In de middelſte holligheid leggen een of twee donker-graauwe korls, gelyk in de Jamboezen, in de ſwarte meeſt een, en in de roode twee, in deze opgeſpletene korls ziet men dikwils een beginzel van een nieuw ſpruytje, al hangenze nog aan den boom. Deze vruchten hebben boven op een kroontje, en een kuyltje of een navel, gelyk andere Jamboezen. Men vind het nergens, dan in 't gebergte, en in 't digte wout.*

De zeven- en veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Roode Boom* die *Caju Mera Ubar* by de Inlanders genaamt wert.

De acht- en veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Roode Boom*, die *Caju Mera Aycou* van de Inlanders genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Arboris rubræ reliquæ ſpecies.

Reliquas arboris rubræ ſpecies uno comprehendi capite, dum rari ſunt uſus.

Arbor rubra ſecunda, Amboinice *Aycau Boppo*, corticem gerit quodammodo molliorem quam præcedentis, ex multis quoque tenuibus lamellis conſtructum, qui colorem gerit penitus ruffum: Hujus folia ſunt minora reliquis aliis *Aycai* ſpeciebus, obſcure viridia, ſicca, quinque pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata, in obtuſum apicem deſinentia, ac fere in ramis ſeſſilia, bina ſibi oppoſita, ſed rara & vaga, horum venæ in ſinus deſinunt uti in præcedenti, ſed inter oras majus habent interſtitium quam in cæteris *Aycai* ſpeciebus.

Flores primo oblonga ſunt ac viridia capitula, ſeſe aperientia in quatuor apices, ac quatuor alba exhibent petala, quorum centrum repletum eſt plurimis longis tenuibus & albis ſtaminibus uti in Guajavo, ſed quæ tenuiora ſunt, magis intricata, ac firmiora; Hoſce inſequuntur fructus parvi rotundi inſtar tenerorum Guajavorum, qui pericarpio concavo inſident, ac plerumque terni ſimul proveniunt, quisque vero ſuo inſiſtit calici petiolo longiori, uti in Caryophyllis.

Hujus ligni color magis obſcurus eſt quam præcedentis, ſiccatumque ex fusco pallide cinereum eſt, tenuiter ſtriatum, facile rimas agens, nec bene poliri poteſt: Ejus ſubſtantia eſt gravis & ſolida, neutiquam vero durabilis, nec magni ex ipſo poſtes formari poſſunt, quum raro adeo craſſeſcat arbor. Aſſeres ex hoc formati ligno facile incurvantur, ſi per Solis radios exſiccetur, ac facile rimas agit inelegantes.

Nomen. Latine *Arbor rubra ſecunda*: Amboinice *Aycau Boppo* h. e. ſilveſtris, quum in ſilveſtribus creſcat locis, vel quum ejus natura ſit ſilveſtris magis reliquis: *Boppo* autem peculiariter alia eſt arbor, adfinis tamen quoque *Caju Mera*.

Huc quoque pertinet *Arbor rubra ſaxatilis* ſeu *Aycau Hatulale*, quum ſemper in ſaxoſis ac ſæpe ex ipſis creſcat rupibus: Hæc tantum humilis eſt arbor, foliumque gerit anguſtius & acutius quam præcedens, fructus ſquallide albicantes inſtar minorum Jamboſarum, inedules: durumque ejus eſt lignum inſtar *Neſſati*.

Arbor rubra tertia, Amboinice *Aycay Bugulawan*, ex ſimilitudine fructuum cum Caryophyllis, quæ diſtinguenda vero eſt a *Bugulawan Aycau*, quæ ſilveſtris eſt Caryophyllorum arbor, ſupra libro ſecundo deſcripta: Non alta eſt hæc arbor, plerumque virum craſſa, corticem gerens obſcure cinereum ac fiſſum muſcoſumque, qui vero in ramis eſt magis æqualis ac ruffus. Rami ac rachides ſunt incurvæ, breves, ac nodoſæ: Folia ſunt breviora & rotundiora quam aliarum *Aycajarum*, illis *Mangii caſeolaris* quodammodo ſimilia, quatuor ac quinque pollices longa, binos cum dimidio & tres lata, ſubrotunda, paucis tenuibus pertexta venis, craſſiuſcula, ſcabra, bina ſibi oppoſita, ac rara.

Fructus Caryophyllis ſimillimi ſunt, ſed breviores & craſſiores, ſimilibuſque inſidentes corymbis, tres ac tres ſimul juncti & provenientes, altiſque inſident calicibus communi in petiolo: Si fructuum capitula ſeſe aperiant, acervum exhibent alborum ſtaminum, poſt quorum lapſum in ſingularum baccarum capitulo bini adparent circuli, in quorum centro firmus erigitur apex, quatuor vero iſtius capituli anguli ſeſe non tangunt nec clauduntur, uti in reliquis Caryophyllis, ſed aperti perſiſtunt. Bacca ipſa rubet, craſſeſcit, ac tandem in fuſcum abit colorem, uti in Anthophyllis.

Arboris lignum ex fuſco obſcure cinereum eſt, ſeu terreſtris coloris, coloris pallidi, longiſque conſtat fibris, ac facile finditur, & raro ad ædificia adhibetur: Trunci cortex eodem quoque modo ad retia majo-

XLII. HOOFDSTUK.

De overige zoorten van de Roode-Boom.

De reſterende zoorten van Arbor rubra *heb ik in een Capittel begrepen, dewylze van weinig gebruik zyn.*

De tweede Arbor rubra, *in 't Amboins* Aycau Boppo, *heeft een ſchorſſe die wel zo zagt is, als aan 't voorgaande, mede uyt veele dunne vellekens gemaakt, en regt ros van coleur. De bladeren zyn kleender dan aan alle andere* Aycaus, *ſwart-groen, droog, vyf duymen lang, twee en twee en een half breed, met een ſtompe ſpits, en bykans zonder ſteel, tegens de takken aan zittende, twee tegens malkanderen over, doch weinig aan de takken, de aderen lopen met bogen t'zamen, als in 't voorgaande, doch laten een grooter ſpatie tuſſchen de randen, dan aan de andere* Aycaus.

Het bloeyzel zyn eerſt langachtige groene knoppen, die zig openen in vier ſpitzen, en vertoonen vier witte bladjes, zynde het binnenſte uytgevuld met veele lange fyne en witte draatjes, als aan de Gujavos, *fynder, verwerder, en vaſter hangende, daar na volgen kleene ronde vruchten, als jonge* Gujavos, *in een hol bekertje ſtaande, gemeenlyk drie by malkanderen, doch yder op een byzonder voetje, en deze op een ander langere ſteel, gelyk Nagelen.*

Het hout hier van is donkerder van coleur, dan 't voorgaande, beſterft ook uyt den bruynen doots-graauw, fyn geſtreept, ligt ſcheurende, en laat zig niet glad werken. Het is wel ſwaar en digt van ſubſtantie, maar gantſch niet durabel, men kan 'er ook geen groote ſtylen van hebben, om dat het zelden zo dik werd, als een man. De planken daar van gemaakt, werden ligt krom, als haar de Sonne raakt, en ſcheuren ligt en lelyk.

Naam. *In 't Latyn* Arbor rubra ſecunda: *Op Amboins* Aycau Boppo, *dat is, 't wilde, om dat het op wilde plaatzen waſt, of om dat zyn natuur wilder ſchynt, dan de andere. Doch* Boppo *in 't byzonder is nog een ander boom, hoewel mede uyt de maagſchap van* Caju Mera.

Zo behoord ook hier onder Arbor rubra ſaxatilis *of* Aycau Hatulale, *om dat het altyd op ſteenachtige plaatzen, ja dikwils uyt enkelde ſteenen groeyd. Dit blyft maar een lage boom, heeft wat ſmalder en ſpitzer blad, dan 't voorgaande, vuyl-witte vruchten, als kleene Jamboezen, onbequaam te eeten; een hard hout als* Neſſat.

Het derde Arbor rubra *in 't Amboinſch genaamt,* Aycay Bugulawan, *na de gelykeniſſe, die zyne vruchten hebben met de nagelen, doch te onderſcheiden van* Bugulawan Aycay, *'t welk is de wilde Nagel-boom, boven Lib. 2. beſchreven. Het werd geen boogen boom, in 't gemeen een man dik, met een donkere graauwe geſcheurde en Mosachtige ſchorſſe, maar aan de takken isze evener en roſſer. De takken en ryskens zyn bochtig, kort, en geknoopt. De bladeren zyn korter en ronder, dan aan andere* Aycaus, *die van 't* Mangium Caſeolare *eenigzints gelyk, vier en vyf duymen lang, twee en een half en drie breed, vooren rond, met weinige ſubtiele adertjes, dikachtig, ſtyf, twee en twee tegens malkander, en weinig in 't getal.*

De vruchten zyn de Nagelen zeer gelyk, doch korter en dikker, aan diergelyke kroontjes ſtaande, te weten, drie en drie by malkander, met hooge voetjes op een gemeene ſteel. Als zig het hoofdeken of kabelette opent, zo vertonenze een vlok van witte draden, naar welkers afvallen ziet men op 't hoofd van ieder bezie twee circulen, in welkers midden een ſtyve ſpitze ſtaat, en de vier hoeken van 't hoofdeken ſluyten haar niet, gelyk andere Nagelen, maar blyven zo open ſtaan. De bezie zelfs werd rood, dik, en ten laatſten bruyn, gelyk een Moer-nagel.

Het hout is mede uyt den bruynen, donker-graauw of aardverwig, doots van coleur, langdradig, en ligt ſcheurende, en werd tot den huysbouw weinig gebruykt. De ſchorſſe des ſtams, werd op dezelfſte manier tot taanen

majora uſurpatur, uti in præcedenti fuit dictum capite.

Arbor rubra quarta ſive *latifolia*, Malaice *Caju Mera daun Beſaar*, Amboinice *Aycau Lau Ila*, quia inter omnes *Aycai* ſpecies maxima gerit folia, humilisque eſt arbor, truncum gerens incurvum, nunc bifidum nunc trifidum, inſtar fruticis, cum Jamboſa ſilveſtri libro primo deſcripta tantam gerit ſimilitudinem, ut vix inter ſeſe diſtingui ac dignoſci poſſint, ambæ enim ſunt arbores humiles & incurvæ, ampla magnaque gerentes folia, illis Jambi ſimillima, cortex vere hujus Aycau ex more ſuo ſemper magis ruffeſcit quam ſilveſtris Jamboſæ, ejusque folia ſunt rotundiora & latiora, craſſiores gerentia coſtas ac venas, majores formantes ſinus quam in Jamboſa, ac contrita ingratum præbent acidulum ſaporem atque odorem.

Flores quoque albent uti præcedentium, vagis ex corymbis provenientes. Fructus ſimiles ſunt Anthophyllis Caryophylli ſilveſtris, ſed rotundiores ſunt, formamque gerunt brevium Olivarum, quatuor gerentes ſquamas ſuperne concurrentes, & umbilicum formantes, uti in Jamboſis. Sub externa carne acidula inſtar inmaturarum Jamboſarum ſiccus reconditur nucleus, externe albus, interne purpureus.

Lignum magis albeſcit quam reliquarum priorum ſpecierum, ipſi Jamboſæ ſimile, nulli uſui aptum.

Locus. In cunctis creſcit locis planis inter reliquos humiles frutices, ſed potiſſimum circa litora.

Uſus. Nullum peculiarem præbet uſum, excepto quod ejus cortex aliquando adhibeatur ad *Oebat Papeda* ſeu pultem ex ipſo præparandam, uti ſupra de pluribus aliis fuit dictum arborum corticibus.

nen van groote netten gebruykt, gelyk in 't voorgaande Capittel gezegt is.

Het vierde Arbor rubra *ofte de breedbladige, in 't Maleyts* Caju Mera daun Beſaar; *Amboins* Aycau Lau Ila, *dewyl 't onder alle* Aycaus *de grootſte bladeren heeft, blyft een lagen boom, met een bochtige ſtam, zomtyds in tween of drien verdeelt, gelyk een ſtruyk, met de* Jamboſa ſilveſtris Lib. I. *beſchreven, zulke gelykeniſſe hebbende, dat menze qualyk onderſcheiden kan, want beyde zyn lage en kromme boomen, met groote breede bladeren, die van* Jamboe *zeer gelyk, doch de ſchorſſe van dit* Aycau *is naar zyn gewoonte altyd roſſer, dan de wilde* Jamboe, *en de bladeren zyn wat ronder en breeder, met grovere aderen, die merkelyker boogen maken dan de* Jamboe, *gewreven zynde onlieffelyk zuur van reuk en ſmaak.*

Het bloeyzel is mede wit, als aan de voorige, aan ydele kroontjes ſtaande. De vruchten zyn de Anthophillis *van de wilde Nagelen gelyk, doch ronder, in gedaante als korte Olyven, met vier ſchubben, die vooren t'zamen ſtooten, en een navel maken, gelyk aan de* Jamboes. *Onder 't buytenſte vleeſch, 't welk zuur is, als onrype* Jamboeſen, *leyd een drooge korl, van buyten wit, binnen peers.*

Het Hout is witter dan aan alle de voorgaande, dat van de Jamboes-*boom gelyk; tot niets gebruykelyk.*

Plaats. *Het waſt op allerhande vlakten, onder de lage ruygten, doch meeſt omtrent het ſtrandt.*

Gebruik. *Het heeft geen zonderlyk gebruyk, behalven dat zyn ſchorſſe zomtyds genomen werd, tot* Oebat Papeda *daar van te maken, gelyk boven van meer andere gezegt is.*

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Arbor Facum major. Cajus Lobe.

A*Rbor Facum* duplex eſt, major & minor.

Primo: *Arbor Facum major* mediocris eſt arbor, ad ſummum crus, plerumque vero pedem craſſa, rectiſſime adſurgens, corticem gerens glabrum ex cinereo fuſcum: Ejus rami ramulique ſunt quoque recti, tenues, firmi, æquales, rotundi, glabri, & obſcure fuſci, adeoque duri & lenti, ut minimus etiam ramus pollicem modo craſſus adultum ſatis juvenem ſuſtinere valeat: Foliorum vero rachides facillime abrumpuntur, atque hæ in ramulis in plures alias minores dividuntur, ita ut hæc arbor denſam conſtituat comam. Hiſce brevibus rachidibus vix culmum craſſis, folia inſident ſolitaria, inordinata, fere ſeſſilia. Quæ ſunt ſcabra, craſſiuſcula inſtar pergameni, ſuperius glabra, æqualia, & læte viridia, inferius paucis obliquis, incurvis, & protuberantibus coſtis pertexta, ſingula ſeptem vel novem pollices longa: Amboinenſis vero ſpeciei tres, quatuor, & quinque pollices longa ſunt, binos lata digitos, nervus autem medius ſuperne parum protuberat, nullum notabilem habent ſaporem, fere ſilveſtrem, attamen penetrantem. In Boeronenſi ſex pollices longa ſunt, tres digitos tranſverſales lata, ſuperne penitus glabra & æqualia, ſaporis reſinoſi, ad Canarium adcedentis: Ex arboris forma & fuſco ramulorum colore videretur adfinis eſſe præcedenti arbori rubræ, ſeu utrisque *Caryophyllaſtris*, foliorum vero ſitus, ipſorumque coſtæ & ſapor alia declarant.

Flores ſunt puſilli, albi, tres, quatuorve ſimul uno ex corymbo progerminantes, hoſce ſolitarii plerumque inſequuntur fructus, aliquando vero quinque vel ſex ſimul magnitudine ovi, ſeu fructus *Bonga Tanjong.* Qui externe obducti ſunt obſcure viridi & molli putamine inſtar Canariorum, multo vero tenuiori, maturi vero fructus viridem habent inſtar pomorum colorem, ſub iſto vero putamine nux reconditur Canarium referens, quæ putamen gerit durum, quod ictu aperiendum eſt, exhibetque nucleum nigricantem inedulem.

Arboris lignum albicat, tenuibus conſtat fibris, eſtque durum & ſolidum, adeoque lentum & flexile, ut arbor hæc alta & gracilis non frangatur, licet fortioribus

XLIII. HOOFDSTUK.

De groote Toorze-Boom.

ARbor Facum *is tweederley, groot en kleen.*

Eerſtelyk; Arbor Facum major, *is een middelbare boom, op 't hoogſte een dye, maar gemeen een been dik, zeer regt opſchietende, met een evene ſchorſſe, uyt den graauwen bruyn. Zyne takken en ryskens zyn ook regt, dun, ſtyf, even, rond, glad, en donker-bruyn, zo hard en ſtyf van hout, dat de minſte tak van een duym dik, een kloeken jongen dragen kan, doch de ryskens breeken kort af, dezelve ſtaan wel aan de takskens, al wederom in veele andere mindere verdeelt, zo dat hy een dikke kruyn maakt. Aan deze korte ryskens, dewelke qualyk een ſtroo-halm dik zyn, ſtaan de bladeren enkelt, en zonder order, op zeer korte voetjes. Deze zyn ſtyf, dikachtig, als perkement, boven glad, even, en blyde-groen, van onderen met weynige ſchuynze gebogene en uytbuylende ribben, aan ieder zeven en negen: Aan een Amboinſch geſlacht zynze drie, vier, en vyf duymen lang, twee vingers breed, en de middelzenuwe buylt boven een weinig uyt, zonder merkelyke ſmaak, of wat wild, niet te min doordringende. In de Boeroneeze zynze zes duymen lang, drie dwersvingers breed, boven gantſch even en glad, van ſmaak wat herſachtig, na Canari trekkende. Het fatſoen des booms, en de bruyne coleur der ryskens inziende, zoude men zeggen, dat hy uyt de maagſchap van de voorgaande* Arbor rubra, *of van de beyde* Caryophyllaſters *ware, doch den ſtand der bladeren, haare ribben, en ſmaak, wyzent anders uyt.*

Het bloeyzel beſtaat uyt kleene witte bloempjes, drie en vier aan een kroontje voortkomende. Hier op volgen meeſt enkele vruchten, zomtyds ook vyf en zes by malkander, in de grootte van een vogel-ey, of als de vrucht van Bonga tanjong. *Buyten hebbenze een donker-groene en weeke holſter, gelyk Canary noten, doch veel dunder, dewelke in haare rypheyd appel-groen werden, daar onder leyd een nootje, gelyk een Canary, met een harde ſchaal, dewelke men opkloppen moet, zo vind men daar in een zwarte beeſt, die niet eetbaar is.*

Het hout is witachtig, digt, hard, en fyndradig, zo taay en buygzaam, dat deze hooge en ranke boomen niet breeken, al werdenze door een harde wind heen en weer ge-

ribus ventis commoveatur, immo licet per fortiorem vim truncus findatur, attamen non separatur, nec facile etiam eradicatur, quia profunde ejus radices terram petunt, ac firmiter ipsi infiguntur.

Lignum hoc subtili quoque pinguedine sine dubio inprægnatum est, quum semi-siccum ignem cito concipiat, tarde ardeat, & solidos exhibeat carbones; siccum vero in longa fissum segmenta instar facis ardet & splendet.

Nomen. Latine *Arbor Facum major*, juxta Malaiense *Caju Lobe.* Amboinice *Ayessi* & *Aylauessi*, quæ omnia nomina facum arborem denotant. Ternatice *Hate Sasoæ*, h. e. Malaice *Caju Sissit*, h. e. pectinum lignum. In Boerone *Habeam* & *Reymban* vocatur.

Locus. In nudis crescit montibus ut, & in vallibus, in levibus silvis. In Amboina quoque obcurrit & Leytimora, majori vero copia in Boerone non procul a litore, quæ species, uti dictum est, majora gerit folia Amboinensi, unde & arbusculas accepi, quas horto conmisi, quæ læte progerminarunt.

Usus. Trunci vix pedem crassi durabiles exhibent palos ac trabes ædium tectis: Truncorum lignum optime quoque focis inservit, ac potissimum in longas finditur partes, quarum tres quatuorve conligantur, superius adcuminatæ, quod Virgilio dicitur *Inspicare faces:* Hæ ad apices adcenduntur, adeoque claram præbent flammam ac faces, quas illi manibus tenent, qui per noctem defluente mari in litore cibum suum quærunt ex piscibus, cancris, ac conchis: Hoc opus Amboinice & Malaice vocatur *Lobe*, quod significat, facibus lucem præbere, quæ alioquin recte Malaico vocabulo *Sulo* vocatur, a quo itaque opere hæc arbor suum obtinuit nomen.

Quum ejus lignum sit tenue, longitudinalibus constet fibris, ac durum sit, pectines ex hoc formari possunt, uti apud nos ex Buxo fit, unde & nomen Ternatense suam habet originem.

Rumphii Adpendix hisce auctus est.

Amboinensem *Caju Lobe* ulterius sic describo; in Leytimota *Lape Lape* vocatur: Ejus truncus paulo major est illo Calappi, corticem gerens tenuem, glabrum, & firmum, qui decorticari facile potest. Folia vix differunt ab illis Boeronensis arboris, excepto quod hujus sint paulo longiora, brevibus insidentia petiolis, ad oras non ita sinuosa, ac de Canarii sapore participantia.

In ramulorum summo, & ex alis superiorum foliorum corymbi excrescunt nodosi, ex innumeris parvis capitulis constructi, quæ obscure pallentes seu fumeos exhibent flosculos, ex duodecim acutis petalis constructos, cum totidem staminibus, in quorum centro pistillum locatur: Ex iisdem corymbis fructus excrescunt, prope folia solitarii, prope corymborum divisionem bini ternive simul, digiti articulum longi, & acuminati instar fructus Capsici junioris, quorum apex incurvus est, externe vero nigricant, mollesque & lanuginosi sunt, si tangantur. Sub gluma exteriore tenui putamen reconditur aliud tenue & lignosum instar illius nucis avellanæ, atque in hoc nucleus albicans. Floret Februario.

Arboris lignum est subtile & longis constat fibris, citrinum instar pallidi Machili, atque gravissimum est, unde Amboinenses illud raro ad ædificia adhibent, carbonarii vero hoc aliis admiscent lignis, ex quibus carbones exurunt: Recens lignum igni admotum facillime flammam concipit, claramque illam fovet, unde & facibus quam optime inservit.

Quidam Amboinensium illud vocant *Aypaloulan*, h. e. ardens lignum, quod nomen commune gerit cum *flamma silvarum*, quæ frutex est libro sexto descriptus, binæ enim hæ arbores sibi adfines esse videntur. Trunci cortex aquæ infusus, maceratus, & propinatus prodest Hydropicis, quique cortex externe etiam ædematosis inlinitur partibus.

Altera *Caju Lape Lape* a superiore *Caju Lobe* diversa rectum gerit truncum, qui ramulos emittit rectos firmosque, ex quibus folia peculiari excrescunt modo, bina nempe simul brevi insident petiolo, ex ipsorum vero centro petiolus iste aliquando elongatur, ejusque summo insident bina alia folia longiora & majora

geslingert, ja al moet een stam door eenig geweld bersten, zo blyft hy evenwel aan malkander hangen, en laat zig ook niet uitwortelen, dewyl hy diep en vast in de aarde staat.

Het hout moet ook met een subtiele vettigheid beswangert zyn, want het half drooge ontfangt 't vuur, brand langsaam, en zet vaste koolen; maar het drooge in lange stukken gesneden, brand zo helder als een toortze.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Facum major, *naar 't Maleytsche* Caju Lobe, *en 't Amboinsche* Ayessi *en* Aylauessi, *alle vier toortzen-hout beduydende. Ternaats* Hate Sasoæ, *dat is in 't Maleyts* Caju Sissit, *dat is Kammen-hout. Op Boero* Habeam *en* Rymban.

Plaats. *Men vind 't op kaale bergen, en ook op de vlakte, daar een ligt bosch is. Men heeft het in Amboina, op Leytimor, dog in meerder quantiteyt op Boero, niet verre van strand, 't welk, als gezegt, wat grooter bladeren heeft dan het Amboinsche, waar van ik kleene boompjes heb laten halen, en in myn Tuyn geplant, dewelke gelukkig opquamen.*

Gebruik. *Het geen dat niet dikker dan een been is, geeft durabele sparren en balken, tot 't dakwerk in de huyzen. Het hout van de stammen is een van de beste brand-houten, dog 't werd meest tot lange stukken gekloven, waar van men drie of vier t' zamenbind, en vooren wat spits maakt, het welk* Virgilius *noemt* Inspicare faces. *Deze dan by 't spitze eynd aanstekende, branden zo helder als een toortze, dewelke die geene in hun handen dragen, die 's nagts by afloopent water op strant haare kost moeten zoeken, in kleene visjes, krabbetjes en schulpen. Dit werk noemt men in 't Amboinsch en Maleyts* Lobe, *'t welk beduyd ligten met een toortze, en de toortze zelfs, die men anders in goed Maleyts* Sulo *noemt, van welk werk dan deze boom zyn naam heeft.*

Dewyl 't een fyn, regtdradig, en hard hout is, zo kan men kammen daar van maaken, gelyk wy met Buxboom doen, waar van den Ternataanzen naam komt.

Het Byvoegzel *van* Rumphius *is hier mede vermeerdert.*

Van het Amboinsche Caju Lobe, *geef ik deze nadere beschryving. Het hiet op Leytimor* Lape Lape. *Den stam werd ruym zo groot als een Calappus-boom, met een dunne, effene, styve schorsse, die zig laat afschillen. De bladeren verschillen niet van 't Boeroneze, behalven dat deze laatste wat langer zyn, op korter voetjes rustende, aan de kanten zo niet gekrult, en iets van de Canarysmaak mededelende.*

Aan 't uitterste der ryskens, en uit den schoot van de voorste bladeren, komen bolachtige kroontjes voort, gemaakt van ontelbaare kleene knopjes, dewelke vertoonen kleene rookverwige bloempjes van 12. spitze blaadjes gemaakt, met zo veel draatjes, en een middel-styletje daar in; aan dezelve kroontjes komen de vruchten voort, by de bladeren enkelt, en by de kroontjes 2. en 3. by malkander, een lid van een vinger lang, en toegespitst als een jong ritsje, met de spits wat krom staande, van buiten groen, en wat zagt of wolachtig in 't gevoelen. Onder de buytenste dunne huyd, leyd een andere dunne dog houtachtige schaal, gelyk als aan de Haze-noot, en daar binnen een witachtigen keest. Het bloeyd in February.

Het hout is fyn en langdradig, ligt-geel, als bleeke Makilan, en een van de swaarste, daarom het de Amboinezen zelden tot den huisbouw gebruyken; maar de Koolbranders mengen 't onder ander hout, om koolen van te branden. Het versche hout een weinig in 't vuur gehouden, brand ligt en klaar, daarom het bequaam tot toorzen is.

Zommige Amboinezen noemen 't Aypaloulan, *dat is brandent hout, een naam gemeen met* flamma silvarum, *welk anders een struyk is in 't 6. Boek beschreven, want het schynt dat deze twee boomen van eenderly maagschap zyn. De schorsse des stams in water gedaan, gezooden, en gedronken, helpt den genen, die waterzuchtig zyn, en smeeren dezelve schorsse van buyten op de zuchtige leden.*

Een ander Caju Lape Lape, *verschillende van 't bovenstaande* Caju Lobe, *heeft mede een regte stam, en daar aan regte styve ryskens, aan dezelve de bladeren op een byzondere manier, te weeten twee en twee by malkander op een kort steeltje, dog uit haare midden wert zomtyds het steeltje langer, en aan zyn uitterste twee blade-*

A
B

majora binis inferioribus, quinque nempe & ſex pollices longa, vix binos lata vulgaris formæ, inſtar illorum edulis Varingæ, quæ ſinuoſas gerunt coſtas, ex ipſorum ortu ſolitarius provenit racemus, qui plures continet fructus inſtar illorum *Tsjeramelæ*, eleganter vero hi rubent, quum alii virides ſint, ac dividuntur in tres angulos, inter quos ſulcus decurrit, ſuperius vero lati ſunt & umbilicati.

Maturi fructus ſeſe aperiunt juxta iſtos angulos in tres partes, quarum quævis pars binas dimidias continet cameras, in quibus tres oblongi & nigerrimi reconduntur nuclei, hilum luteum gerentes, Ricini fructus referentes, horum quivis in bina diviſibilis eſt ſegmenta, & intus viridi repleti ſunt medulla, ſiccaque inſtar fabarum.

Nomen quoque gerit *Cicadariæ* ſeu *Caju Lapy*, quum cicadas generet: Ejus fructus cum cortice contuſi, & concavis rupibus intruſi piſces enecant.

bladeren, langer en grooter dan de twee agterſte, te weten 5. en 6. duimen lang, ſchaars twee breed, van gemeen fatzoen gelyk die van de eetbare Varinga, met bogtige ribbens. Uit haaren oorſpronk hangt een enkelde tros, en daar aan veele vruchten, gelyk die van Tsjeramela, *dog deze zyn ſchoon rood, daar de andere groen zyn, verdeelt in 3. ruggen, dog tuſſchen beyde is een keep, boven zynze breedſt, en maken een kuyltje.*

De rype openen haar langs de ruggens in 3. deelen, hebbende ieder deel twee halve kamertjes, en verbergen 3. langwerpige pik-ſwarte korrels, met een geel vratje, verbeeldende de vruchten van Ricinus, waar van ieder zig in tween laat deelen, van binnen met een groenachtig merg, droog als dat van boonen.

Hy heeft mede den naam van Cicadaria *of* Caju Lapy, *om dat hy Sprinkhanen voortbrengt; zyne vruchten t'zamen geſtampt met de ſchorſſe, en onder de holle klippen geſtoken, doet de viſſchen dood voor den dag komen.*

Tabula Quadrageſima Nona

Ramum exhibet arboris, quæ *Arbor facum major* RUMPHIO & *Caju Lobe* incolis vocatur.

De negen-en-veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke de *groote Toorze-Boom* van *Rumphius*, en *Caju Lobe* van de Inlanders genaamt wert.

Tabula Quinquageſima

Ramum exhibet arboris, quæ *Caju Lape Lape* dicitur.

Ubi Litt. A. integrum exhibet fructum trigonum.

B. *Eundem apertum*, ut ejus *Cameræ* ſeu *cellulæ* conſpiciantur.

De vyftigſte Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke *Caju Lape Lape* genaamt wert.

Alwaar Lett. A. deszelfs *drieboekige vrucht* in 't *geheel* verbeeld.

B. Dezelve *geopent*, op dat deszelfs *bolligheden* gezien kunnen werden.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Arbor Facum minor.

HÆc arbor videtur adfinis eſſe *Caryophyllaſtro*, humilis enim eſt arbuſcula, truncum gerens rectum, cujus coma in plures breves ac folioſos dividitur ramulos. Ejus folia ſunt parva, quorum quædam digiti articulum, alia binos pollices longa ſunt, tranſverſalem digitum lata, in longum acutumque apicem deſinentia, ac vix notabilibus venulis pertexta, quæ ad oras in ſinus concurrunt, ſuntque læte viridia, glabra, & ſplendentia, inordinato modo ramulis inſidentia.

Lignum tenuibus conſtat fibris, duris, & gravibus, quod Toranis aptum cenſetur:

Nomen Malaicenſe eſt *Caju Lobe Daun Kitsjil*, quum ejus lignum potiſſimum ad faces adhibeatur, ut præcedentis. In Amboina ignota eſt hæc arbor, ſed creſcit in Boerone.

XLIV. HOOFDSTUK.

Kleyne Toorze-Boom.

ARbor Facum minor *ſchynt uyt de maagſchap van* Caryophillaſter *te zyn, want het blyft een kleyn boompje, niet te min met een regte ſtam, wiens kruyn zig in veele korte en wel geblade ryskens verdeelt. De bladeren zyn kleen, zommige een lid van een vinger, zommige twee duymen lang, en een dwers-vinger breed, met een lange ſmalle ſpitze, en pas kennelyke adertjes, dewelke aan de kanten met bogtjes t'zamenloopen, jeugdig groen, glad, en blinkende, zonder order aan de ryskens ſtaande.*

Het hout is fyndradig, hard, en ſwaar, tot Toranen bequaam.

De Maleytſche naam is Caju Lobe Daun Kitsjil, *om dat zyn hout mede tot toortzen gebruikt werd, gelyk 't voorige. In Amboina is 't onbekent, maar 't valt op Boero.*

Tabula Quinquageſima Prima

Ramum exhibet *Arboris facum minoris*, quæ *Caju Lobe Daun Kitsjil* Malaice vocatur.

De een-en-vyftigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *kleyne Toortze-Boom*, welke *Caju Lobe Daun Kitsjil* op Maleyts genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Perticaria Ferrea. Lolay.

PErticaria Ferrea non vaſta eſt arbor, ac non ultra crus craſſa, nempe inſtar Pinangæ, plerumque vero pedis tantum craſſitiem habet, dividiturque in latifoliam & anguſtifoliam.

Primo: *Perticaria ferrea parvifolia* ſeu vera *Lolay*, ſimplicem ac rectum gerit truncum, pedem plerumque craſſum, vix Pinangæ craſſitiem habentem, qui cortice obducitur tenui, glabro, ex cinereo viridi, & muſcoſo, in ramis fiſſo ac rugoſo, quique facile decorticari poteſt.

Truncus ab inferiore parte tenuibus cinctus eſt ramulis ſeu flagellis inſtar Caryophylli, truncus vero ipſe rectus eſt, quatuor & quinque ulnas altus, qui ſuperius ordinatam format comam, læte viridem, & in firmos expanſus eſt ramulos.

Folia bina ſibi oppoſita locantur brevibus inſidentia petiolis, ſed rara & vaga, quæ ex aliis ſuis alios emittunt tenues ramulos, qui bina ternave ſuſtinent foliorum paria, optime referunt folia vetuſtæ Ebeni, ſuntque craſſa, ſcabra, glabra, & ſplendentia, binos tresve pollices longa, binos transverſales digitos lata, in longum firmumque apicem deſinentia, qui in vetuſtis foliis deorſum inflectitur, ut & ipſorum oræ, uti Ebeni folia, multaque vix digiti articulum longa ſunt: Nervus medius in ſuperiore folii parte ſulcatus eſt, inferius vero acute protuberat, multasque tenues parallelas emittit venas ad foliorum oras inferius vix notabiles, nec veros formant ſinus: Saporem habent fatue dulcem ad Caryophylli folia quodammodo adcedentem.

Flores ex brevibus dependent racemis, qui floſculi ſunt albentes. Fructus parvos referunt Lanſii fructus, bini tresve ſimul dependentes ex laxis racemis, inferius lati, ſuperius acuminati inſtar ovorum, primum ex cœruleo virides, dein rubri, in ſicca farinacea medulla durum recondentes oſſiculum, inſtar minoris Nanarii, eſui ineptum.

Ejus lignum eſt ſolidum, firmum, albicans, ſed ſiccum citrini coloris, recens vero durum ac grave eſt inſtar Ebeni, ac transverſaliter cæſum quosdam exhibet circulos, qui annos denotant: Lympida aqua adeo inprægnatum ac refertum eſt, ut copioſe exfluat, ſi incidatur. Hinc Amboinenſes recens cæſos palos nolunt ob pondus domum deferre, ſed aliis adponunt arboribus in ſilvis, corticem deglutientes, quos ita exſiccant.

Nomen. Latine *Perticaria ferrea parvifolia.* Amboinice in Leytimora *Lolay*, & ad diſtinctionem ſubſequentis *Laun Maun*, h. e. parvifolia.

Locus. In Leytimora creſcit in minoribus ſilvis, circa *Caju Poeti* arbores, inter alias arbores in ſilva dicta Hagana circa Caſtellum Victoriam ſita.

Uſus. Trunci non ultra pedem craſſi, decorticati, &, uti ſupra dictum eſt, ſiccati, ad palos adhibentur, craſſiores vero ad ædium poſtes, quibus, quum durabile ſit lignum, optime inſervit, non frequenter vero obcurrunt, atque Amboinenſibus nimis laborioſum eſt ex ſilvis illud petere.

Secundo. *Perticaria Ferrea latifolia*, erronee meo judicio ab Amboinenſibus tanquam diverſa habetur arbor, ac peculiari nomine *Aytaël Lay Ila*, h. e. latifolia Metroſideros, ab aliis vero magis erronee *Saley Lau Ila* vocatur, quum nullam habeat adfinitatem cum vera *Saley*, infra libro ſexto deſcripta. Ejus truncus ejusdem eſt altitudinis & craſſitiei cum præcedenti, ſed non ita rectus, at incurvus, ſinuoſus, & fruteſcens, corticem gerens glabrum, nec adeo muſcoſum. Ejus folia ſunt craſſa & ſcabra, tres quatuorve pollices longa, binos lata, tenuibus pertexta venulis, infra vix notabilibus, quæque in obtuſum deſinunt apicem: Bina ſibi oppoſita ſunt, brevibus inſidentia petiolis, ac rara brevibus in ramulis. Fructus me latent. Lignum eſt admodum durum, ſolidum, & grave: Arbuſculæ vix pedem craſſæ tignis inſerviunt, craſſiores vero poſtibus.

In

XLV. HOOFDSTUK.

Lolay-Boom.

PErticaria Ferrea *werd geen groote boom, en niet boven een dye dik, te weten als een Pinang-boom, dog in 't gemeen blyft by maar een been dik; verdeelt in kleenbladige en groodbladige.*

Eerſtelyk: Perticaria Ferrea kleenbladige, *of 't eygentlyke* Lolay, *ſchiet met een enkelde en regte ſtam op, in 't gemeen een been dik, zelden als een Pinang-boom, bekleed met een dunne, effene, uit den groene-graauwe, en mosachtige ſchorſſe, aan de takken fyn geſcheurt, of rimpelig, en die haar ligt laat afſchillen.*

De ſtam is van onderen op bezet met dunne takskens of ryskens, gelyk den Nagel-boom, dog den ſtam zelfs is regt, vier en vyf vademen hoog, makende boven een welgetakte kruyn, vol ſtyve ryskens, en een blyde loof.

De bladeren ſtaan twee en twee tegen malkander, op korte voetjes, dog weinig in 't getal, en uit haar ſchoot andere dunne ryskens voortbrengende, daar aan ook maar twee a drie paren ſtaan; zy gelyken zeer na de bladeren van de oude Ebbenbout-boom, te weten, dik, ſtyf, glad, en blinkende, twee en drie duymen lang, twee dwersvingers breed, met een lange ſtyve ſpitze, het welk aan de oude bladeren nederwaarts gekromt ſtaat, als ook de kanten, gelyk aan de Ebbenbouts-bladeren, en veele zyn niet boven een lid van een vinger lang. De middel-zenuwe maakt aan de boven-zyde een grove, beneden puyltze ſcherp uyt, en zent veele fyne parallele adertjes na de kanten, die men beneden pas kennen kan, en geen regte bogen ſluyten; van ſmaak laf-zoet, en wat na de Nagel-bladeren trekkende.

Het bloeizel hangt aan korte troſſen, zullende kleene witte bloempjes zyn. De vruchten zyn als kleene Lanzen, twee en drie by malkandor hangende, aan ydele troſſen, agter breetſt, en vooren wat toegeſpitſt, gelyk Vogeleyers, eerſt blaauw-groen, daar na rood, verbergende in een droog meelachtig merg een harden ſteen, gelyk een kleenen Nanary, tot 't eeten onbequaam.

Het hout is digt, maſſief, dog beſterft bleek-geel, het verſche zo hart en ſwaar als Ebbenhout, dwers doorgekapt, vertoont eenige circulen of jaren; het is met een klaar water zo overvloedig beſwangert, dat 't rykelyk daar uit loopt, als men 't doorkapt. Hierom willen de Amboinezen de verſch gekapte ſparren, wegens haare ſwaarte niet na huys dragen, maar ſtellenze overeynd in 't boſch, tegen een ander boom, ſchillen de baſt af en latenze zo uytdroogen.

Naam. *In 't Latyn* Perticaria Ferrea parvifolia: *Amboinſch op Leytimor* Lolay, *en tot onderſcheyd van 't volgende* Laun Maun, *dat is kleenbladige.*

Plaats. *Het groeyd op Leytimor in digte boſſchen, omtrent de Caju Puti boomen, onder anderen in 't zo genaamde Haagſche-boſch, gelegen ooſt-noord-ooſt van 't Kaſteel Victoria.*

Gebruik. *Deze ſtammen die niet boven een been dik zyn, geſchilt en gedroogt als boven ſtaat, werden tot ſparren gebruykt, de dikkere tot ſtylen aan huyzen, daar ze zeer durabel zyn, dog zy zyn in geen meenigte te vinden, en de Amboinees ontziet de moeyte, om ze uit 't boſch te dragen.*

Tweede: Perticaria Ferrea groodbladige, *werd myns oordeels, abuſivelyk by de Amboinezen voor een verſcheide boom gehouden, en ook met een byzondere naam genoemt* Aytaël Lay Ila, *dat is groodbladigen Yzer-boom, by andere nog qualyker* Saley Lau Ila, *als hebbende geen gemeenſchap met 't regte* Saley, *hier na in 't 6. Boek beſchreven. Zyn ſtam is van de voorgaande hoogte en dikte, dog zo regt niet, maar krom, bogtig, en ſtruykachtig, even van ſchorſſe, en niet zo mosachtig. De bladeren zyn dik en ſtyf, drie en vier duymen lang, twee breed, met fyne parallele adertjes, die men beneden pas kennen kan, en een ſtompe ſpits. Zy ſtaan twee tegens malkander op korte voetjes, en weinig in 't getal, aan korte ryskens. De vruchten zyn my onbekent. Het hout is zeer hard, digt, en ſwaar. De jonge boompjes nog geen been dik, werden tot ſparren gebruykt, de dikkere tot ſtylen.*

Het

Tab. LII.



In Leytimora quoque crescit in levioribus silvis, maximeque convenit cum *Nani Macassarensi*, in Auctuario meo descripta, hæc vero latiora & rotundiora gerit folia, ipsorumque petioli paulo longiores sunt.

Tabula Quinquagesima Secunda.

Ramum exhibet *Perticariæ Ferreæ Lolay* dictæ.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Jambosa Litorea. Ruttu Pya.

Arbor est crassa, litorea, Jambosis adfinis, sed silvestris penitus naturæ, unde & ab aliis ejus speciebus libro primo descriptis separata; Truncum gerit crassum, humilem, sinuosum, ac plerumque inclinantem, æquali & albicante cortice obductum, comamque ampliorem reliquis Jambosæ speciebus. Ejus folia sunt magna, glabra, scabra, pauco numero sibi opposita & oblique cruciata, non autem ultra tria foliorum paria ramulo insident. Vetusta superius sunt rotunda, sex octove pollices longa, quatuor & quinque lata, fere sessilia in ramis, glabra, non expansa, sed contracta, ac sinuosis oris quasi abrupta: Venæ inferius protuberant, inque sinus excurrunt uti in *Aycao*, summumque folii par semper longissimum est & acutissimum, infimum rotundius & brevius. Contritorum foliorum odor est acidulus, gravis, & ingratus, ut & recentis ligni.

Flores in corymbis excrescunt, uti in Caryophyllis, sed vagi, tres nempe simul communi ex petiolo, ac quindecim toto ex corymbo, & ad illos Cuajavi magis adcedunt quam Jambosæ: Quisque vero crasso viridique insidet calici, ex quatuor apicibus formato, ipseque flos ex quatuor tantum albis & concavis constat petalis, quorum medium repletum est densis, tenuibus, & albis staminibus, intricatim dependentibus, odoris aciduli, matutino tempore haud ingrati: Post horum staminum lapsum viridis calix intumescit, formamque obtinet minoris oblongæ Jambosæ, qui semper albet, externe dura constat carne, ineduli, excepto quod quidam hanc ad temporis lusum manducent, quum sub dentibus strideat, cæteroquin saporem habet salsum & acidulum.

Lignum pallide cinereum gerit colorem, glacialem fere, siccumque magis album est, solidum, satis durum, grave, multisque tenuibus distinctum pectinibus intricatis, atque hinc inde strias formantibus, ad navigia durabile est, non facile enim poliendum est. Stipites excisi facillime progerminant, novosque emittunt ramos, qui in arbores excrescunt.

Nomen. Latine *Jambosa Litorea*, Malaice *Jambu Pantey* seu *Jambu Laut*, & Amboinice *Ruttu Pya* & *Luttu Pya*, Sojensibus *Kepu*, in Luhua *Sabika*, Baleya *Calampoack*.

Locus. In cunctis Amboinæ insulis obcurrit, potissimum vero in parva & magna Cerama circa litora, a quibus ad lapidis jactum distat. In insulis ad Eurum sitis aliisque itidem nota est hæc arbor.

Usus. Post *Cofassum* hoc lignum usitatissimum est & optimum ad navium exstructionem apud Amboinenses, ex quo tam asseres quam costas formant navigiorum suorum, *Corre Corren* dictorum, ad asseres vero rectas eligunt arbores a litore parum remotas, quæ enim ipsi vicinæ sunt, incurvæ crescunt: Lignum facile elaborari potest serra & dolabra ob pectinum brevitatem: Ob tenacem ejus substantiam non facile finditur vel rimas agit, quod quam maxime prodest navigiis: Operi scriniario itidem conducit, si rite sit siccum, dolabra enim poliri potest, intricatæque venæ elegantiam ostentant, licet non facile poliantur, acidusque odor diu superest.

Huc quoque pertinet *Jambosa silvestris alba* seu proprie *Jambosa silvestris*, quæ non in litore, sed valli- bus

Het groeyt mede op Leytimor in 't ligte bosch, en heeft groote gelykenisse met 't Nani Macassar, *in myn* Auctuarium *beschreven, dog dit laatste heeft bredere, en vooren rondere bladeren, en haare voetjes zyn wat langer.*

De twee- en vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de yzer Perticaar-Boom *Lolay* genaamt.

XLVI. HOOFDSTUK.

De Strand Jamboes-Boom.

Dit is een dikke Strand-boom, wel uyt het geslacht der Jamboesen, *doch van gantsch wilden aardt, en dierhalven buyten haare vergadering* Lib. 1. *geslooten. Hy heeft een dikken, niet hoogen, maar bochtigen en meest overhellenden stam, een witachtige evene schorsse, en een breeder kruyn, dan eenig* Jamboes-boom. *De bladeren zyn mede groot, glad, styf, weinig in 't getal, tegens malkander, en een schuyns kruys makende, doch niet boven drie paren aan een rysken. De oude zyn vooren rond, zes en acht duymen lang, vier en vyf breed, bykans zonder steelen, digt tegens de takken aan zittende, glad, niet uytgebreyd, maar gekronkelt, of met bochtige randen afgebrooken. De aderen buylen van onderen uyt, en loopen met boogen t'zamen, als aan de* Aycaus; *het voorste paar is altyd het langste en spitste, het agterste ronder en korter. De reuk van de gewreevene bladeren is zuuracbtig, sterk, en onlieffelyk, als mede van 't versche hout.*

De bloemen staan in kroontjes, gelyk de Nagelen, doch ydel, te weten, drie en drie op een gemeenen steel, of vyftbien aan een kroontje, en zyn die van Cujavus *gelyker, dan die van* Jamboe: *Ieder staat op een dikken groenen kelk, van vier spitzen gemaakt, en de bloem zelfs heeft vier witte en geholde blaadjes, zynde het middelste uytgevult met digte, subtiele, en witte draatjes, in verwerde lokjes hangende, mede zuuracbtig van reuk, doch in de morgenstond niet onaangenaam. Na het afvallen van deze locken, werd de groene kelk dik, en krygt de gedaante van een kleene langwerpige* Jamboes, *altyd wit blyvende: Buyten met een hardachtig vleesch, onbequaam om te eeten, behalven dat 't zommige om tyd-verdryf knouwen, om dat 't tusschen de tanden knapt, anders ziltig en zuur van smaak.*

Het hout is ligt-graauw of ys-verwig, besterft witter, digt, redelyk hart, zwaar, met veele fyne kammen, die verwert door malkander loopen, en hier en daar eenige streepen uytmaken, aan vaartuygen durabel, en laat zig niet ligt polysten. De afgehouwene struyk schiet ligt weder nieuwe takken op, die weder tot boomen werden.

Naam. *In 't Latyn* Jambosa Litorea, *op 't Maleyts* Jambu Pantey *of* Jambu Laut, *zo in 't Amboins* Ruttu Pya *en* Luttu Pya, *by die van Soja* Kepu, *op Lubu* Sabika, *op Baleys* Calampoack.

Plaats. *Men vind hem in alle de Amboinsche Eylanden, doch meest op Groot en Kleen Ceram, omtrent de stranden, niet boven een steen-werp daar van af. In de Zuyd-Ooster en andere Eylanden is hy mede bekent.*

Gebruyk. *Dit is naast de* Cofassu *het gebruykelykste en bequaamste hout tot den Scheeps-bouw by de Amboinezen, waar vanze zo wel de planken, als inbouten en ribben tot haare Corre Corren maken, doch tot de planken zoekenze de regte boomen uyt, die van het strand wat afstaan, want die regt op strand wassen, zyn meest bogtig: Het hout laat zig gemakkelyk bewerken door de zaag en schaaf, wegens kortheyd der kammen: Wegens zyne taayigheid scheurt en splyt het niet, 't welk een noodige eygenschap is voor den Scheeps bouw: Men kan het ook tot Schrynwerk gebruyken, als het ter degen droog is, want het laat zig even schaven, en de verwerde aderen vertonen eenige fraayheid, hoewel het geen polysten aanneemt, en den zuuren reuk hem lang byblyft.*

Hier toe behoort de Jambosa silvestris alba, *of eygentlyke wilde* Jamboes, *die men niet op strand, maar* in

bus crescit, ac potissimum ubi flumina decurrunt: Ejus truncus est humilis & incurvus, pallide cinereo obductus cortice, acutaque gerens instar *Aycai* folia: Ejus fructus sunt albi, subrotundi, veris Jambosis similes, sed minores, aquosi & adstringentis saporis, esui itaque inepti, ejus lignum vetustum ruffescit nigricantibus permixtum venis, & instar *Agallochi* variegatum, ac recens gratum etiam spirat odorem. Baleyenses illud quoque vocant *Calampoack*, foliaque in aqua conterunt, qua ulcerationes depurant & curant.

Alii ambas has arbores communi vocabulo vocant *Jamboe Utan*, primamque litoream habent, alteram terrestrem, confunduntque has iterum cum *Aycay Boppo*, quæ *Kepu* in Leytimora vocantur.

in de valeyen vind, meest daar rivieren doorloopen De stam blyft laag en krom, met een ligt-graauwe schorsse, en spitze bladeren, als Aycau. *De vruchten zyn wit, rondachtig, de regte* Jamboesen *gelyk, doch kleender, van een waterachtige, en wat zamentrekkende smaak, en dierhalven tot 't eeten niet zeer bequaam, zyn oudt bout werd ros, en met zwartachtige aderen gemarmert als* Agallochum, *gelyk het versche ook eenigzints wel riekt. De Baleyers noemen het mede* Calampoack, *en wryven de bladeren in water, en wasschen daar mede de ulceratien, om te zuyveren, en te heelen.*

Andere noemen deze beyde boomen met een gemeene naam Jamboe Utan, *houdende 't eerste voor een strand-zoorte, en 't tweede voor een land-zoorte, en vermengense wederom met* Aycay Boppo, *beyde* Kepu *noemende op Leytimor.*

Tabula Quinquagesima Tertia.

Ramum exhibet *Jambosæ litoreæ.*

De drie- en vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *strand Jamboe-Boom.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Arbor Noctis. Caju Cuning. Mamelen.

HÆc alta & satis crassa est arbor, truncum gerens rectum, ejus rami dividuntur in longos, rectos, & virides ramulos, quibus foliorum ordinata insident opposita paria sex octove, quæ magna sunt, illisque Canarii similia, sed multo ampliora, majora, & flaccidiora, in junioribus arboribus duodecim & quatuordecim pollices longa, sex octove lata, in vetustioribus vero breviora sunt, in medio latissima, subrotunda, ac superiora ad ortum suum bina minora cruciata gerunt foliola, qualia in ramulorum summo conspiciuntur, inter quæ surculus excrescit, qui tanquam ex vagina capitulum emittit, quod in flores fructusque explicatur, ista enim vagina in folia expansa ex centro suo longum ac crassiusculum profert petiolum, qui simplex sustinet sphæricum caput magnitudine sclopeti majoris, quod undique flosculos sustinet oblongos, qui calicibus suis alii insident interiori rugoso capitulo, magnitudine nucis avellanæ, quod in fructum excrescit.

Flosculi hi in quinque flavos ac vix notabiles aperiuntur apices, qui stamina emittunt alba, a quibus totus globus album exhibet colorem, dulcemque odorem. Decembri hi observantur mense. Ex quovis autem globo simplex excrescit fructus Pomiformis, magnitudine ovi anatis, vel minor, solitarius, longo lignosoque ex petiolo, qui ex centro istorum foliorum dependet, primo magnitudine Pruni, durus, cinereo-viridis, ac lanuginosus, fuscisque quasi squamis tectus, quæ demum frictione abradi possunt instar crassioris arenæ.

Perfectus & adultus fructus externe neutiquam glaber est, sed foveolis, bullis quasi, & foraminulis instar favi perforatus, ex rotundo inregularis & deformis, estque omnino similis certis rotundis pastis ex ovis & farina compactis, quæ in butyro vel oleo fricantur, quæ Malaice *Filoos* seu globuli farinacei vocantur; horum quoque colorem præ se fert, ex fusco nempe luteum, intermixto sordide cinereo colore, intus vero albicat & mollis est instar carnis maturi pomi, sed magis pinguis, solidior, nec concavus est, intusque minimis instar arenæ repletus seminibus, odorem gerens *Galangæ* seu *Lanquas*, ac saporem ingratum nostræ saltem nationi, est enim ex acido austerus cum quadam amaritie, montanis vero populis edulis est hic fructus. Quo magis hic fructus externe forma & odore suo homines adlicit, eo magis ab iis contemnitur, si gustetur.

Foliorum sapor ex acido amarus est, raroque exesa sunt, plerumque integra, æqualia, & glabra. Lignum exterius binos tresve digitos crassum est, album, & molle, atque interne luteum & æqualis substantiæ, exceptis vetustis arboribus, quæ circa cor concavæ sunt, molles, nec durabiles, dum luxurioso refertæ sunt succo, qui tarde exsiccatur.

Ma-

XLVII. HOOFDSTUK.

De Nagt-Boom.

D*It werd een hoogen en redelyken dikken boom, met een regte stam; de takken verdeeln hun in lange, regte, en groene ryskens, daar aan de bladeren regt tegens malkanderen in ryen staan, by zes en acht paaren, dezelve zyn groot, en die van* Canary *gelykende, doch veel grooter, breeder, en slapper, aan de jonge boomen twaalf en veertien duymen lang, zes en acht breedt, aan de oude korter, in de midden breetst, agter en vooren rond, en de voorste by haren oorspronk nog twee kleene blaadjes in 't kruys hebbende, diergelyke men aan 't uytterste der ryskens ziet, en de gedaante van een taksken, tusschen dezelve, als uyt een scheede, komt een knopje voort, waar uyt de bloemen en vruchten werden; want voornoemde scheede tot formele bladeren geworden zynde, groeyd uyt derzelver midden, op een dikachtige lange steel, een enkelde ronde bol, in de grootte van een bas-koegel, digt bezet met langachtige bloempjes, met haare halzen, op een andere ruyge binnen-knop staande, in de grootte van een Hazel-noot, waar uyt de vrucht werdt.*

De bloempjes openen hun in vyf geele en pas kennelyke spitzen, waar uyt witte draden kyken, die den geheelen bol wit maken, en een zoete reuk hebben. Men zietze in December: Uyt yder bol werd een enkelde vrucht, als een appel; in de grootte van een Eenden-Ey, en kleender, enkelt, op een lange houtachtige steel, hangende uyt de midden der voorschrevene bladeren, eerst in de grootte van een Pruym, hard, graauw-groen, met eenige ruygheid, als met bruyne schubben bedekt, die men ten laatsten kan afwryven, als grof zandt.

De volwassene vrucht is van buyten geenzints even, maar vol kuyltjes, hobbelen, en gaatjes, als hooninggraad, uyt den ronden, scheef en ongeschikt, gantsch gelyk zekere bollen van veel Eyers en meel gemaakt, in booter of oly gebakken, die de Maleyers Filoos *noemen, de coleur is ook zodanig, te weten donker-geel, met vuyl graauw gemengt; binnen zynze wit en week, als het vleesch van een geheel rypen appel, doch wat smeeriger, massief, en zonder holligheid, met kleen zandig zaat daar tusschen, van reuk als* Galanga *of* Lanquas, *van smaak onaangenaam, immers voor onze natie, als zynde uyt den zuuren wrang, met eenige bitterheid, doch by de Berg-luyden eetbaar. Zo aanlokkelyk deze vrucht van buyten is, met haar gedaante en reuk, zo veracht wordze als menze proeft.*

De smaak der bladeren is uyt den zuuren bitter, en zy zyn weinig doorvreten, maar meest heel, even, en glad. Het hout is van buyten twee of drie vingers dik, wit, en zagt, voorts na binnen toe regt geel, en van een eenparige substantie; behalven aan de oude boomen, omtrent het hert hol, voorts gantsch week, en geenzints durabel, dewyl het vol weeldrige zap steekt, die langzaam opdroogt.

De

Maturescunt fructus sub finem pluviosorum mensium, Aprili nempe & Majo.

Nomen. Latine *Arbor Noctis*, *Bancalus femina* & *latifolia*, Malaice, Baleyice, & Macassarice *Caju Cuning* & *Bancal Parampuan*, Amboinice *Mamelen*, *Melen*, & *Humelen*, quod obscura seu noctis arbor est, quibusdam *Ulipockol*, licet alii *Makilum* hoc quoque denotent nomine; Ternatensibus *Comi Comi*, Binensibus *Contsja*.

Locus. Non in altis crescit montibus, sed in planitie in frigidis & humidis locis, in Gorama vero ipsam in montibus inveni in densis silvis, ac porro in cunctis Occidentalibus & Orientalibus insulis, aliquando plures simul, ita ut densam constituant silvam.

Usus. Hæc arbor proprie tignum non subministrat, sed, quum Chinensium ligniarii anno 1666. inter alios asseres nobilissimæ Societati Indicæ hujus quoque vendiderunt arboris asseres, ejusque lignum apud vulgus aliquando ad ædium postes adhibeatur, hoc quoque loco ipsam describere debui, quum enim rectum crassumque gerat truncum ac molle lignum, facile in asseres hoc secari potest, quem in finem vetustissimæ eliguntur arbores, quum lignum alioquin cossos facile generet ac cariosum fit. Immo postes sæpe & trabes in ædibus fuere repertæ, interne penitus cariosæ, externe vero solidæ & integræ, quæ uno tamen ictu findi poterant.

Ex vetustis truncis asserculos mihi comparavi rite exsiccatos, ex quibus cistulæ fabricatæ sunt, quæ usque in decimum quartum incorruptæ fuerunt annum, lignum hoc nequit poliri atque quam vetustum etiam sit, si tangatur, glutinosum videtur, acsi cera esset obductum. Macassarenses, aliique populi ex his quoque truncis monoxyla formant, & quum hoc lignum perdolatum aëri exponatur, sordide cinereum contrahit colorem.

Hæ sæpe arbores tanta sibi adstant copia, ut amplis suis foliis locum reddant opacum, unde & forte ab Amboinensibus *Noctis arbor* vocata est. Fructus hisce aliisque populis pro cibis non inserviunt, qui vero in insulis ad Eurum sitis crescunt, a montanis populis penuriæ tempore eduntur, uti id anno 1659 in Gorama observavimus, ubi prope montanas casas magni horum fructuum acervi reperti sunt, quos comederant isti incolæ, quum per bellum, quod nobiscum gerebant, nullum alium sibi comparare poterant victum.

Malayenses, Baleyenses, & Macassarenses ipsius folia adhibent ad cibos, quibus pisces involvunt, quos simul coquunt & edunt, qui cibus *Boboto* vocatur. Alii folia aquæ incoquunt, ac dein in tenuia conscindunt ramenta, quibus cum Oryza vescuntur instar Lactucæ, quibus superfundunt pauxillum aceti vel succum Bocassi, hæ enim nationes amaritie levi delectantur. Baleyenses hæc cum aqua conterunt, qua caput lavant, si refrigerio opus sit, puerorum vero ardentibus febribus laborantium totum fricatur corpus cataplasmate ex contritis foliis præparato. Ex hujus arboris stipitibus vel ramis sepes etiam formantur, quum facillime progerminent, atque in arbores excrescant, ut folia usui inserviant.

Hujus & alia obcurrit species, foliorum forma & magnitudine priori similis, sed ejus truncus ruffescit. Foliorum quoque venæ subtus rubent vel fuscæ sunt. Lignum etiam magis lutescit, cætera præcedenti similia.

Amboinenses nullum hujus arboris habent usum, immo aliis persuadere student, si quis folia diu manibus teneat, tali visum obnebulari.

De rype vruchten vind men in 't eynde van de drooge mousson, te weten in April en May.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Noctis, Bancalus femina & latifolia, *Maleyts*, *Baleys*, *en Maccassers* Caju Cuning, *en* Bancal Parampuan, *Amboins* Mamelen, Melen, *en* Humelen, *donker of Nagt-boom*, *by zommige* Ulipockol, *hoewel andere de* Makilan *met dezen naam ook verstaan*; *Ternaats* Comi Comi, *Binaas* Contsja.

Plaats. *Hy wast niet in 't hooge gebergte, maar in de laagte, op koude en vogtige plaatzen, doch op* Goram *hebben wy hem ook in 't gebergte gevonden in donkere Bosschagien, voorts in alle Westersche en Oostersche Eylanden, zomtyds veele by malkanderen met hoopen in geheele Bosschen.*

Gebruyk. *Dezen boom geeft eygentlyk geen timmerhout, maar dewyl de Chineeze hout-zagers anno 1666. onder andere planken, aan de E. Comp. ook deze leverden, en zyn hout by slegte lieden zomtyds tot stylen van huyzen gebruykt werd; zo hebben wy hem in dit boek plaats moeten geven, want om dat hy een regten dikken stam, en een week hout heeft, laat hy zig ligt tot planken zagen, waar toe men dan de oudste boomen kiezen moet, anders werd dit hout zeer ligt wormsteekig en vermolzemt: Ja men heeft stylen en balken aan de huyzen gevonden, die van binnen gantsch vergaan waren, maar van buyten gaaf en onbeschadigt, dat menze met een kap doorkappen konde.*

Ik heb evenwel van oude stammen plankjes gehad, wel gedroogt, en daar van doosjes laten maken, die in 't veertiende jaar nog onbeschadigt waren. Het laat zig niet polysten, en hoe oud dat 't is, blyft evenwel in 't aantasten klam, of het wasch was. De Maccassaren en andere Natiën maken ook ligte praauwen uyt dezen stam mede van korten ouderdom, en daar dit geschaafde hout in de lugt staat, besterft het leelyk-graauw.

De boomen staan dikwils zo veele by malkander, datze met haare breede bladeren de plaats donker maken, waarom by misschien by de Amboinezen boom der duysternisse *genaamt word. De vruchten zyn by de Amboinezen en andere Natiën niet eetbaar, maar die op de Zuyd-Ooster-Eylanden, en andere Bergluyden eetenze by hongersnoot, gelyk wy anno 1659 op Goram bevonden hebben, by de berg-huysjes groote hoopen van deze vruchten te leggen, waar van de Inlanders gegeten hadden, doen zy wegens den oorlog, die wy hun aandeden, niet anders kosten krygen.*

De Maleyers, Baleyers, en Maccassaren gebruyken de bladeren in de kost, met dezelve de visschen bewindende, t'zamen kookende, en eetende, welke kost men Boboto *noemt. Andere kookenze in water op, snydenze daar na in smalle riemen, en eetenze met ryst, als Salade, een weinig Azyn of zap van Bocassam daar over doende of gietende, want die Natie vermaak heeft in matelyke bitterheid. De Baleyers wryvenze in water, en wassen het hoofd daar mede, om te verkoelen, als het noodig is; maar kinderen, die de heete Koortze hebben, bestrykenze 't geheele lyf met een pap uyt de gewrevene bladeren gemaakt; men maakt 'er ook pagger-stylen van, die uytschieten, en tot boomen worden, om 't gerief van de bladeren te hebben.*

Men heeft een ander zoorte hier van, van gedaante en grootte der bladeren, het voorige gelyk, maar de schorsse des booms is ros, De aderen van de bladeren zyn van onderen rood of bruyn. Het hout hooger geel, de rest het voorige gelyk.

De Amboinezen hebben geen gebruyk van dezen boom; ja maken malkander wys, zo ymant de bladeren lang in de handen draagt, dat hy een donker gezigt daar van krygt.

Tabula Quinquagesima Quarta

Ramum exhibet arboris, quæ *Arbor Noctis* seu *Caju Cuning* vocatur.

De vier- en vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van een boom, dewelke de *Nagt-Boom* ofte *Caju Cuning* genaamt werd.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Bancalus. Bancal.

BAncalus mas silvestrem magis gerit naturam præcedenti, ejusque truncus rotundior & gracilior est, qui in comam expanditur densam, quæ in multos brevesque dividitur ramulos: Ejus folia multo sunt minora, illis *Cannæ fistulæ* similia, quatuor & quinque pollices longa, binos ac tres lata, glabra & æqualia, in vulgarem desinentia apicem, quæque paucas gerunt costas parallelas directe sibi oppositas, uti & folia in ramis sibi opponuntur, a tribus ad sex paria, quæ obliquam aliquando efformant crucem: Ramulorum vero summum in angustam terminatur linguam ex binis foliolis compositam, inter quæ paucus sæpe luteus & glutinosus continetur succus uti in præcedenti id quoque obtinet arbore, tales quoque lingulæ solitariæ vel binæ ad foliorum summum par observantur, ex quibus fructus excrescit, qui longo insidet firmoque petiolo solitarius, primo magnitudine semi-perfecti Cerasi nigri, qui externe crassiusculis auctus est squamulis, quæ flosculos exhibent alba staminula gerentes, a quibus totus fructus lanuginosus est, hæc autem sensim decidunt.

Maturus fructus magnitudinem habet perfecti Cerasi, rugosus, mollis, sed non facile manibus confringendus, lentus enim ac tenax est, interna substantia similis est, sed siccior præcedente, ad oras vero semen quoddam fuscum & arenosum locatur nucleo carens, fructus vero saporem gerit amaricantem, nec edulis est, ita ut hic fructus cum isto *Arbuti* conveniat, simplex enim tantum suo insidet petiolo longo ad ramulorum extremum, atque ex superiorum foliorum alis: Foliorum sapor amaricat quoque, sed non ita vehementer quam prioris.

Lignum externe albicat, interne magis lutescit quam præcedens, immo sæpe rubescit, estque durius ac solidius isto. Maturi fructus Majo observantur mense, quum decidunt, atque ex arenoso semine novæ progerminant arbores.

Nomen. Latine *Bancalus mas* & *parvifolia.* Malaice *Banckal Lacki Lacki* & *Daun Kitsjil*, ac sic porro in aliis linguis idem cum præcedente gerit nomen cum adjectione maris seu parvifoliæ: In Leytimor *Humelen Malona* vocatur.

Locus. Ubique crescit in primis camporum silvis.

Usus. Nec hæc arbor tignum subministrat, sed hoc in libro ponitur ob adfinitatem prioris feminæ: Casis vero ejus postes inservire possunt, quum elegantem gerat rectumque truncum, si pali ex hac formantur arbore, qui ad hortorum usum terræ committuntur, facile progerminant, ac brevi in arbores excrescunt satis altas.

Folia ad cibum non adhibentur uti præcedentis, sed ad usum medicum, quibus in febribus corpus lavant, quum modice refrigerent. Truncorum lignum eleganter luteum gerit colorem, estque solidum & tenuibus ex fibris constructum, nec adeo fungosum aut viscosum est ac feminæ, unde & leviori operi scriniario aptum.

Rumphii Adpendix hisce auctus est.

Præter binas istas *Bancali* species, mediam ejus inveni speciem, quæ ramos gerit rotundos & glabros, qui rara gerunt folia bina sibi opposita, sursum inflexa, a quinque ad octo pollices longa, quinque sexve digitos lata, superne glabra, inferius paucis parallelis & protuberantibus costis scabra.

Ramuli summum in viridem terminatur squamulam ex binis foliolis sibi oppositis formatam: Veteres vero ramuli in summo gerunt petiolum rectum digitum longum, cui fructus insidet solitarius magnitudine globi sclopeti minoris, sed inregulariter rotundus, externe rugosus, & caliculis quasi cinctus, quibus flosculi insederunt oblongi.

Tabula Quinquagesima Quinta;

Figura Prima ramum exhibet *Bancali majoris* seu *latifoliæ.*

Figura Secunda ramum repræsentat *Bancali minoris* seu *angustifoliæ.*

CAPUT

XLVIII. HOOFDSTUK.

Bancal-Boom.

BAncal *het manneken, is wat wilder van aard dan 't voorgaande, ronder en ranker van stam, met een digte kruyn, in veele korte ryskens verdeelt. De bladeren zyn veel kleender, en die van* Canna Fistula *gelyk, vier en vyf duymen lang, twee en drie breed, glad en even, met een ordinaris spits, en weinige parallele ribben, die regt tegens malkanderen staan, gelyk mede de bladeren zelfs aan haare takken, van drie tot zes paren, die zomtyds een schuyns kruys maken, het uitterste der ryskens eyndigt in een smal tongsken, van twee blaadjes gemaakt, waar tusschen men zomtyds een weinig geele en kleverige zap vind, gelyk ook aan 't voorgaande, en diergelyke tongskens ziet men ook een of twee by de voorste bladeren, uyt welke de vrucht voortkomt. Dezelve staat op een lang styf steeltje, enkelt, eerst in de grootte van een half volwasse krieke, van buyten met dikke schubbetjes bekleet, dewelke kleene bloempjes vertonen, met witte draatjes, die de gebeele vrucht wolachtig maaken, en metter tyd afvallen.*

De rype vrucht is in de grootte van een volkome kersse, nog al ruyg, zagt, dog niet ligt aan stukken te douwen en taay, van binnen is diergelyke substantie, drooger dan aan 't voorgaande, en tegens den rand vind men eenig bruyn en zandig zaat, zonder andere korl, bitteracbtig van smaak, en niet eetbaar, zo dat deze vrucht met die van Arbutus overeenkomt, want men ziet niet meer dan een enkelde vrucht op haar lange steel staan, aan 't eynde der ryskens, en uyt den schoot der voorste bladeren. De smaak der bladeren is mede bitter, gelyk de voorige, dog zo sterk niet.

Het hout is buyten meest wit, na binnen toe hooger-geel dan 't voorige, en zomtyds na den rooden trekkende, harder en massiver dan 't voorgaande. De rype vruchten vind men in de Maand May, dewelke afvallen, en uit het zandige zaat nieuwe boompjes voortbrengen.

Naam. *In 't Latyn* Bancalus mas & parvifolia. *Maleyts* Banckal Lacki Lacki *en* Daun Kitsjil, *en zo voorts in de andere talen met de voorgaande naam, met byvoeging van mannetje of kleenbladige. Op Leytimor* Humelen Malona.

Plaats. *Hy wast over al in de voorste Bosschagien op de Velden.*

Gebruik. *Dit is mede geen timmerhout, maar komt in dit Boek door gezelschap van 't voorgaande wyfken, egter tot kleene butten kan hy stylen verstrekken, om dat hy fraay regt van stam is; als men Tuyn-staken daar van maakt, zo schiet hy ligt wederom uyt, en wert in 't kort tot een hooge boom.*

De bladeren zyn niet gebruykelyk tot de kost, gelyk de voorgaande, maar wel in de Medicynen, om in de koortzen daar mede te wassen, dewylze matiglyk verkoelen. Dit hout van de oude stammen is mooy-geel, digt en fyndradig, ook zo voos en kleverig niet als 't voorgaande wyfken, en daarom tot ligt schrynwerk bequaam.

Het Aanhangzel *van* Rumphius *is hier mede vermeerdert.*

Behalven de twee zoorten van Bankal, heb ik nog een middelbaare zoorte gevonden, wiens takjes rond en glad zyn, daar aan weinige bladeren staan met 2. tegens malkander, en met haar voetjes opwaards gebogen, van 5. tot 8. duymen lang, 5. en 6. vingers breed, boven glad, met weinige parallele en uitstekende ribben van onderen.

Het uiterste van 't jonge rysken eindigt in een groen schubbetje, gemaakt van twee blaadjes tegens malkander. De oude ryskens hebben voor uyt een regten steel, een vinger lang, en daar op een enkelde vrucht in de grootte van een Musquet-kogel, dog oud bollig rond, van buyten ruyg, en als met kleene kelkjes bezet, daar in langbalzige bloempjes gestaan hebben.

De vyf- en vyftigste Plaat;

Vertoont de *eerste Figuur* een Tak van de *groote* ofte *breedbladige Bancal-Boom.*

De *tweede Figuur* een Tak van de *kleyne* ofte *naauw bladige Bancal-Boom.*

XLIX.

Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Quercus Molucca. Caju Hollanda.

IN quibusdam Moluccæ insulis certa Quercus obcurrit species, cujus fructus ac lignum nostrati quodammodo simile est, neutiquam vero folia. Ejus truncus est altus, rectus, & satis crassus: Cortex pallide cinereus & glaber, excepto quod in vetustis truncis parum sit fissus ac fibrosus. Rami ramulique plurimum eriguntur contra naturam cæterarum Quercuum. Folia fere sessilia ramis insident ab utraque acuminata parte, tres digitos lata, sex octove longa, integra, nec serrata, quo ab aliis Quercuum foliis differunt. Nervus medius non protuberat, atque ad latera octo vel decem costæ inregulares excurrunt.

Fructus breviores & crassiores sunt vulgaribus, eorumque caliculi instar aliorum verruculis obsessi, qui intus plerumque concavi & fungosi sunt: Interior trunci cortex ac lignum Quercino vulgari simile est, longitudinalibus enim ex fibris constat, eundemque gerit colorem, sed nunquam adeo fuscum est, si siccum sit, nec ita politum elaborari potest, quum magis sit fibrosum: Apri has expetunt glandes ac pinguissimi sunt, quum maturi hi fructus fuerunt prolapsi.

Nomen. *Quercus Molucca* interim vocari potest, quidam Malaico vocabulo ipsam vocarunt *Caju Hollanda*, h. e. *Hollandorum lignum*: Nomen indigenum Bangayense est *Tolasion*, in Xula *Taljabo Sula Bassa* vocatur.

Locus. In insulis Xulensibus crescit, præsertim prope pagum *Taljabo*, uti & in *Bangaya*, quidam dicunt in Boerona quoque crescere.

Usus. Ab incolis nondum in usum vocatum fuit hoc lignum, forte ejus cæsionem timentibus, quum adeo sit grave ac vastum: Ligniarii nostrates circa annum 1668. ad ejus notitiam pervenerunt, tumque ejus frustum cæciderunt, quod per septem annos in aqua depositum, incorruptum & integrum fuit. Bangayenses ex hoc ligno pusilla tantum fabricant navigia, incolæ *Xulæ Taljabo* illud ex invidia nos regemque suum celant, ne molestias ipsis moveremus illud cædendi, quum sine dubio magnis navigiis quam aptissimum esset.

In Boreali porro insulæ Formosæ parte veræ crescunt Quercus, quæ gallas quoque ferunt; Hæc vero Quercus Molucca meo quidem judicio tanquam Cerri species habenda est, quæ parvos gerit fructus.

N. B. Supra descripta *Tolasion* melius cum *Æsculo* comparari potest, inque *Bangaya* obcurrit, ubi duplices gerit fructus, truncosque altos & rectos, quorum lignum est grave & durum, inque summis crescit montibus. Prima species breves profert glandes, ex rotundo trigonas & striatas, quæ in brevem durumque terminantur apicem, parvas quodammodo referentes Castaneas, quas nostra quoque natio putat esse. Harum nucleus sartagine torretur, vel cum Calappi lympha coquitur & editur: Prima in Bangaya proprie vocatur *Tolasion*. Altera *Sasöeul*, quæ oblongas & glabras gerit glandes, non vero edules, quum sint amaræ, cæterum truncus foliaque a præcedente haud multum differunt: Ejus lignum ob gravitatem ad navigia non adhibetur, sed ad ædium postes trabesque.

In *Rumphii Adpendice* hæc adduntur.

Non tantum in dictis crescit locis, sed etiam in *Xulabessi*, ubi *Caju Sore* vocatur, ut & in summis, frigidis, & saxosis montibus Ceramæ, *Nussainan* vocatis, melius autem ejus lignum est, si magis ad litus steterit, ejusque glandes sunt breviores at superius latiores, ubi & vocatur *Ay Mousiën*, h. e. arbor collectionis. In Celebes parte Orientali itidem obcurrit in districtu *Tambocco*, ubi *Pu* nominatur, ubique autem vastum & crassum gerit truncum, cujus lignum est

XLIX. HOOFDSTUK.

De Moluxe Eycke-Boom.

IN zommige van de Moluxe Eilanden vind men een zoorte van Eyke-boomen, aan vruchten en hout de onze wat gelykende, maar geenzints aan de bladeren. De stam is hoog, regt, en redelyk dik. De schorsse ligtgraauw en even, behalven aan de oude stammen een weinig gescheurt en dradig. De takken en ryskens staan meest over eyndt, tegens gewoonte van andere Eyken. De bladeren staan bykans zonder steel aan de takskens, agter en vooren toegespitst, drie vingers breet, zeven en agt lang, zonder eenige kerven ofte hoeken aan de kanten, 't welk men aan geen andere Eyken ziet. De middel-zenuwe puylt niet uyt, en ter zyden loopen agt of tien dwersribben wat ongeschikt.

De vruchten zyn korter en dikker, als gemeene Eekelen, ook harder van schaal, en hebben van onderen een kuyltje. De huyskens gelyk andere Ekelen met stompe wratjes; deze Ekelen zyn van binnen meest voos en ydel. De binnenste schorsse en 't hout gelykt ook na een Eykeboom, te weten langdradig en van dezelfde coleur met het Eyken-hout, dog nooyt zo bruyn bestervende, en laat zig ook zo glad niet werken, om dat 't vezeliger is. De wilde Verkens eeten zeer graag deze Ekelen, en zyn op 't vetste, als deze vruchten afvallen.

Naam. *Het mag by provisie* Quercus Molucca *heeten; zommige hebben 't in het Maleyts genaamt* Caju Hollanda, *dat is Hollandsch hout. Den Inlandschen naam op Bangay is* Tolasion, *op Xula* Taljabo Sula Bassa.

Plaats. *Het wast in de Xulaze Eilanden, inzonderheid by de Negory* Taljabo, *als mede op* Bangay, *zommige zeggen dat 't mede op* Boero *valt.*

Gebruik. *By de Inlanders is 't tot nog toe in geen gebruik, misschien ontzien zy 't te kappen, om zyn grootte en swaarte. Onze timmerluyden hebben het omtrent 't jaar 1668. eerst in kennisse gekregen, en doenmaals een stuk gekapt, 't welk zeven jaren in 't water leggende, nog goet en gaaf bevonden wierd. Die van* Bangay, *maken slegts eenige kleene praauwen daar van; die van* Xula Taljabo *verbergen het al willens voor hunnen Koning, en onze Natie, om dat men hun niet moeyelyk valle met het zelve te kappen tot groote vaartuygen, waar toe het buyten twyffel zeer bequaam zoude zyn.*

Anderzints vind men ook regte Eyken op 't Noord-eynde van Formosa, *waar aan ook Gal-nooten wassen, maar deze Moluxe Eyke-boomen zoude men myns oordeels voor een Cerrus houden mogen, te weten die de kleene vruchten draagt.*

N. B. De voorschreve Tolasion *kan beter met den* Æsculus *vergeleken werden, en is op* Bangay *bekent met tweederley vruchten, beyde aan hooge regte stammen, een swaar en hart hout in 't hooge gebergte wassende; de eerste zoorte draagt korte Ekelen, uit den ronden wat drie-zydig, en gestreept, ofte gerimpelt, vooren met een kort en hart spitsken, kleene Kastangien eenigsints gelykende, waar voor ze onze Natie ook aanzien. De binnenste korl wert in een pan geroost, of met Calappusmelk gekookt en gegeten. De eerste hiet op Bangay eygentlyk* Tolasion; *de tweede hiet aldaar* Sasöeul, *dewelke heeft langwerpiger en gladder Ekelen, maar niet eetbaar, om datze bitter zyn, anders aan stam en bladeren van de voorgaande niet veel verschillende. Zyn hout werd wegens zyne swaarte tot geen Vaartuygen gebruykt, maar wel tot stylen en balken aan huyzen.*

Dit wert in het Byvoegzel *van* Rumphius *daar by gevoegt.*

Hy valt niet alleen op de voornoemde plaatzen, maar ook op Xulabessi, *alwaar by* Caju Sore *hiet: Als mede op het hoogste, koude, en steenachtige gebergte van Ceram, genaamt* Nussainan, *dog wat beter na strand toe, en zyne Ekelen zyn wat korter, en boven breeder, alwaar by genaamt wert* Ay Mousiën, *dat is boom der vergadering. Als mede op 't Oosterdeel van Celebes in 't district van* Tambocco, *daar zy hem* Pu *noemen, overal met een zeer grooten en dikken stam, een hard en warrig hout,* wegens

est durum & nodosum, atque ob gravitatem ab incolis raro in usum vocatur ad ædificationem: Hoc autem commune habent cum Europæis glandibus, quod maturæ ex caliculis decidant cum sonitu quodam, quod incolæ dicunt ad proximas adcedere arbores, acsi nullas alias vellent admittere. Porci ac præsertim apri quam maxime has expetunt, ita ut incolæ vix ad ipsam adcedere audeant apros timentes, qui tum temporis quam maxime ibi degunt, quum fructus decidunt. Hos incolæ sartagine torrent, donec cortex exterior dehiscat, quum non ingratum spirant odorem, tumque ejus nucleum comedunt.

Javani binas ejus faciunt species, nominantque *Sarangan.* Major fructum gerit tenui obductum putamine, qui edulis est instar Castanearum. Minor & dura glans Bangayensis est inedulis.

wegens zyne swaarte by de Inlanders weinig gebruikelyk tot den huisbouw. Dit hebbenze nog gemeen met de Europische Ekelen, datze in de rypheid uit haare buyzen vallen met een geluyt, het welk de Inlanders noemen na de naaste boomen toeschieten, als of ze geen andere by hun wilden lyden. De Varkens, inzonderheid de wilde, zyn-der zeer graag na, en derft geen Inlander daar omtrent komen, uit vreeze van de wilde Varkens, die zig als dan daar onder ophouden, als de vruchten afvallen. De Inlanders roosten ze in een pan, tot dat de buytenste schaal berst, wanneerze niet aangenaam van reuk zyn, en de pit opeeten.

De Javanen maken bier van twee zoorten, en noemenze Sarangan. *De groote draagt een vrucht met een dunne schaal, welke eetbaar is als Kastanjes; de kleine is een kleyne Eykel, op Bangay groeyende, en oneetbaar.*

Tabula Quinquagesima Sexta

Ramum exhibet *Quercus Moluccæ.*
Ubi Litt. A. *majus* denotat *folium,*
B. Vero *majorem* ejus *fructum.*

De zes- en vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de Moluxe *Eyke-Boom.*
Alwaar Lett. A. een *grooter blad,*
En B. een *groter vrucht* aanwyst.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Casuarina Litorea. Caju Tsjammara.

CAsuarina duplex est, *litorea* nempe & *montana*, sed tam parum differunt, ut utrasque uno comprehensuri simus capite.

Primo. *Casuarina litorea* Sabinæ species esse videtur, ingens est arbor forma Abietis sed humilior, nec ejus truncus adeo rectus est, at parum incurvus, plerumque vix virum crassus, inveniuntur autem, quas bini vix complecti possunt viri. Ejus cortex externe cinereus est & nigricans quasi adustus, tenuiter fissus atque rugosus, durus, nec calamo crassior: Rami sunt pauci, ac plerumque ad latera extenduntur, in plurimos divisi ramulos, in quorum summo folia locantur arcte sibi juncta, fasciatim quasi dependentia forma capillitii feminei, seu instar caudæ equinæ, ac quodvis folium a duodecim ad octodecim pollices longum est, ex plurimis geniculis formatum, a quadraginta nempe ad quadraginta octo instar Hippuris: Quodvis vero geniculum transversalem circiter digitum longum est, inferne acuminatum, superne angulosum exhibens caliculum, cui apex subsequentis articuli infigitur, quo sibi firmiter junguntur. Horum color cæsius est, sed articulus, ubi infigitur, albicat, nec notabilem præbet saporem, uti nec cortex, qua in re a vera differt *Sabina.*

Petioli, ex quibus hæ caudæ dependent, inferius squamosi sunt, nudi, ac rugosi, atque superne in talia desinunt capitula. Inter inferiora folia in nudo petiolo flosculi excrescunt squamosi ac fusci, capitula mentientes, singulari brevique insidentes petiolo, qui in fructus excrescunt, qui squamosæ sunt nuculæ, *Cypressi* fructus quodammodo æmulantes, sed minores, digitum crassæ, vix ejus articulum longæ, frustaconscissorum volvulorum seu bacellorum referentes, ex plurimis acutis tuberculis constantes, primo glaucæ, dein xerampelinæ, instar siccorum foliorum, quodvis vero tuberculum seu verrucula in binas sese aperit duras squamas, Pontificalem referens mythram, inter has alia tenuis reconditur squamula ad summum crassiuscula, acsi arenæ granulum ibi lateret, quod verum hujus arboris semen est; totus vero fructus suprema sua plana parte rotam repræsentat, nec separatur, licet decidat, uti id in cunctis strobuli speciebus obtinet.

Ex tota arbore nulla exstillat pinguedo gummi vel resinam referens, sic neque in ullis ipsius partibus ullus observatur resinosus odor vel sapor, qua in re tam a Sabina, quam a cæteris Abietis speciebus differt, cortex vero parvam exhibet adstrictionem, præsertim ejus succus rubens, qui ex viridi sauciatoque cortice, licet rarus, exstillat, folia ingratum fatuumque præbent saporem; subtilis tamen in ligno latet pin-

L. HOOFDSTUK.

Strandt Casuaris-Boom.

D*En Casuaris-boom is tweederley, te weten strandt- en berg-*Casuarina, *dog van zo kleynen onderscheid, dat wy ze beide in een Kapittel beschryven zullen.*

Eerstelyk: Casuarina litorea *of strand Casuaris-boom, schynt een geslagt van de* Sabina *te zyn, het word een volslagen boom, in de gedaante van een Dennen-boom, dog lager, en den stam is zo regt niet, maar een weinig bogtig, in 't gemeen niet boven een man dik, dog men vind 'er, die wel twee mannen omvademen moeten. De schorsse is van buyten graauw en swartachtig, als verbrand, fyn gescheurt en ruyg, hard, en niet dikker dan een schaft. De takken zyn weinig, en staan meest ter zyden uyt, in veele ryskens verdeelt; aan 't uytterste derzelver staan de bladeren digt op malkander, en met bosschen afhangende, in maniere als vrouwe-lokken, of een quast van paardshayr gemaakt, dog wel driemaal zo dik; ieder blad van twaalf tot agtien duymen lang, en uit veele leden gemaakt, te weten van veertig tot agt- en veertig, gelyk de Hippuris: Yder lid is omtrent een dwersvinger lang, agter spits, en vooren een hoekig kelkje vertonende, daar de spits van 't volgende lid ingelaten wert, en egter vast aan malkander hangende: Van verwe graauw-groen, dog yder lid, daar 't ingelaten wert, is witagtig, en van geen merkelyken smaak, gelyk ook de schorsse is, waar in hy van de regte* Sabina *verschilt.*

De steelen, daar deze lokken aan hangen, zyn achter schubagtig, bloot van bladeren, en ruyg van vooren, in diergelyke hoofdekens eyndigende. Tusschen de agterste bladeren, en aan de bloote steelen, komen kleene schubagtige en bruyne bloempjes, of wel meer knopjes voort, yder op een byzonder kort steeltje staande, waar uit de vruchten werden. Dezelve zyn schubagtige nootekens, de vruchten van Cypressen eenigzints gelyk, dog kleender, een vinger dik, en qualyk een lid lang, stukken van doorgesnedene stokjes of rollen verbeeldende, van veele spitze pukkeltjes gemaakt, eerst spaans-groen, daar na donker geel, gelyk drooge bladeren, en ieder pukkeltje of wratje opent hem in twee harde schubben, verbeeldende als dan een Bisschops myter; daar tusschen leyd een ander dunne schubbeken aan 't uitterste eynd, dikachtig, als of 'er een zand-korreltje in verborgen lag, 't welk het zaad van dezen boom is, met 't bovenste vlakke eynd vertonenze een rad, en de geheele vrucht blyft aan malkander, al valtze af, gelyk alle zoorten van Pyn-appels.

Uyt den geheelen boom komt geen vettigheid, die na gom of hers gelykt, zo is ook geen hersachtige smaak nog reuk in alle zyne deelen, waar in hy wederom zo van de Sabina, *als alle zoorten des Dennen-booms verschild, dog gevoelt men in den bast een kleene verandering, inzonderheid in 't roodachtige zap, die uit de groene en gequetste schorsse, hoewel schaars loopt; de bladeren zyn vies en laf van smaak. Daar moet egter een subtiele vettigheid in 't hout*

B
A

pinguedo, parum enim ſiccatum facillime ardet, ingentem excitat calorem, ac duros generat carbones.

Lignum ex cinereo & pallide ruffo variegatum eſt, graviſſimum, durum, ſolidum, & durum, immo ipſum *Nani* lignum ſuperat, præſertim ſi ex vetuſtis conligatur arboribus, nihilominus tamen per longitudinem facile finditur. Multas gerit venas ſeu ſtrias oblique inter ſeſe decurrentes, inque iis aliæ minores obſervantur venulæ naturaliſſime plumas referentes avis Caſuarii, ſaltem melius quam folia, eſtque porro nodoſum, nec facile elaboratu.

Paleaceum ſemen in arenam prolabens radices emittit, intricataſque format glebulas acſi capillitii congeries eſſent, quales in radicum fibrillis obſervantur vaſtarum arborum.

Caſuarina montana haud multum differt a priori, ſed ejus coma eſt denſior, folia multo ſunt minora ac breviora, quatuor vel quinque pollices longa, atque genicula, ex quibus conſtant, ſubtilia quoque ſunt inſtar vulgaris lintei, graminei viridis coloris, ſicca vero nigra, litorea vero ſpecies cinerea eſt: Hoc quoque diſcrimen habet, quod ramuli nempe terreſtris ſpeciei magis ſint extenſi, atque in multo minores ſeſe dividant ramulos, quorum quisque penicillum quaſi foliaceum exhibet, e contra in litorea ſpecie folia ex ipſis majoribus progerminant ramulis, ac ſimul magnum formant penicillum: Trunci cortex æqualior ac magis ruffus eſt quam præcedentis.

Fructus non ſunt oblongi, ſed rotundi magnitudine ſcloperi, nec ita frequentes poſt folia erumpunt ac in præcedenti, ſed in ramulorum ſummo progerminant, ex ſimilibus formati ſquamis inſtar epiſcopalis mythræ, non autem adeo regulares locantur quam in præcedenti, atque inter illas albicans conſpicitur ſquama, quæ ſemen arboris eſt, totusque fructus non diſrumpitur, licet decidat, in utrisque vero ſpeciebus raro hoc paleaceum invenitur ſemen, quum, quamprimum fructus matureſcunt, mythræ ſeſe aperiant, illudque prolabatur, ventoque disjiciatur: Lignum præcedenti ſimile eſt, vel paulo magis ruffeſcit, ac facilius finditur.

In Celebes parte Orientali terreſtris Caſuarinæ invenitur ſpecies, quæ truncum gerit craſſiſſimum: Ejus folia ſunt leviora & craſſiora quam Amboinenſis. Fructus magnitudinem Limonis Nipis habent, non obſcure lutei ſeu ruffi, ſed cinerei, atque undique magnis cincti Mythris, quæ latius dehiſcunt, in harum centro longa tenuisque locatur ſquama ad poſticam ſeu craſſam ipſarum partem, in qua vis ſeminalis latet.

Prima ſpecies ſeu *Caſuarina terreſtris* nullibi creſcit niſi in planis arenoſisque litoribus, immo ſæpe in tam ſterilibus locis, in quibus nullum propullulat gramen, ac potiſſimum in incultis litoribus ac parvis planisque inſulis.

Altera ſpecies circiter ad bombardæ projectum in ipſa creſcit terra, vel paulo ulterius, potiſſimum in planis montibus ſoli bene expoſitis ad ſilvarum oras, & circa *Caju Puti* arbores, uti & ad ripas magnorum ac planorum fluminum, non multæ ſimul, uti præcedens, ſed plerumque ſolitariæ, atque hinc inde una alterave.

Apud Arabem *Beitbaridem*, mentio fit arboris *Dyudar* Perſice vocatæ, quod interpretatur *Dæmonum arbor*, diciturque ſpecies eſſe *Sabinæ Indicæ*. Puto noſtram eſſe *Caſuarinam*, quæ & hinc *Dæmonum arbor* vocatur, quum peculiaris ſtridor ſeu ſibilus in illa audiatur, ſi ventus flet, ſicuti in Abiete, cujus cauſſa a plebe incognita putat a dæmonibus hunc provenire in arbore hoſpitantibus.

Mihi adcidit circa annum 1662, quod ramus talis arboris mihi transmitteretur ex Ternata a principe quodam, qui putabat, mihi ignotam eſſe hanc arborem, & cum quadam admiratione ſcribebat, ramum eſſe arboris, in qua Orpheus cuncta ſua fila movere & ludere audiebatur, ſi ventus flaret.

Nomen. Latine *Caſuarina*, ac prima cognomine *litorea*, & altera *montana*, qui autem hanc pro *Sabina Indica* vult habere, per me licet, mixtam enim fateor gerere hanc arborem formam inter Sabinam, Abietem, & Cupreſſum. Belgice *Caſuaris-Boom*, a foliorum forma. Malaice *Caju Tsjammara*, h. e. *arbor Circinnorum*, e lon-

't bout ſteeken, want ſlegts een weinig gedroogt zynde, brand zeer ligt, geeft een ſterke bitte, en zet een duurzame koole.

Het bout is uit den graauwen, en ligt-roſſen gemengt, zeer ſwaar, digt, maſſief, en bart, als een Nani *zyn mag, inzonderheid als 't van zodanige boomen komt, die ter degen oud zyn, niet te min in de lengte ſplytende. Het beeft veele aderen ofte ſtreepen, die ſchuyns door malkander loopen; en aan dezelve ziet men nog andere korte kleene adertjes, zeer naturel verbeeldende de pluymen van een Caſuaris-vogel, immers beter dan de bladeren. Voorts is 't zeer warrig, en niet glad om te werken.*

Het kafachtige zaat in 't puure zand vallende, wortelt aldaar, en maakt verwerde klontertjes als of bet bayrlokken waren, diergelyken men ook aan de veſelingen der wortelen van de groote boomen ziet.

De Berg-Caſuaris-Boom, *verſchilt niet veel van de voorgaande, bet loof bangt digter, de bladeren zyn veel korter, te weten van vier tot vyf duymen lang, als mede de leden, daar uyt ze gemaakt zyn, ſubtieler, te weten als gemeene linnen, de draat regt gras-groen, gedroogt zynde ſwart, maar bet ſtrand-geſlagt blyft graauwachtig. Nog bebbenze dit onderſcheid, dat de ryskens van de Landzoorte, meer dwers en uitgebreid ſtaan, en zig in veele kleendere ryskens verdeelen, ieder uitmakende een quaſtje van bladeren; daar en tegen aan de ſtrandzoorte ſtaan de bladeren uit de booft-ryskens zelfs, en maken t'zamen een groote quaſt. De ſchorſſe des ſtams is evener en roſſer dan 't voorgaande.*

De vrucbten zyn niet langwerpig, maar rond, in de grootte van een roer-kogel, niet zo veel agter de bladeren gelyk 't voorgaande, maar aan 't uitterſte der ryskens voortkomende, ook van diergelyke ſchubben gemaakt gelyk een Biſſchops myter, dog die ſtaan zo ordentlyk niet als aan 't voorgaande, en daar tuſſchen ziet men ook een witachtige ſchubbe, die 't zaad is; blyvende de gebeele vrucbt mede vaſt aan malkander, al valt ze af; dog aan beyde zoorten vint men zelden dit kafachtige zaad, vermits 't zo dra de vruchten rypen, en de myters bun openen, daar uit valt, en met de wind weg ſtuyft. Het bout is gelyk aan de voorgaande, of wat roſſer, en ſplyt ligter.

Op de Ooſtkuſt van Celebes, beeft men een zoorte van den Land-Caſuaris-boom met een zeer dikken ſtam. De bladeren zyn wat korter en dikker dan aan de Amboinſche. De vrucbten zyn zo groot als een Lemo Nipis, niet donker-geel of ros, maar graauwachtig, ook rondom met groote myters bezet, die wat wyd van malkander gapen; in baar midden bebbende een lange dunne ſchubbe, aan 't agterſte of dikſte eynd, daar in de zaad-kragt ſteekt.

De eerſte of ſtrand-Caſuaris-boom, waſt nergens dan op vlakke zandige ſtranden, ja zelfs op zo magere plaatzen, dat 'er geen gras-ſcbeutje aldaar voortkomen kan, en dat meeſt op onbewoonde ſtranden, en kleene vlakke Eylandjes.

De tweede zoorte waſt omtrent een kanon-ſcboot landwaart in, of wat verder, meeſt op vlakke bergen, die wel ter Sonne ſtaan, aan de kanten van de boſſchen, en om de Caju Puti boomen, als mede aan de oevers van vlakke en groote rivieren, niet veele by malkander gelyk de voorige, maar meeſt eenzaam, en bier en daar een.

By den Arabier Beitharides, *vint men gewag gemaakt van een boom* Dyudar, *in 't Perſiaans genaamt, en wert uitgelegt* Dæmonum arbor, *en gezegt te zyn een zoorte van* Sabina Indica. *Ik giſſe dat zulx onze Caſuaris-boom moet zyn, daarom* Drommel-boom *genaamt, om dat men een byzonder zuyſſen of fluyten op dezen boom boort, als de wind waayt, diergelyken men ook op onzen Dennen-boom boort, waar van 't gemeene volkje de oorzaak niet wetende, gelooft dat zulx eenige nikkers doen, die op den boom zitten.*

Het is my zelfs gebeurt omtrent Ao. 1662. dat my een zulken tak van een voornaam Perzoon uit Ternaten wierde toegezonden, meynende, dat by my onbekent was, en met verwondering daar van ſchreef, dat bet van een boom was, waar op men Orpheus met al zyn ſnarenſpel konde booren, als de wind waayde.

Naam. *In 't Latyn* Caſuarina, *de eerſte met de bynaam* Litorea, *en de andere van* Montana; *die ze voor een* Sabina Indica *wil bouden, mag het mynent wegen wel doen, want ik beken dat by een gemengde fatzoen en aard beeft van Sabina, Dennen- en Cypreſſen-boom. Op 't Duitſch* Caſuaris-boom, *van gedaante der bladeren.* Op

e longinquo enim adparet circinnis quasi ornata. Ternatice *Liluwi*. . . . . . Macassarice *Caju Angin*, & *Angi Angin*, h.e. arbor venti, quum ventus tantum in hac arbore excitet sonitum: Amboinice *Ayſamara*, in Leytimora *Lour*. Loehœmea *Lauewul*. Baleya *Caju Merack*, h. e. Pavonum arbor, quum ejus folia quodammodo Pavonis cristam referant; in Banda *Kullebur* & *Cullewur*. In Cerama Orientali *Ureul*: in Tambocco litorea species *Ucu*, quæ ab Amboinensi specie haud multum differt, terrestris vero species majores gerens fructus *Huay* & *Canjang Ya* vocatur, h. e. capitis medicamentum.

Locus. Per totam Indiam aquosam nota est hæc arbor, sed potissimum in Orientalibus ejus plagis, ut & in cunctis parvis planisque insulis, in Boreali Ceramæ ora totus tractus ab Hatoewensi sinu usque ad Waroe ultra viginti milliaria longus, & inhabitatus, adeo dense ab hisce arboribus est occupatus, ut e longinquo magnatis cujusdam hortum repræsentet, Cupressis & Pinis consitum. In Java potissimum crescit circa fluvium *Carwang*, in Baleya in montosa *Brattanæ* regione.

Usus. Hoc lignum optimum quoque foret ac durabile tignum, ni tam grave esset, atque Amboinensibus nimis difficile cæsu. Bandanenses tamen & Loehonenses aliquando illud adhibent ad ædium postes & costas: Deciduas inveni arbores in Loehoe silva, externe circiter ad digiti crassitiem cariosas, interne solidas, integras, & instar lapidis duras. Lignum hoc porro optime focis inservit, unde & a Cinensibus Araci exustoribus quam maxime expetitur, quum ingentem excitet fervorem, ac diu durabiles præbeat carbones, ac facile findi possit aliud insuper admiscent ipsi lignum, quum vehementi calore cacabos nimium consumeret: Fabris etiam optimos subministrat carbones, quem in finem Macassarenses & Orientales Ceramenses illud potissimum adhibent, qui etiam pulveri pyrio componendo optime inserviunt contra nostræ nationis opinionem, quæ semper levissimum præfert lignum: Cum recenti cortice Ceramenses conterunt retium funes, ut in aqua marina sint durabiliores, quod alii ope *Roſſu* efficiunt. Hujus arboris surculis non tantum arcus festivi ac postes exornantur in conviviis, sed Amboinenses quoque illos adligant dorsis gladiorum suorum in vulgari ipsorum saltatione Pyrricha, Malaice *Tsjacalilla* vocata.

Indigenæ quidam, ac præsertim *Moluccani*, non amant hujus arboris ramos in navigiis trans mare vehere, nimium timentes ventum, quum arbor hæc sit ventosa: Mihi saltem molestiam ac scrupulum moverunt, quod binas arbusculas in parva insula ex arena exstirpatas mecum trans mare vehere vellem, ut illas horto meo mandarem, ubi & læte progerminarunt, atque intra quatuor annorum spatium in altas excreverunt arbores, locus autem sub iis semper nudus ac sterilis erat, ob myriadem deciduorum foliolorum.

Trunci cortex in usu Medico est ad *Beri Beri*, & trementes artus, si hi cum ipsius decocto sæpe fricentur & laventur: Foliorum decocto propinato Macassarenses abdominis tormina & colicas curant, maximæ etiam ipsius arboris nuces cum aqua contritæ & Emplastri forma fronti inlinitæ Cephalalgiam curant. Montana species hortis conmissa & detruncata iterum progerminat. Hoc in ligno, quod Chinensis *Noncko* jubebat findi ad focum, quum is esset Araci exustor, reperta fuit rara & elegans *Dendritis Caſuarina*, a nobis loco suo descripta.

Quidam mihi narrarunt, sese in Java & Sumatra crassas observasse hujus generis arbores, ex quarum trunci inferiore parte albicans exstillaret gummi, hoc vero in hisce Orientalibus insulis nunquam fuit compertum.

Aquilæ marinæ nidos suos componunt in harum arborum maximis ramis, ut ex iis in mare prospiciant. Anno 1675. talis nidus in Manipa per ventum projiciebatur cum toto disrupto ramo, in quo scopuli frustum inveniebatur ab aquila depositum palmam vix magnum, cui adcreverant varia clari crystalli frusta, quorum maximum digitum longum erat, inregulare, & hexagonum, superius acuminatum: Rudes ac inperiti incolæ

Op Maleyts Caju Tsjammara, *dat is* Arbor Circinnorum, *want van verre aan te zien gelykt hy zeer wel vol bayrlokken te bangen. Ternaats* Liluwi. . . . . . *Macaſſers* Caju Angin *en* Angi Angin, *dat is wind-boom, om dat 'er de wind zulk zuyſſen in maakt. Amboins* Ayſamara, *en op Leytimor* Lour. *Loeboenees* Lauewul. *Baleys* Caju Merack, *dat is Paauwen-boom, om dat zyne bladeren eenigzints na een kuyf van een Paauw gelyken. Bandaes* Kullehur *en* Cullewur. *Op Ooſt-Ceram* Ureul, *op Tombockaans 't ſtrand-geſlagt* Ucu, *'t welk van 't Amboinſche geſlagt niet veel verſchilt, en 't Landgeſlagt met de groote vruchten* Huay *en* Canjang Ya, *dat is hoofdmedicyne.*

Agter en tuſſchen de bladeren komen langwerpige en ſpitze knoppen voort, een lid van een vinger lang, en bruyn-rood, die hun openen in tien ſpitzen of ſtralen, geenzints wyd geopent, maar ſlegts gapende, als een kelkje; daar binnen ziet men tien ſmalle blaadjes of draadjes, aan haar bovenſte in tween gekloven, boog-geel, en niet boven de buytenſte, maar wel tuſſchen dezelve doorkykende, en ligt uytvallende, dewelke zyn 't bloeyzel van dezen boom. In de midden dezes kelks ſtaat een langwerpig heuveltje, beneden met een buykje, en boven met een hals, als een oly-kruykje. Uyt deſſelfs mond waſt de vrucht, zynde een langwerpige ronde bouwe, een ſpan of een voet lang, en een kleene vinger dik, in de lengte geribt, by haren oorſpronk rood, de reſt uyt den bruynen en donkergroenen gemengt, kruydachtig van ſubſtantie, maar ten laatſten wat houtachtig, van binnen met een wit droog hert, in de gedaante van een dikke zenuwe, 't welk by 't ſlegte volkje eetbaar is. Deze bouwen ryp zynde, vallen uyt den geſternden beeker, die aan den boom blyft hangen, en met haare ſpitzen in de aarde rakende, gewinnen wortelen, en brengen jonge boompjes voort: de bladeren uyt 't agterſte eynd voortkomende, en al vallen de bouwen dwers op de aarde, zo ſchietenze evenwel uyt het voorſte eynd haare worteltjes in de aarde, en regten haar als dan op.

Het hout is ros of roodachtig, hard, ſwaar, zappig, en in de lengte ligt ſcheurende, van een moeraſagtigen of ſwaveligen reuk, die nog ſterker in de ſchorſſe is, ligt brandende al is 't groen, als 't maar een kleene poos in 't vuur gelegen en berookt is, wanneer het fel brand, en een ſterke hitte geeft, dog met wat knerſſen en ſpringen, 't welk in 't drooge meeſt vergaat, wiens oorzaak is de ſwavelagtige vettigheid, die 't uyt de moeraſſige en zoute gronden trekt.

Dewyl nu deze boomen altyd ſtaan in weekagtige en moeraſſige gronden, of op zodanige ſtranden, die het zout water met beurten van Ebbe en Vloet ontbloot en bedekt, zo ſtaan de wortelen ook gemeenelyk boog boven de grond bloot, van veele ſwarte en ronde worſten gemaakt, als ſlangen door malkander gevlogten van den eenen boom tot den anderen, dat men gantſch moeyelyk daar over gaan kan; want zo men daar van afſlipt, raakt men tot in de midden toe in de moeras. Egter is daar onder altyd een hard-

ſo obruimur cæno, ſub hoc tamen ſemper durum ſaxoſumque reperitur ſolum, cui arborum radices ſeſe infigunt firmiter, ſuperiores vero & laterales harum radices fungoſæ admodum ac molles ſunt, ita ut facillime cædi & diſrumpi poſſint, dumque hæ arbores quam arctiſſime ſibi adſtant, magnamque hujus litoris occupant partem ad aliquot milliarium ſpatium, talibusque intricatis radicibus ſibi innectuntur ita, ut unam radicum congeriem conſtituant, hinc regionem iſtam ab hac parte vix permeare poſſumus, dum ad minimum ad ſclopeti minoris diſtantiam, in quibusdam vero locis ad majoris ſclopeti projectum ſuper has radices incedere cogamur, antequam ad ſiccam perveniamus terram, quod incolis non ita difficile eſt, qui has ſuperſiliunt radices inſtar hircorum, quum Europæi melius norint calceis incedere.

Ubi vero diu morari volumus, pontes lignei ſupra has exſtruuntur radices, vel ubi cænum non nimis eſt profundum, radices exciduntur usque ad durum ſolum, quod noſtri milites in Ceramenſibus bellis optime addidicerunt: Arbores autem, quæ diffuſe in arenoſo creſcunt ſolo, nudas itidem gerunt radices, ſed arcte intricatas, & mox arenam perforantes, ut ſolidum occupent ſolum.

Anni tempus. Non certum obſervat hæc arbor florendi vel fructus producendi tempus, quum omni anni tempore, pro varietate inſularum, hos gerant ratione ipſarum varietatum. In Amboina plurimum florentes vidi menſibus pluvioſis, fructusque maturos obſervavi Octobri & Novembri.

Nomen. Generale cunctarum harum arborum nomen eſt *Mangium.* Malaice *Mangi Mangi.* Ac quibusdam ſcriptoribus Belgis *Wortel-boom* ſeu *Radicum arbor*, quod cum *Varinga* haud confundendum eſt. Primam ſpeciem voco *Mangium Celſum*, quum omnium harum arborum altiſſima ſit, & rectiſſimum gerat truncum. Item *Mangium Legitimum*, h. e. verum, ſeu genuinum *Mangi Mangi.* Malaice *Baco* & *Toncke.* Quidam hanc vocant arborem *Mangi Mangi Perampouan* ſeu ~~*fœminam*, quod alii meliore jure~~ ſubſequenti tribuunt ſpeciei. Ternatice dicitur *Lolaro*, noſtræque nationi *Lalary-hout.* Macaſſarice *Sala Sala.* Amboinice in Hitoea *Tehy*, aliis vero in locis *Waccat* & *Waät.* In Leytimora *Watta Lopu*, in Orientali Ceramæ plaga *Akat.* In Bonoa & parva Cerama *Kakil*, Chinenſibus *Katya.*

Locus. Hæc mira aquoſa arbor non tantum plurimum nota eſt in cunctis aquoſæ Indiæ inſulis, ſed ejus ſpecies quoque obcurrunt in India Occidentali, Africa, & ſeptentrionalibus vicinæ auſtralis regionis plagis &c. Prima ſpecies in ipſa raro invenitur Amboina, ſed porro in Cerama, Manipa, & Boerone magna in quantitate, in omnibus nempe finibus & tractibus, in quibus mare eſt pacatum, plana ſunt litora, paludoſa loca, inque iis ad duorum vel trium pedum altitudinem durum ſaxoſumque ſolum, atque ubi mare undis ſuis æſtuaria format. Magnus *Kayeli* ſinus in Boerone, ubi non tantum plana ac cænoſa ſunt litora, ſed ingentia quoque flumina, denſas inprimis harum arborum profert ſilvas in litore; unde a multis annis lignum pro foco petitum eſt pro caſtello Victoria. Magna *Gelolo* inſula profundis ſuis ſinibus non tantum juxta litus amplis harum arborum ſilvis occupata eſt, ſed hæ ad ipſos usque montes creſcunt, ita ut hæ vallibus inſerviant, quibus natura has inſulas munivit in locis habitatis, ut facilis ad ipſas adpulſus prohibeatur.

Uſus. Hoc lignum magnam cum Alno noſtra habet proprietatem, quum nempe cænoſo ſepultum loco durabile admodum ſit, unde & ædium fundamenta talibus exſtructa locis, hujus arboris cæſis ſtipitibus ſternuntur, quæ ſegmenta mortui viri vulgo vocantur. Ubi vero hoc lignum ſicco exponitur loco, vel extra aquam eminet, facillime perit, magnosque, craſſos, & pingues generat coſſos, ante omnia autem teredinem, quæ fiſtulas ſuas per totum diſpergit ſtipitem, nihilominus tamen ubi ſicco ponitur in loco ſub tectis, ſatis diu durabile eſt, unde & non tantum ædium poſtes ex ipſo formantur, ſed etiam clauſtrorum pali, qui in hisce regionibus exſtruuntur in magnum commodum belli temporibus, quum ubique fere erectæ hæ arbores ad manus ſint, palique iſti ſupra terram per aliquot annos incorrupti manent, ubi vero ſiccum tangunt ſolum, intra annum putreſcunt. Optimum

harde ſteenige grond, daar in de wortelen haar vaſtigheid hebben, hoewel de bovenſte en die ter zyde ſtaan, zeer voos en week zyn, zo dat men ze gemakkelyk doorkappen en afbreeken kan, ook dewyl deze boomen zeer digt ſtaan, en een groot ſtuk van den ſtrand beſlaan, zomtyds eenige mylen lang, met zodanige verwerringe van wortelen aan en door malkander, als of het eene wortel was, zo kan men de Landen aan die zyde qualyk aandoen, dewyl men ten minſten een piſtool-ſchoot, op veele plaatzen een roer-ſchoot, en meer, over deze wortelen moet paſſeeren, eer men aan 't drooge land komt, 't welk voor de Inlanders niet zo moeyelyk is, die daar over ſpringen als bokken, als voor een Europiaan, die beter verſtant heeft van ſchaatzen.

Dog waar men lange bylen vind, moet men een brugge van planken over deze wortelen maken, of daar de modder niet te diep is, kapt men de wortelen door tot op den harden gront, 't welk onze Soldaten in de Ceramze oorlogen wel geleert hebben. Welke boomen nu alleen ſtaan hier en daar op een zant-grond, hebben haare wortelen ook wel bloot, maar digt in een gedrongen, en ſtrax in 't zant duykende, om vaſte grond te zoeken.

Sayzoen. *Het heeft geen zeker Sayzoen, bloeyende de vrugtdragende op allerley tyden, na de verſcheidentheid der Eilanden, en na haare diverze Mouſſonnen. Op Amboina heb ik ze meeſt zien bloeyen in de regen-maanden, en de rype vruchten geven in October en November.*

Naam. *Den generalen naam van alle deze boomen is* Mangium. *In 't Maleyts* Mangi Mangi. *By zommige Schryvers in 't Duytſch* Wortel-boom, *'t welk men met de Varinga niet vermengen moet. De eerſte zoorte noemen wy* Mangium Celſum, *om dat 't de hoogſte en regtſte van ſtam is onder alle. Item* Mangium Legitimum, *'t regte of eygentlyke* Mangi Mangi. *Op Maleyts* Baco *en* Toncke. *Zommige noemen 't* Mangi Mangi Perampouan *of* wyfken, *'t welk andere met beter reden de volgende zoorte toeſchryven. Op Ternaats* Lolaro, *en by onze Natie* Lalary-hout. *Op Macaſſers* Sala Sala. *Amboinſch op Hitoe* Tehy, *op andere plaatzen* Waccat *en* Waät, *op Leytimor* Watta Lopu, *op Ooſt-Ceram* Akat, *op* Bonoa *en kleen Ceram* Kakil, *by de Chineezen* Katya.

Plaats. *Deze wonderlyke water-boom is niet alleen meeſt bekent in alle Eilanden van water-Indiën, maar ook zyne geſlagten vint men in Weſt-Indiën, Africa, en de Weſter-deelen van 't naaſte Zuyd-land &c. De eerſte zoorte wert op Amboina zelfs weinig gevonden, maar voorts op Ceram, Manipa, en Boero, in groote menigte, te weten in alle bogten en ſtreeken, daar wat ſtille zee is, vlakke ſtranden, moeraſſige gronden, dog op twee of drie voeten daar onder harde ſteen-grond, en daar de zee met haar overvloeyen eenige poelen maakt. De groote bogt op* Kayeli, *op Boero, daar 't niet alleen vlakke en modderige ſtranden, maar groote rivieren heeft, is inzonderheid met digte boſſchagien van deze boomen aan ſtrand bebleed, waar uyt men in lange jaaren herwaarts al het brandhout voor 't Kaſteel Victoria gehaalt heeft. Het groote Eyland* Gelolo *met zyne diepe inwyken, is niet alleen langs den ſtrand met breede boſſchen van deze boom voorzien, maar die gaan ook tot aan en in 't gebergte, zo dat dit de wallen zyn, waar mede de natuur deze Eylanden bewaart heeft aan bewoonde plaatzen, om het gemakkelyk landen te beletten.*

Gebruik. *Dit hout heeft veel eygenſchappen van ons Elſenhout, te weten om dat 't in een moeraſſigen grond begraven zynde, zeer durabel is; daarom men de fondamenten van gebouwen, die op zodanige grond ſtaan, met eenparige gekapte ſtukken van dit hout belegt, welke mooten men doode mannen noemt. Maar daar dit hout in drooge grond ſtaat, of buyten water uitſteekt, vergaat 't zeer ligt, gewint groote, dikke, vette wormen; maar vooral komt 'er den boor-worm zeer ligt in, die zyne pypen door 't geheele blok verſpreyt; niet te min daar ze op 't drooge, en onder dak ſtaan, konnenze redelyk lang duuren: dies werden niet alleen ſtylen van huyzen daar uyt gemaakt, maar ook Palliſſaden van alderhande Forteſſen, die men hier in deze Ooſterſche Eilanden maakt tot een groot gerief in oorlogs-tyden, wanneer men ſchier over al deze regte boomen by der hand heeft, blyvende boven de aarde eenige jaren onverteert, dog zo verre ze in*

mum porro est lignum non tantum foco, sed etiam furnis, in quibus calx & lateres excoquuntur, quum facillime ardeat, ingentemque excitet calorem. Si in culina adhibeatur, oportet esse siccum, quin strepitum excitet nimium, molestumque fundat odorem sulphureum cænosumque.

Tinctores Chinenses cortice utuntur ad lintea nigro inbuenda colore, ut & ad majora retia tingenda: Creatoris insuper summa benignitas laudanda iterum venit in vili hac arbore, quod medullam nempe ejus fructus edulem creaverit, talibusque largitus fuerit insulis loco panis, in quibus pauca Sagou, Oryzæ, similiumque arborum invenitur copia, unde homines alioquin suum habent victum, quales sunt Boeronenses, Bonoenses, ac præsertim populi Papoenses insulas inhabitantes, qui magis rupes quam ipsam occupant terram, ubi peregrini præ fame morerentur, est enim miserabilis panis, quem stomachus exoticus digerere non posset: Præterea quoque compertum fuit, fructus istis in locis productos multo delicatiores esse illis, qui in Cerama, aliisque crescunt insulis, ubi profundiores sunt paludes, frequentioresque Sagus: Hic autem cibus sequenti præparatur modo: Maturas sumunt siliquas, quas aquæ incoquunt, quam effundunt, dein ex siliquis apertis medullam tollunt, quæ calami crassitiem habet, iterumque hanc coquunt cum Calappi lympha vel piscium jure, quam dein comedunt. Incolæ etiam non abhorrent ab arboris cortice, quem in cibum adhibent, quam sulphureus etiam ejus sit odor, quædam enim ejus sumunt frustula, quæ admiscent cibo *Cocobo* dicto, de quo actum fuit supra in capite de *Atuno litorea*: compertum vero fuit, si hic cortex nimium cibo fuit adjectus, pectori obesse, Asthmaque causare. Viridia etiam folia a plebe cruda comeduntur instar *Ulang* ad *Bocassan*, quum gratum salsumque præbeant saporem ex ipsorum sententia.

Mangi Cossus in hoc generatus ligno digitum longus & crassus est, superius latissimus, ac sensim angustatus, ex octo magnis & quatuor parvis componitur plicis, qui obscure fuscum habet caput, ac tres breves parvosque pedes ab utraque parte, estque albus, glaber, frigidus semper, & madidus. In ligno generatur, quod diu in loco sicco fuit depositum, facileque lignum adrodens exaudiri potest, lignum vero in aquam projectum, statim teredinem generat.

Mirabilem cum hoc ligno Ternatenses instituunt curam contra debilitatum virile robur, ejusque inpotentiam accidentalem, quod summum habent arcanum, ac multiplicem ejus jactant experientiam: Hujus autem ligni palum sumunt, quem alicubi conligant, ut per binos tresve menses in aqua salsa fluctuet, hujus dein segmentum amputant spithamam vel pedem longum, qui autem accuratiores sunt, spithamam perfecte longum, tresque digitos latum expetunt, hoc supra porphyritim terunt crassiore sua parte, simul cum forti aceto rubraque Zingibere, ægroque jejuno propinandum exhibent, quantum & quam fortissime tolerare potest, quo pristinum recuperat robur.

Mangi Mangi in provincia *Quantung* & *Toncquien* crescens, haud multum ab hac prima differt specie, & subsequenti quarta, quæ ambæ ipsis *Catya* vocantur. Tantam adquirunt crassitiem, ut ex ipsorum truncis navium gubernacula formari possint, atque ex ipsorum incurvis ramis anchoræ. Breves ipsarum fructus pauperibus penuriæ tempore pro cibis quoque inserviunt, si Oryzæ proventus non successerit, fructus enim medullam eximunt, parumque istam contundunt, quam in aqua conterunt, & excoquunt, ex qua farinam componunt instar *Sagu-Mantæ*, quam cum Oryzæ farina commiscent, ex qua panes minores coquunt.

Mangle, cujus sæpius Indiæ Occidentalis scriptores mentionem faciunt, pro una eademque arbore habenda est, vel saltem adfinis est Orientali *Mangi Mangi*, sed errorem apud illos plerumque detego, quod nempe *Mangi Mangi* non satis norunt distinguere a *Varinga*. quum ambæ hæ arbores radices ex ramis suis in terram inmittant, Hispanus enim *Plinius Euseb. Nierenbergius libr.* 14. *cap.* 38. primo veram describit *Mangi Mangi* sub nomine *Mangle Oviedi*, quæ optime cum nostro *Mangio*, ac præsertim cum sub-

in de grond staan, verrottenze binnen 't jaar. Voorts is 't eene van de treffelykste brandbouten, niet alleen in de keuken, maar ook tot kalk en steen-ovens, brandende zeer ligt, en een geweldige bitte van zig gevende. In de keuken moet bet wat gedroogt zyn, anderzints knerst 't te zeer, en valt lastig met zynen swaveligen en moerassigen reuk.

De Chineeze Verwers gebruyken de schorsse onder 't swart verwen van 't linnen, als mede om groote netten daar mede te tanen: Nog blyft des Scheppers goedheid in dezen veragten boom, dat by de beest of 't bert van de vrucht eetbaar beeft gemaakt, en zodanige Eylanden tot brood gegeven, daar weinige Sagoe, ryst, en diergelyke boomen wassen, daar men anders zyn nootdruft van beeft, gelyk 'er zyn die van Boero, Bonoa, en inzonderbeid alle de Papoese Eylanden, die meer op klippen, dan land woonen, en daar Vreemdelingen van bonger zouden moeten vergaan; want bet is een brood van elende, dat geen uytlandsche maag verdragen kan. Daar en boven beeft men bevonden, dat de vruchten op voornoemde plaatzen veel smakelyker zyn dan op Ceram, en andere Eylanden, daar dieper moerassen, en meer Sagu-boomen gevonden werden; Deze kost bereydenze aldus: Zy nemen de rype bouwen, kooken die in 't water op, 't welk zy weggieten, daar na de bouwen geopent zynde, nemenze 't pit of merg daar uyt, 't welk in de dikte van een schaft is, en kooken 't nogmaals op met Kalappus-melk of visch zop, en eten 't alzo. De Inlanders zyn ook niet vies van de schorsse tot de kost te gebruyken, boe swavelig die van reuk is, want zy neemen ettelyke kleene stukjes daar van, en vermengen die onder de kost Cocoho *genaamt, waar van boven in 't Kapittel van* Atunus Litorea *vermeld is, boewel men bevind, dat de schorsse te veel in de kost gebruykt, de borst beswaart, en korten asem maakt. De groene bladeren werden van 't gemeene volkje ook raauw gegeten, gelyk* Ulang *tot* Bocassan, *om datze aangenaam brak zyn, zo zy gevoelen.*

De worm of Cossus *die in 't bout groeyt, is een vinger lang en dik, vooren breetst, en allengskens toesmallende, bestaande uyt agt groote en vier kleene vouwen, met een donker-bruyn boofdeken, en drie korte voetjes, te weerzyden wit, glad, altyd kout, en vogtig. Hy groeyd in 't bout, dat een tyd lang op 't drooge gelegen beeft, en men kan bem gemakkelyk in 't bout booren knagen, maar bet bout op 't water leggende, genereert ten eersten den boor-worm.*

Een klugtige kuure maken de Ternatanen ook met dit bout, tegens de betoverde manlykbeid, en zyn verswakking, 't welk zy egter voor een groot gebeim bouden, en veelvoudige Experientie daar van roemen. Zy nemen een sparre van dit bout, binden die ergens vast, en laten bem dus twee of drie maanden in zout water dryven, bier af kappense een spaan van een span, of een voet lang; die curieuser zyn, willen bem precies een span lang en drie vingers breed bebben, die wryvenze op een steen met bet dikste eynd, t'zamen met sterken azyn en roden Gember, en geven 't den Patient nugteren te drinken, zo veel en sterk by verdragen kan, waar door by weder fris zal werden.

Het Mangi Mangi *dat in de Provintie* Quantung *en* Toncquien *wast, verschild niet veel van deze eerste, en de volgende vierde zoorte, beyde by bunlieden* Catya *genaamt. Zy werden zo dik, dat men uyt den stam roers tot Vaartuygen, en uyt de kromme takken ankers kan maken. De korte vruchten verstrekken de arme luyden in bongersnood ook voor kost, als 't rys-gewas niet wel slaagt, want zy nemen de voornoemde pit uit de vruchten, kneuzen dat een weinig, wryven bet in water, koken bet, en maken daar van een meel, als* Sagu-Manta, *'t welk zy dan met rys-meel vermengen, en broodjes daar af bakken.*

Mangle, *waar van de Schryvers van West-Indiën dikwils gewag maken, moet men voor een en 't zelfde, of immers voor een naaste zoorte van 't Oost-Indische* Mangi Mangi *agten; dog bemerk ik doorgaans by dezelve een abuys, dat zy 't Mangi Mangi niet veel weten te onderscheiden van de* Varinga, *om dat beyde de boomen van baare takken wortelen in de aarde schieten; want den Spaanschen* Plin. Euseb. Nierenbergius. Lib. 14. cap. 38. *beschryft eerst de regte* Mangi Mangi, *onder den naam van* Mangle *uyt* Oviedus, *'t welk zeer wel met*

C
B
A

subsequenti *Candelario* convenit, quæ autem mox addit ex relatu *Fabricii Mordentis Clusio* facto de mirabili radicifera arbore circa *Goam* crescente, de *Varinga* intelligenda sunt: Quæque *Fernandus Lopes Castagneda* de *Mangua* scribit, de nostra *Mangi Mangi*. Arbor quoque *Ensanda* a *Nierenbergio* male *Enlanda* vocatur. Loanda in regno *Congbo* crescens, & a *Pigafetta* descripta, arbor est tam a *Mangi Mangi*, quam a *Varinga* diversa, cum ultima autem optime conveniens: Quæ Historia Gallica *Antillarum cap.* 8. scribit de arbore *Paraluvier*, postea indicabitur in capite de *Mangio Candelario*.

met ons Mangium, *en inzonderheid met 't hier aan volgende* Candelarium *over een komt*: *Maar het geen hy strax daar by voegt uyt 't verhaal van* Fabricio Mordente *aan* Clusio *gedaan, van de wonderlyke Wortelboom omtrent* Goa *wassende, moet men van de* Waringa *verstaan; en 't gene* Fernandes Lopes Castagneda *van de* Mangue *schryft, wederom van onze* Mangi Mangi. *En den boom* Ensanda *by* Nierenbergius *qualyk* Enlanda *genaamt. De* Loanda *in 't Koninkryk* Conga *wassende, en door* Pigafetta *beschreven, is een boom zo wel van de* Mangi Mangi, *als de* Waringa *verschillende, dog met den laatsten best overeenkomende. Wat de Fransche Historie* Antill. cap. 8. *schryft van den boom* Pareluvier, *zal hier na gezegt worden in 't Kapittel van* Mangium Candelarium.

Varingæ non tantum radicem, ac potissimum sub nomine *Ficus Indiæ*, sed etiam hanc radiciferam arborem antiquis fuisse notam scriptoribus, videor mihi probare posse inter alios ex *Plinio* qui *libr.* 13. *cap.* 25. arbores describit, in aqua marina crescentes foliis *Lauro* & *Oleæ* similibus, immo totum Orientalem oceanum talibus esse repletum arboribus. Videtur autem ex more istorum temporum res obscure admodum ad ipsum fuisse delatas, magisque obscure ab ipso descriptas, eodem enim in capite Fucum, Algam, Arbores, & Coralliorum frutices conmiscet.

Dat nu niet alleen de wortel boom Varinga, *en wel meest onder de naam van* Ficus Indica, *maar ook deze wortel-boom de oude Schryvers niet onbekent zy geweest; dunkt my, kan ik merkelyk bewyzen, onder anderen uyt* Plinius, *dewelke* Lib. 13. cap. 25. *boomen beschryft, die in zee-water groeyen, met bladeren den Laurier- en Olyfboom gelyk, ja dat den geheelen Orientaalschen Oceaan vervult zy met diergelyke boomen. Dog zo 't schynt na die tyds manier, zyn hem die dingen wat donker aangebragt, en nog donkerder van hem beschreven; want in 't zelfde Kapittel mengt by wier, kroos, boomen, en beesters, allegaar door malkander.*

Tres insuper *Mangue* seu *Mangle* species scribit *Piso. libr.* 4. *cap.* 42. in Brasilia crescentes, quarum binæ priores species nullam cum nostro *Mangi Mangi* habent adfinitatem, sed tertia peculiariter Brasilianis *Guapariba*, Portugallis *Mangue Verdadeiro* dicta, fere cum subsequenti nostro *Mangio Candelario* convenit, longas enim fuscasque gerit siliquas, intus amara repletas medulla, binas simul dependentes, quæ decidentes magis cancrorum quam hominum inserviunt nutrimento; ita autem litora obcupat, ut fere nemo ad ea adpellere possit, ubique ex ramis suis radices in terram emittens. Ejus vero radix mollis est & aquosa, quæ conscissa, supra carbones tosta, venenatisque ictibus piscis *Nigui*, qui hisce in terris vocatur *Ican Swangi*, inposita dolorem sedat, vulnusque curat, licet in initio dolor exacerbetur, sed dein sensim decrescit, quod promptum est remedium ac solatium piscatoribus, qui illud primum detexerunt, nostroque indicarunt populo.

Nog drie zoorten van Mangue *of* Mangle *schryft ons* Dr. Piso. libr. 4. cap. 42. *in Brasil wassende, waar van de twee eerste zoorten geen gemeenschap hebben met onze* Mangi Mangi, *maar de derde in 't byzonder op Brasiliaans* Guapariba, *Portugees* Mague Verdadeiro, *komt ten naasten by met ons volgende* Mangium Candelarium *over een, want het draagt lange bruynachtige houwen, binnen met een bitter merg gevuld, twee en twee by malkander hangende, dewelke afvallende, meer dienen tot een voetzel van de krabben, dan de menschen. Het beslaat de stranden zodanig, dat men dezelve kwalyk kan aandoen, over al uyt zyne takken wortelen in de aarde schietende. Zyn wortel is week en waterachtig, dewelke in stukken gesneeden, op koolen gebraden, en gelegt op de fenynige steeken van den Visch* Nigui, *zynde hier te lande den* Ican Swangi, *beneemt de pyn, en herstelt het lidt, hoewel de pyn in 't eerste vermeerdert, maar daar na allengskens vermindert; een troostelyk en gereed geneesmiddel voor de Visschers, die zulx eerst ontdekt, en aan ons Volk geopenbaart hebben.*

Fuscus trunci cortex ibi quoque adhibetur ad retia tingenda. Incolæ nostri de usu corticis nil norunt, sed medullam fructuum sub cineribus torrent, quam ictui sensim adplicant. Fructuum cortex cum pulligine contritus arma clypeosque eleganti obducit ac tingit colore, ita ut splendeant.

De bruyne schorsse des stams werd aldaar ook gebruykt om de visch-netten mede te tanen. Onze Inlanders weten van 't gebruyk des wortels niets, maar wel uyt 't merg en pit der vruchten, datze onder de assche heet braden, daar na op den steek wat ver houden, en allengskens naderen. De schelle der vruchten met eenig swartzel gewreven, verft de schilden schoon swart en blinkende, als mede de Calebassen.

In *Rumphii Adpendice* hæc adduntur.

* In *Hort. Malab. part.* 6. *Fig.* 31. tres hujus arboris discribuntur species sub nomine *Candel*, quarum prima species Malabarice proprie vocatur *Candel*, Portugallice *Pao Salgoedo Macho*. Belgice *Run-boom*, quæ figura, descriptione, & usu cum nostro convenit *Mangio Celso*. Subsequens Figura 34 *Pee Candel* dicta, Portugallice *Salgeyra Mamato*, Belgice *wilde Run-boom*, nostrum mentitur *Mangium Candelarium*, vel saltem subsequens *Tsjerou Candel*, Portugallice *Salgeyra Major* dicta, Belgice *water-Run-boom*. Figur. 38. *Pou Candel*, Portugallice *Salgeyra Ferma*, Belgice *kleyne Run-boom*, quandam habet convenientiam cum *Mangio Fruticante*, *Mangium* vero *Caseolare part.* 3. *Fig.* 40. describitur sub Malabarico nomine *Blatti*, Portugallico *Jamboe de Mato*, Belgico *Sterre-bollen*.

Dit werd 'er in het Aanhangzel *van* Rumphius *bygedaan.*

In Hort. Malab. part. 6. Fig. 31. *werden zes zoorten van dezen boom beschreven onder den naam van* Candel, *waar van de eerste zoorte in 't Malabaars genaamt is* Candel, *in 't Portugeesch* Pao Salgoedo Macho, *in 't Duitsch* Run-boom, *in figuur, beschryving, en gebruyk, over een komende met ons* Mangium Celsum. *De volgende Tabula* 34. *genaamt* Pee Candel, *in 't Portugeesch* Salgeyra Mamato, *in 't Duitsch* wilde Run-boom, *wil ons* Mangium Candelarium *zyn, of immers het volgende* Tsjerou Candel, *in 't Portugeesch* Salgeyra Major, *in 't Duitsch* water-Run-boom. *Fig.* 38. Pou Candel, *Portugeesch* Salgeyra Ferma, *Duytsch* kleene Run-boom, *heeft eenige overeenkomst met ons* Mangium Fruticans; *maar het* Mangium Caseolare *wert beschreven Part.* 3. *fig.* 40. *onder den Malabaarzen naam* Blatti, *Portugeesch* Jamboe de Mato, *Duitsch* Sterre-bollen.

Tabula Sexagesima Octava

Ramum exhibet *Mangii celsi*.
Ubi Litt. A. Ejus *florem caliculatum* denotat.
B. *Florem* cum *fructus rudimento*.
C. *Fructum* ipsum *pericarpio* contentum.

De acht-en-zestigste Plaat

Vertoont een Tak van de hooge *Mangi-Boom*.
Alwaar Lett. A. deszelfs *Bloem* met de kelk vertoont.
B. De *Bloem* in zig bevattende het *beginzel des vruchts*.
C. De *vrucht* zelfs, met zyn *kelk* omvangen.

OBSERVATIO.

Hæc vera est Kandel *H. Malab. part. 6. Tab.* 31 & 32. exhibita, & Mangle Pyri foliis, cum siliquis longis, Ficui Indicæ adfinis. *Sloan. Cat. Pl. Jam. & Voy. Jam. part.* 2. *p.* 63. ut & *Ray Hist. dendr. p.* 715. & Mangles arbor Pyrifolia salsis & uliginosis locis in America proveniens, fructu oblongo tereti, summis ramis radicosa. *Plukn. Almag. p.* 241. *Tab.* 204. *Fig.* 3. Mangles aquatica foliis subrotundis & punctatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 13.

AANMERKING.

Dit is de waare *Kandel* van de *Hortus Malab.* in het *zesde deel Tab.* 31 en 32 verbeeldt, en de *Mangle* met het bladt van de *Peere-Boom* met *lange peulen* als de *Pisang*, van *Sloan.* in zyn *Catal.* van de *Jamaice gewassen*, en in het *tweede deel* van de *Jamaize Ryze p.* 115. en de *Mangle-Boom* met het bladt van de *Peere-boom* in zoute en vogtige plaatzen in America groeiende, met een lange schraale vrucht, aan zyn takken wortelen uytschietende, by *Pluknet* in zyn *Almag. p* 241. *Tab.* 204. *Fig.* 3. en de *water-Mangle-Boom* met rondachtige en gespikkelde bladeren van *Plum.* in zyn *Catal. pl. Amer. p.* 13.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Mangium Minus. Palun.

PArva hæc *Mangi Mangi* species, rectos & teretes instar palorum emittit truncos, circa radices tamen fruticosa est, ubi plurimis se extendit ramis, verum truncum obtegentibus. Truncus ad summum cruris habet crassitiem, ac circa radices alatus est, ubi fungosum ac molle ejus est lignum. Ejus cortex non ita est rugosus & fissus ac præcedentis, sed intus croceus seu ruffus, ac succosus.

Folia eodem sita sunt modo instar prioris, in ramulorum nempe summo, sed nullum regularum observant ordinem, suntque minora ac rotundiora quam præcedentis, illis *Mangii Fruticantis* simillima, quatuor pollices longa, binos lata, oviformia, saltem superius subrotunda, glabra, crassiuscula, splendentia, plurimisque venulis pertexta.

Flos stellatum quoque refert calicem ex quinque apicibus constantem, semi-apertum: Intus tot quoque alba & flaccida locata sunt petala, reliqua autem floris pars repletur plurimis albicantibus staminibus: Bini plerumque flores brevibus simul insident pedunculis.

Fructus longæ itidem sunt siliquæ uti antecedentis, ultra pedem longæ, striatæ, nunc obscure virentes, dein luteæ, ac demum obscure fuscæ, prope ortum angustatæ, calamum circiter crassæ, ac sensim crassescentes ad minoris digiti crassitiem, quæ dein subito connivent. Geminæ semper dependent forma minorum candelarum ceracearum, intusque cor gerunt album herbaceumque, uti in priore, non autem ita edule: Hæ siliquæ caliculo itidem insident pollicem crasso, superius latiusculo, ex quinque obtusis apicibus spinas mentientibus formato.

Lignum est uti præcedentis, sed pallidius & mollius, ejusque radices nigricantes instar serpentum supra terram etiam decurrunt, sed parum sunt fungosæ & fragiles. Octobri floret, fructusque copiosi subsequenti mense ex arbore dependent, qui in terram prolabentes arbusculas emittunt, apicibus suis terram perforantes & sese erigentes.

Nomen. Latine *Mangium Minus*, nullo autem alio huc usque innotuit nomine nisi Amboinensi *Palun* & *Parun*, in Leytimora autem vocatur *Watta Mahina*, quod nomen commune est cum subsequenti *Mangio Caryophylloide*.

Locus. Hæc species remotius a litore crescit quam *Mangi Mangi* celsum, sed semper talibus in paludibus & æstuariis, quæ ab aqua marina superfluente formantur, ubi densas format silvas. In ipsa Amboina non crescit, vel raro in *Laha*, sed copiose in insula porcina, in Cerama, in tranquillo sinu *Tanoeno* & *Caybobbo*.

Usus. Ejus lignum non valet ad tignum, quum nimis sit molle, nec durabile, sed foco quodammodo inservit, contra ejus cortex magno in usu est ad cuncta lintea alba intense rubro obducenda colore, si hæc cum cortice coquantur, radicibus *Barcudu*, ac foliis *Leba*, tinctura autem proprie ex *Bangeudoe* elicitur, binæ aliæ vero res consistentiam & perennitatem addunt; ex defectu veri *Pharmaci Sagueri*, quidam hujus

LIX. HOOFDSTUK.

Kleyne Mangi-Boom.

D*It kleen geslagt van* Mangi Mangi *schiet wel met regte en ranke stammen als sparren op, blyft egter omtrent de wortel een struyk, zig met veele takken verspreydende, en den regten stam bedekkende. De stam is op 't hoogste in de dikte van een dye, en heeft omtrent de wortel eenige vlerken, van een week en voos hout. De schorsse is zo ruyg en geborsten niet als aan 't voorige, van binnen mede hoog-geel, of ros, en zappig.*

De bladeren staan op dezelfde wyze, als aan het voorige, aan 't uytterste der takjes, dog in geen preciese ordre, en zyn kleender en ronder dan de voorige, die van 't Mangium Fruticans *zeer gelyk, vier duymen lang, twee breed, ey-formig, immers van vooren rond, dikagtig, glad, glimmende, met veele kleene adertjes doortogen.*

Het bloeyzel is mede een gesternt kelkje, van vyf spitzen gemaakt, die altyd half geopent staan. Binnen staan ook zo veel witte en slappe blaadjes, zynde de rest uytgevult met veele witte draadjes. Deze bloemen staan gemeenlyk twee by malkander op korte steelen.

De vruchten zyn insgelyx lange houwen, als aan 't voorige, ruym een voet lang, gestreept, donker-groen, daar na geel, en ten laatsten donker-bruyn, by haren oorspronk smal, omtrent een schaft dik, en allengskens uytpuylende tot de dikte van een pink, daar na weer schielyk toegespitst. Zy hangen altyd twee en twee by malkander, in gedaante van kleene was-kaarzen, en van binnen een wit kruydachtig hert, gelyk het voorige, dog zo bequaam niet om te eeten. Deze houwen steken mede in een bekertje, een duym lang, aan zyn hoofd breedst, en met vyf stompe spitzen, als doorntjes bezet.

Het hout is 't voorige gelyk, dog bleeker, en weeker, de swarte wortelen staan ook als slangen boven de modder, dog zyn weinig, voos, en breeksaam. Het bloeyt in October, en de vruchten ziet men in meenigte aan de boomen hangen in November; op de aarde vallende, veranderen ze in jonge boompjes met de spitze in de aarde wortelende, en zig voorts oprigtende.

Naam. *In 't Latyn* Mangium Minus, *voorts is 't nog met geen anderen naam bekent dan met den Amboinschen* Palun *en* Parun, *op Leytimor hiet het* Watta Mahina, *gemeen met het* Mangium Caryophylloides, *en 't volgende.*

Plaats. *Deze zoorte wast wat verder van strand af dan de groote* Mangi Mangi, *dog altyd in zodanige moerassen en inbammen, die het overvloeyende zee-water maakt, alwaar het in digte bosschen by malkander wast. In Amboina zelfs heeft men 't niet, of weinig in de* Laha, *maar overvloedig op het Varkens Eiland, op Ceram in de stille bogt van* Tanoeno *en* Caybobbo.

Gebruik. *Het hout deugt niet tot eenig timmerwerk, als zynde te week en niet durabel, maar eenigzints tot branden, daar en tegen de schorsse is in een groot gebruyk om allerbande wit linnen hoog rood te verwen, als men het zelve kookt met deze schorsse, wortelen van* Barcudu, *en de bladeren van* Leha, *komende de verwe eygentlyk van* Bangeudoe, *maar de twee andere geven haar de vastigheid; by gebrek van 't opregte* Pharmacum Sagueri, *nemen*

A
B

hujus corticis eligunt minora frusta, quæ grosso contundunt modo & dulci admiscent liquori Toewak dicto, cum quibus hic potus coquitur, unde hic non admodum amaricat sed austerus est: Defectu Pinangæ caliculus, cui fructus insidet, cum Siri & calce masticari potest.

nemen zommige van deze schorsse ettelyke kleene stukjes, stotenze grosselyk, doen ze in den zoeten Towak, en kooken hem daar mede, waar van de drank niet zeer bitter, maar wrang word: By gebrek van Pinang kan men het kelkje, daar de vrucht aanbangt, met Siri en kalk knouwen.

Tabula Sexagesima Nona

Ramum exhibet *Mangii minoris*.
Ubi Litt. A. Ejus *flores*,
B. *Siliquas apertas* exhibet.

De negen- en zestigste Plaat

Vertoont een Tak van de *kleyne Mangi-Boom*.
Alwaar Lett. A. des zelfs *bloemen*,
En B. de *geopende vruchten* aanwyzen.

OBSERVATIO.

Hæc est *Cari Candel H. Malab. part. 6. Tab.* 35. exhibita.

AANMERKING.

Dit is de Cari Candel van de *Hortus Malab. zesde deel, Tab.* 35.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Mangium digitatum. Tonke Parampoean.

QUi *Mangium Celsum* marem putant, hanc tertiam speciem feminam esse dicunt, quum in omnibus suis partibus sit magis glabra. Ejus truncus est brevior & gracilior illo *Lolari*, in paludosis locis alte excrescens instar pali, in siccis vero crassus est truncus & firmus, glabro obductus cortice, ejusque coma extensa est instar *Bonga Tanjong*, folia gerens densa ut & ramos plurimos. Hujus folia breviora sunt illis præcedentis primæ speciei, quinque sexve pollices longa, tres lata, in paludosis vero locis latiora gerit folia, in firmum desinentia apicem, ad ramorum summum locata, bina sibi obposita, ac fere cruciata; suntque porro glabra, firma, nullas fere notabiles gerentia venas, nisi in inferiore ipsorum parte, ubi & vix in conspectum veniunt, atque nervus medius maxime protuberat, superne vero penitus sunt glabra, & per medium sulcata. Ipsorum sapor non adeo salsus est, sed magis adstringens, & amaricans, atque ramulorum extremum in longum viridemque desinit apicem, uti in *Varinga*.

Hujus flos paulo minor est, ac stellatum refert calicem ex octo, decem, & undecim radiis constantem, ample extensis, ac demum retroflexis, externe virentibus, atque in ejus centro tot quoque stamina locantur facile decidua, & coronam relinquentia, in cujus centro pistillum invenitur in longum stilum extensum, quod in fructum excrescit, qui primo oblique positus est, atque magis excrescens dein dependet, multo autem brevior est præcedentibus, majorem digitum longus & ita crassus, prope ortum suum vero est angustior, semperque viridis ac glaber est, nec angulosus nec striatus. Intus albicans etiam & sicca continetur medulla ad calami crassitiem, edulis quoque.

Radices supra terram elevantur nudæ, uti in reliquis *Mangi Mangi* speciebus, hujus vero non ita extenduntur, atque crassissimæ & vetustæ radices supra terram elevatæ intus rubent, instar inmaturi *Lacba-ligni*, cujus odorem etiam spirant, unde & suffimigiis inservire possunt. Hujus lignum est uti reliquorum *Mangiorum*, sed mollius, humidius, nec ita facile flammam concipit ac verum *Lolaro*, plures quoque nodos habet ob ramorum copiam & numerum: In paludosis itidem crescit litoribus, in quibus tamen cænum non ita profundum est, aliquando etiam magis remote in ipsa crescit terra in siccis locis, & ad majorum fluminum ripas.

Nomen. Latine *Mangium digitatum*, ob digitorum formam, quam fructus referunt: Malaice *Tonke Parampoean*. Ternatice *Daudau*. Amboinice *Watta Mabina*, quod nomen commune habet cum antecedenti & subsequenti *Caryophylloide*.

Locus. Copiose obcurrit in Cerama, circa *Assaboedi* & *Hennetello*, uti & in Macassara, aliisque in Celebes locis, paucæ etiam quædam arbores in Sinu Amboinensi conspiciuntur.

Usus.

LX. HOOFDSTUK.

De gevingerde Mangie-Boom.

DIe *bet* Mangium Celsum *voor 't manneken bouden, maken van deze derde zoorte 't wyfken, om dat bet over al aan zyn deelen gladder is. De stam is korter en ranker dan aan 't* Lolaro, *in moerassige plaatzen boog als een sparre, maar op drooge plaatzen staande, dik en gezet, met een evene schorsse, en de kruyn is uytgebreyd als een* Bonga Tanjong, *digt van takken en loof. De bladeren zyn korter dan aan de eerste zoorte, vyf en zes duymen lang, drie duymen breed, in moerassige plaatzen nog breeder, met een styve spits, aan 't uytterste der takken digt, twee en twee tegen malkander, en ten naasten by in 't kruys staande; voorts glad, styf, en zonder merkelyke adertjes, die men van onderen eenigzints zien kan, alwaar ook de middel-zenuwe verre uytbuylt, maar boven zynze gebeel glad, en in de midden gevoornt. De smaak is zo ziltig niet, maar meer zamentrekkende, wat bitter, en 't voorste der ryskens eyndigt in een lange groene spits, gelyk aan de* Varinga.

De bloem is wat kleender, mede een gesternt kelkje, uyt agt, tien, en elf straalen gemaakt, die zig wyd openen, en ten laatsten agterwaarts buygen, groen van buyten; in de midden staan ook zo veel vezels, die ligt afvallen, en een kransje nalaten, in wiens midden op een knopje een lange draat staat, waar uyt de vrucht wast, eerst schuyns staande, daar na grooter geworden nederwaarts bangende, veel korter dan aan de voorige, ruym een middelste vinger lang, en ook zo dik, dog by den oorspronk smalder, altyd groen en glad blyvende, zonder boeken of ribben: In de midden is insgelyks een wit en droog bert, in de dikte van een schaft, 't welk eetbaar is.

De wortelen staan boven de aarde bloot, gelyk aan alle de Mangi Mangi, *dog zo veel niet: De oude en dikste daar van, die boven de aarde kyken, werden van binnen rood, als 't onrype Lacba-bout, wiens reuk zy ook bebben, en dierbalven bequaam zyn tot reukwerk. 't Hout is gelyk aan andere* Mangi Mangi, *dog weeker, vogtiger, en brand zo ligt niet als 't regte* Lolaro, *ook knoestiger wegens de veele takken. 't Wast mede op moerassige stranden, dog daar zo diepen modder niet is, zomtyds ook wat landwaart in, op drooge plaatzen, en aan de kanten van groote rivieren.*

Naam. *In 't Latyn* Mangium Digitatum, *na de vingerformige gedaante van de vrucht. Op Maleyts* Tonke Parampoean. *Ternaats* Daudau. *Amboinscb* Watta Mahina, *gemeen met 't voorige en 't volgende* Caryophylloides.

Plaats. *Men vind bet veel op Ceram, omtrent* Assahoedi *en* Hennetello, *als mede op* Macassar, *en andere plaatzen van Celebes. Ettelyke boomen ziet men in den Amboinschen inbaw.*

Gebruik.

Usus. Hujus arboris lignum vel cortex in nullo vel pauco admodum sunt usu, longissimi enim & gracilissimi ejus trunci ad palos tectorum adhibentur, post exstirpationem vero per aliquot tempus erectos stare oportet, ut liquor exstillet, alioquin enim hoc lignum facile putrescit, præsertim si solum tangat.

Fructuum medulla in aqua ebullitur, ac dein per noctem in recenti maturatur aqua, tumque cibo apta est, licet quam maxime sit adstringens, nostroque stomacho ingrata, nihilominus tamen plurimi Celebes populi ex hoc misero vivunt pane, uti & alii *Oebissin* incolæ, ipsisque adeo gratus est ac nobis *Castaneæ*. Fructus porro crudi in usum vocari possunt defectu Pinangæ cum Siri & calce masticati: Ejus odorata radix vix nota est. Cujus tantummodo portiunculam habui, quæ inventa fuit circa Assahoedi. Quidam Rhizotomi Boeronenses hunc fructum ad oculorum morbos adhibent, ut nubeculam externam tollant & depurent, quem cum pauxillo aquæ & succo *Limonelli Aurarii* conterunt, atque oculo instillant, ut ejus nubeculam detergant.

N. B. Adnotandum est, tres has subsequentes *Mangi Mangi* species unius ejusdemque esse naturæ, unde & ad unum pertinent genus, atque hunc generalem gerunt characterem, quod juniora nempe folia ad ramulorum extremum semper terna in acuto sacculo tanquam in corniculo convoluta simul proveniant: Exteriore enim involucro seu vagina sublata tres occurrunt petioli, quorum quivis suum sustinet folium, quorum medium minimum est, omnia vero hæc tria folia sibi involuta sunt, viscosoque muco quasi adglutinata.

Gebruik. *Het hout en schorsse van dezen boom zyn in geen byzonder gebruyk, behalven dat men de langste en rankste stammen tot sparren in het dak werk neemt, maar men moet ze naar 't afkappen een tyd lang over eynd staan laten, dat de vogtigheid ter dege uytloope, anders ints de grond rakende vergaat dit hout zeer ligt.*

Het merg van de vruchten wert in water opgekookt, nog een nagt in versch water geweekt, zo wert het tot de kost bequaam, hoewel het zeer zamentrekkende, en voor onze mage onaangenaam is, niet te min veele Volkeren van Celebes leven van dit elendig brood, gelyk andere Eylanders van Oebissin, *en het is haarlieden zo smakelyk als ons de Castanjen. Anders kan men de raauwe vruchten ook gebruyken by gebrek van Pinang, met Siri en kalk te knouwen. De welriekende wortel is zeer weinig bekent. Ik heb 'er maar een stuk van gezien en gehad, 't welk omtrent* Assahoedi *gevonden was. Zommige wortel-mannen van Boero gebruyken deze vruchten ook tot de Medicynen der oogen, om de nevelagtigheidt, die van buyten daar op kleeft, af te vegen; dezelve met wat water en een weynige zap van* Limonellus Aurarius *vryvende, en daar in druypende 't welk zeer afveegt.*

N. B. Hier staat aan te merken, dat deze drie naastgenoemde Mangi Mangi*-zoorten van eenerley natuur zyn, en daarom onder een geslagt behooren, hebbende daar en boven nog dit tot een gemeen merk-teeken, dat de jonge bladeren aan 't eynde der takkens altyd drie by malkanderen, in een spits zakje, als een hoorntje geroldt, t'zamen voortkomen: want 't buytenste omwintzel en scheede afgenomen zynde, vint men drie steelen, ieder dragende een byzonder blad, waar van 't middelste het kleenste is, alle drie boven malkander gerolt, en met een kleverig lym aan malkander hangende.*

Tabula Septuagesima

Ramum exhibet *Mangii digitati.*

De zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van de gevingerde *Mangi-boom.*

OBSERVATIO.

Hujus figura optime respondet illi *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 31. sub nomine *Kandel* propositæ, ita ut hæ binæ magis varietates quam diversæ species videantur.

AANMERKING.

De Figuur van deze Boom komt zeer wel over een met die van de *Hortus Malab.* in het *zesde deel Tab.* 31. onder de naam van Kandel verbeeld, zo dat deze twee boomen meer veranderingen dan verscheide zoorten schynen te zyn.

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

Mangium Candelarium. Mangi Mangi Ackar.

Quarta hujus generis species rarissima & maxime monstrosa est, quæ ab ordinaria arborum forma multum quoque differt intricata & inmeabili sua silva, ac sepibus quasi litorum, quas in ipsa etiam format aqua, quales terrestres arbores plures in initio subsequentis libri describemus.

Truncum gerit hæc arbor brevem, incurvum, & inregularem, infra in plures nigras & crassas sese dividentem radices, supra terram alte instar arcuum elevatas, ita ut verus conscendi nequeat truncus, superne autem mox sese dividit in tales quoque incurvos ramos, ample extensos, ita ut quædam arbores nil aliud esse videantur nisi congeries & intricatio ramorum & radicum trunco carentium, naturaliter peregrinis hæc ad litora adpellentibus repræsentantes incolarum ferocitatem hasce terras inhabitantium.

Folia eodem locata sunt modo ac præcedentium, sed magis late distant, & majora sunt, ejusdem cæterum formæ, glaberrima, & crassa, venis destituta, excepto nervo medio, qui infra maxime protuberat, ac supra sulcum format, superius vero in firmum desinunt apicem, suntque pinguia, fragilia, & maxime salsa, sex octoque pollices longa, tres vel tres cum dimidio lata: Antequam florem observemus, oblongum & pallide virescens conspicitur capitulum, in aperta fuscaque cellula locatum, parvam referens glandem, quod per mensem obclusum est, antequam sese aperiat.

Flores

LXI. HOOFDSTUK.

Kaarsdragende Mangi-Boom.

De vierde zoorte van 't eerste geslagt is de zeldzaamste en monstreuste van gedaante, en dierhalven van het ordinaris geslagte der boomen veel verschillende, met zyne verwerringe, een ondoorgankelyk bosch, en ombeyninge der Eylanden langs de stranden, of in 't water makende, diergelyke land-boomen wy in 't volgende boek zullen opvoeren.

Het is een korte, kromme, en onfatzoenlyke stam, beneden zig in zo veel zwarte en dikke wortelen verdelende, die hoog boven de grond, als bogen staan, zo dat men den regten stam niet bekennen kan, boven verdeelt hy zig straks in diergelyke kromme takken, die hun wyd uytspreiden, zo dat zommige boomen niet anders schynen, dan een verwerring der takken, en wortelen door malkander, zonder stam, afbeeldende natuurlyk aan de vreemdelingen, die deze stranden genaken, de wildigheid der Inlanders van die plaatzen.

De bladeren staan in dezelfste postuur, als de voorgaande, doch wyder van malkander, en grooter, anders van dezelfste gedaante, zeer glad en dik, zonder aderen, behalven de middel-zenuwe, die beneden verre uytsteekt, en boven een voorn maakt, 't voorste eyndigt in een styve spits, en zyn vet, bros in 't breeken, met een merkelyke ziltigheid, zes en acht duymen lang, drie en vierdehalve breed. Voor de bloeme ziet men een langwerpige bleek-groene knop, in een open bruyn huysken staande, een kleene Ekel verbeeldende, die wel een maand geslooten blyft, eer hy zig opent.

De

Flores ex quatuor brevibus conſtant apicibus ſemi-apertis, ex cinereo & fuſco mixti, intus octo craſſa, pallida, & erecta locantur ſtamina, cum quatuor aliis longioribus & incurvis ſupra florem elevatis. Tales plerumque flores gemini vel bigemini excreſcunt ſimul fuſcis ex capitibus, quæ craſſis curtiſque inſident petiolis: Poſt ſtaminum lapſum in ipſo floris centro tuberculum ſeu ampulla quædam excreſcit uti in prima ſpecie, ſed major & notabilior, ultra pollicis articulum longa, ex qua fructus formatur forma ſiliquæ, ſed major quam in ulla alia ſpecie, binos enim vel binos cum dimidio pedes longa eſt, ultra digitum craſſa, prope ortum anguſtior & rubens, prope apicem craſſior, dura, firma, & inſtar candelæ rotunda, viridis, maculiſque fuſcis notata, non penitus glabra, ſed hinc inde punctata, exterior ejus cortex cultrum craſſus eſt, ſub quo alba & ſicca reconditur medulla, uti in aliis *Mangi Mangi* ſpeciebus, non autem ita apta cibo ac præcedentium: ſi hæ ſiliquæ adeo humiles ex ramis dependeant, ut terram tangant, vel decidentes in terram erectæ elevatæque maneant, radices emittunt, arboreſque formant, alioquin per fluctuantem maris aquam disjiciuntur plerumque, quæ tamen aliis in locis facile progerminant. Præter has undique ex ramis dependent longi, recti, & rotundi quaſi fuſtes perpendiculares, ſi nihil obſtet, vel ſi radicibus obcurrant, oblique ſupra illas, nihilominus tamen recti extenduntur, nullos formantes angulos, ſuntque glabri, æquales, nigricantes vel cornei coloris, acſi lineæ eſſent æqualis craſſitiei, digitum craſſæ, quæ circa ſolum in binos ſeſe dividunt ramos; quamprimum vero hæ terram tangunt, radices mox agunt, atque inſtar tenſorum funium eriguntur, ac ſenſim in ramos excreſcunt, qui tamen mollius gerunt lignum reliquis. Hi adeo copioſi & adunati ſibi adſtant, ut inpoſſibile ſit, per illos tranſire, hique ruffi funes reſpondent Varingæ filis, cujus naturam in omnibus ſuis partibus hæc paludoſa arbor videtur imitari, quas ſæpius etiam ſimul inveni ſibi ſubjunctas, una nempe in terra ſicca, altera in aqua creſcente; ſi vero iſti fuſtes findantur, in tres ſeſe dividunt partes.

Lignum interne ruffum eſt, ſed magis rubens quam *Lalaro*, multoque durius eſt, nodoſum magis, ac cæſu difficile, uti & elevatæ radices durius gerunt lignum omnibus præcedentibus, quæ rugoſo itidem obteguntur cortice: In duris creſcit ſolis, in quibus nullum vel rarum obcurrit cænum, excepta ea parte, cui infixa eſt arbor radicibus ſuis, ubi etiam fovea ſeu ampulla quaſi aqua & cæno repleta obſervatur, ſub hac autem mox obcurrit ſolum durum, ſaxoſum, & coralinum. Locus, cui infixa eſt arbor, maris itu & reditu adſpergitur, invenitur etiam, ubi aqua ipſi eſt perpetua, ita ut hæc arbor cum mari certare videatur de terræ dominio, ubi & ramis ſuis adeo humile ſupra aquam fluctuat, ut vix ſub iis prorepere quis poſſit, quo autem ſolum magis eſt liberum ab aqua marina, quoque durius eſt, eo ſolidius quoque eſt arboris lignum, adſiduus vero, paludoſus, & ſulphureus circa hanc arborem obſervatur odor.

Anni tempus. Capitatus pediculus ac flos Junio progerminat, fructus vero Auguſto obſervantur ac ſubſequentibus menſibus ex arbore dependentes inſtar ſiliquarum *Cannæ fiſtulæ*, ita ut e longinquo putaretur has eaſdemque eſſe, ſi modo nigricarent.

Nomen. Latine *Mangium Candelarium & arcuatum*, ob fructus, qui candelas & radices, tenſos quæ referunt arcus: Malaice *Mangi Mangi Ackar*, & *Lacki Lacki*, quum vulgo hæc ſpecies mas habeatur, uti præcedens *Tonkes* femina eſſe putatur. Amboinice *Wäat Teby*. Macaſſarice *Bancko*, quod derivatur a præcedenti *Babo*. Ternatice *Bido-Bido*, ob formam fructuum *Siriboæ*.

Locus. Non ita frequenter obcurrit ac reliquæ *Mangi Mangii* ſpecies, ſed ubi invenitur, hæc arbor ingentem obcupat locum, potiuſque creſcit inter ſubſequentes *Mangium Caſeolare & fruticans*, quam prope *Celſum*, licet ejusdem ſit claſſis: In cunctis reperitur Amboinæ inſulis, ejuſque ſpecies latiſſima gerens folia, creſcit in parva inſula *Poelo Babi*, in ſinu *Boeton*, & ejus ora ad Eurum ſita, noſtratibus nautis de *Waterplaats* ſeu *locus aquoſus* dicta, ubi hæ arbores inter reliquas peculiare præbent ſpectaculum, quam latiſſi-

me

De bloemen beſtaan uyt vier korte ſpitzen, ook maar half geopent, uyt den groenen en bruynen gemengt, binnen ſtaan acht dikke, bleeke, en regte draaden, met vier andere lang en bogtiger, die buyten de bloemen uytſteken. Deze bloemen ſtaan gemeenelyk twee en vier by malkander, op bruynachtige knoppen, en dezelve op korte dikke ſteelen. Na 't afvallen der draden, groeyd in 't midden van de bloem een kroesken of pulleken, gelyk van de eerſte zoorte gezegt is, doch grooter en kennelyker, ruym een lid van een duym lang, waar uyt mede de vrucht waſt, in de gedaante van een bouwe, doch grooter dan aan eenige andere zoorte; want zy is twee en derde half voeten lang, en ſtyf een vinger dik, by haren oorſpronk ſmalder en roodachtig, by de ſpitze dikker, hard, ſtyf, en rond als een keerze, groen, en met ettelyke bruyne plekjens bezet, niet heel glad, maar hier en daar eenige pukkeltjes hebbende; de buytenſte ſchelle is een mes dik, maar onder leyd 't witte drooge merg of hert, gelyk aan andere Mangi Mangis, *zo bequaam niet tot de koſt, als de voorgaande: als deze keerzen aan de takken zo laag hangen, datze de aarde raken, of afvallende, over eynd ſtaan blyven, zo ſchietenze wortelen in de grond, en worden nieuwe boompjes, anders wordenze door 't waſſende water gemeenelyk verſmeten, die egter op een andere plaats wederom inwortelen. Behalven deze ziet men overal van de takken afdaalen lange, regte, en ronde ſtokken, loodregt of nederwaarts, daarze konnen, of ſchuyns over de wortelen, die hun in de weg ſtaan, niet te min altoos regt, en zonder eenige bogten, glad, even, en zwartachtig of hoorn-verwig, als ofze lynen waaren in een eenparige dikte van een vinger, en omtrent de grond, gaande weg in twee takken zig verdeelende. Zo dra nu deze de aarde beroeren, wortelen insgelyks in, en ſtaan als geſpannen touwen, wordende metter tyd tot takken, die egter al weeker van hout zyn, dan de andere. Zy ſtaan ook zo digt op veele plaatzen, dat 't onmogelyk is daar door te paſſeren, gelykende de roſſe touwen en draaden aan de* Waringe-boom, *wiens natuur in alles, dezen water-boom ſchynt na te botzen, dewelke ik ook dikwils agter en by malkander gevonden heb, de eene in 't water, de ander op drooge land ſtaande, als men de voornoemde ſtokken klooft, zo delen zy haar in drien.*

Het hout is van binnen mede ros, doch meer na 't roode trekkende, dan Lolaro, *ook veel harder, warrig, en moeyelyk om te kappen, gelyk ook de uytſtaande wortelen een harder hout hebben, dan alle de voorige, zyn ook met een ruyge ſchorſſe bedekt. Hy waſt op harde gronden, daar geen of weinig modder is, behalven regt onder hem; daar by met ſyne wortelen ſtaat, ziet men een kuil of bak vol water en modder, doch ſtraks daar onder harde, ſteenige, en koralige grond. De plaats, daar by ſtaat, moet ten minſten met ebbe en vloed beſpoeld werden; en men vind hem ook, daar by geduurig in 't water ſtaat, ſchynende met de Zee te willen ſtryden om den eygendom van de grond, daar by dan met zyne takken zo laag op 't water dryft, dat men qualyk daar onder kan kruypen, doch hoe meer de grond van 't Zee-water ontbloot werd, en hoe koraliger die is, hoe harder hout den boom heeft, blyvende geduurig een moeraſſigen en zwaveligen reuk omtrent deze boom.*

Sayſoen. *De geknopte ſteel en bloem komt voort in Juny, de vruchten ziet men in Auguſtus en de volgende maanden aan de boomen hangen, gelyken de Trommelſtokken of* Canna fiſtula *zo wel, dat menze van verre daar voor zoude aanzien, zoze zwart of bruin waren.*

Naam. *In 't Latyn* Mangium Candelarium, *en* arcuatum, *na de vruchten, die keerzen, en wortelen, die geſpanne boogen gelyken. Op Maleyts* Mangi Mangi Ackar, *en* Lacki Lacki, *om dat men 't in 't gemeen voor 't manneken houd, gelyk de voorgaande* Tonkes *voor 't wyfken. Op Amboins* Wäat Tehy. *Op Macaſſers* Bancko, *afkomſtig van 't bovenſtaande* Baho. *Op Ternaats* Bido-Bido, *na de gedaante der vruchten van* Siriboa.

Plaats. *Men vind het zo veel niet, als andere* Mangi Mangis, *maar waar het ſtaat, beſlaat ieder boom een groote plaats; 't waſt ook liever onder de volgende geſlagten van* Mangium Caſeolare *en* fructicans, *dan by het* Celſum, *hoewel 't van dat geſlagt is. Men heeft het in alle Amboinſche Eylanden, en een zoorte met zeer breede bladeren op het Eylandeken* Poelo Babi, *in de ſtraat* Boeton, *en deszelfs Noord-Ooſt hoek, by onze Schippers de* Waterplaats *genaamt, zyn deze boomen onder anderen zeer ſpeculatief te zien, zeer ver en wyd uit-*

ge-

me quum sint extensæ, atque maxima ex parte in aqua locatæ, ita ut rami supra illam fluctuare videantur, qui adeo densi sunt, ut prospectum ad terram inpediant: Hic autem in transitu admonere me oportet; istum fluvium, ex quo naves ad Orientem navigantes aquam pro potu petunt, lapidificantem succum in se continere, adeoque ad potum non ita esse salutarem, quod pauci animadverterunt; hujus rei argumentum præbent crassæ fluvio adstantium arborum radices, quæ lapides esse videntur, hæ contusæ, ipsarumque exteriores cortices confracti interne lignum exhibent; hæc quoque lapidea crusta supra ipsas *Mangiorum* radices superducta invenitur, quæ fere ad sclopeti distantiam a flumine isto distant, & sic cæ per vices observantur; tali petrificante succo itidem inprægnata sunt quædam Amboinensium flumina, præsertim quod vocatur *Ayer Gooro Goroe*, ad Borealem sinus Amboinensis plagam situm, ex quo naves itidem pro potu petunt aquam: Hæc aqua corrigi posset, si ebulliatur, vel si cuivis vasi adfunderetur tantillum aceti, quo materia calculosa ad fundum præcipitaretur.

Usus. Hoc lignum nullas exhibet partes ædificiis aptas, quum adeo incurvum ac nodosum sit, contra optime foco inservit, attamen non adeo facile flammam concipit quam memoratum *Lalary-lignum*: Chinenses quidam ex illo cremant carbones pro fabris: Ex crassissimis quoque radicibus anchoræ formari possunt vulgarium navium, quæ per binos annos durabiles sunt.

Hic quoque adnotare debeo singularem, qui in Moluccis aliisque obtinet insulis, modum, ubi nempe anchoræ ex ligno, minoresque naves ex lapide fabricantur contra Europæorum morem. Navigia hæc ex lapide quodam fluctuante formantur, quem ardentes montes hisce in insulis nimia sæpius quantitate per magna ejiciunt segmenta.

Supra dictum fuit, Gallicam *Rochefortii historiam Antillarum cap.* 8. arborem describere *Paretiwier* dictam, quæ in litore paludosisque crescit locis, cujus rami ab omni parte longa in terram emittunt flagella, quæ ibi radices agunt, & intricatam formant silvam, unde & incolæ ab illa parte insulæ suæ nullos metuunt hostes, aprique sine timore sub iis suos formant nidos: Cum trunci cortice corium itidem præparari potest: Hæc arbor sine dubio nostrum est *Mangium arcuatum*, cujus fructus *Oviedus* videtur edisse, ex quibus tantum abdominis dolorem persensit, quæ *loco supra citato cap.* 55. ab *Oviedo Mangle* vocatur, fructus enim hujus *Mangii Candelarii* non facile ab incolis editur nisi ex penuria, & defectu priorum fructuum. Ipsos tamen vidi præparari ab Hoeamohelensibus, seu parvæ Ceramæ incolis, quos cum Calappi lympha & seminibus Catjang coquebant & innoxie edebant, declarabant vero cibum esse Europæo stomacho non conducentem, quum nimis gravis sit & digestu difficilis.

Hæc quoque species juxta barbaram *Guianæ* obcurrit oram, cujus radices tam altos formant arcus, ut vir vix ipsorum summum adtingere possit, quæ fructus gerit illis *Cassiæ Fistulæ* similes, & cor internum rubrum, quædam autem perpetuo, quædam vero vicissim in aqua locatæ sunt, quarum radices concretæ sunt cancris conchisque, ac nomen vulgare ibi est *Mangro*: arbores vero, quæ ulterius in ipsa crescunt terra, multo altiores, & rectiores sunt, quæ forte cum *Mangio* nostro *celso* conveniunt.

Simili quoque modo in Amboina, Manipa, & Kelanga primæ & hujus quartæ speciei radicibus plurimæ increscunt elegantes & magnæ conchæ, plerumque palmam longæ & latæ instar semi-rotundæ fistulæ, quæ hisce radicibus adeo firmiter adcrescunt, ut ope fustis a cortice separandæ sint.

gespreid, en voor het meeste deel geduurig in 't water staande, met de takken zo digt op 't zelve, dat men geen land kan zien; alwaar ik in passant moet waarschouwen; dat die rivier, daar alle onze scheepen naar de Oost verzeylende, haar drink-water halen, een steenende zap voerd, en dierhalven tot het drinken zo gezont niet zyn kan, hoewel 'er weinige tot nog toe opgelet hebben; een bewys hier van kont gy zien aan de dikke wortelen van de naaste boomen aan die rivier staande, dewelke men voor steenen aanziet, maar zo gy daar op klopt, de buytenste schorsse in stukken breekt, zult gy binnen hout vinden; en deze steene korste zult gy ook over de wortelen van deze Mangi Mangi *vinden, die bykans een roer-schoot van die rivier af, en met beurten droog staan, met diergelyken steenigen zap zyn insgelyks bezwangert eenige rivieren in Amboina, met namen* Ayer Gooro Goroe, *aan de Noord-zyde van den Amboinschen inham, daar de scheepen ook haar drink-water halen. Dit water zoude men konnen verbeteren, als 't opgekookt wierd, of dat men op ieder vaatje een scheutje Azyn goot, waar door de steenige materie straks op de grond zoude gepræcipiteert werden.*

Gebruyk. *Van dit hout kan men niets hebben tot timmerhout bequaam, om dat het zo krom en quastig is, daar en tegen geeft 't goed brand-hout, evenwel 't vuur zo ligt niet vattende, als 't voorschreven* Lalary hout. *Zommige Chinezen branden 'er ook smits-koolen af. Zo kan men ook uyt de dikste wortelen ankers maken, tot gemeene vaartuigen, die ruym twee jaren konnen dueren.*

Hier moet ik mede aanroeren een zeldzaame manier, in de Moluccos en andere Eylanden te zien, alwaar de ankers van hout, en de booten van steen gemaakt werden, regt tegens 't Europiaansche gebruik. De boeyen werden gemaakt, zeg ik, van een zoort dryfsteenen, die de brandende bergen in deze Eylanden meer, als te veel, in 't gemeen met groote stukken uytwerpen.

Boven is gezegt, dat de France Historie Rocheforty *van de* Antillis cap. 8. *beschryft den boom* Paretiwier, *wasschende op strand en moerassige plaatzen, wiens takken van alle kanten lange steelen na de aarde schieten, dewelke daar inwortelen, een verwerd bosch makende, weshalven de Inwoonders van die kant hares Eylands geen vyandelyke invallen verwagten; en de wilde Verkens maken zonder vreeze hare nesten daar onder: Ook zoude men met de schorsse des stams 't leer konnen taanen en toebereyden. Dit is ongetwyffelt ons* Mangium arcuatum, *en van die vruchten schynt* Oviedus *ook geproeft te hebben, van dewelke hy die buyk-pyn gekregen heeft,* loco supra citato Cap. 55, *van* Oviedo Mangle *genaamt; want de vrucht van dit* Mangium Candelarium *werd niet ligt by deze Inlanders gegeten, buyten hongers noot, en dan nog by gebrek van de voorgaande vruchten. Ik heb 'er evenwel de* Hoeamohelesen, *of Inwoonders van kleen Ceram nog zien toebereiden en kooken met Calappus-melk en Catjang, en by haar zonder letzel eeten; doch verklaarden, dat het een kost was, voor een Europische maag niet dienstig, dewylze te zeer drukt, en zwaar te verdouwen is.*

Deze zoorte vind men ook langs de wilde kust Guiana, *wiens wortelen met zo hooge bogen staan, dat een man pas aan 't opperste raken kan, met vruchten als* Trommel-stokken, *en een root hert van binnen, zommige geduurig, zommige met beurten in 't water staande; zynde de wortelen bewassen met Oesters en kraalsteenen, en de gemeene naam aldaar is* Mangro, *welke boomen wat dieper in het land staan, zyn veel hooger en regter, 't welk misschien ons* Mangium celsum *is.*

Op gelyke manier wasschen hier ook in Amboina, *op* Manipa *en* Kelang, *aan de wortelen van de eerste en deze vierde zoorte veele schoone en groote Oesters, meest een hand lang, en breed, als een half-ronde pype, aan de wortelen zo vast gegroeyt, dat menze met een stok van de schorsse moet afslaan.*

Tabula Septuagesima Prima

Mangii Candelarii exhibet truncum, quove modo tam ex hoc quam ex ipsis ramis radices suas terræ infigat, per quas hæ arbores densam formant silvam, & quam maxime multiplicantur.

De een- en seventigste Plaat

Vertoont een Stam van het *Mangium Candelarium*, en hoe deze boom zyn wortels zo wel uyt den stam als uyt de takken in de aarde schiet, waar door dezelve tot digte Bosschen groeyen en vermeerdert werden.

Tabu- De

Tabula Septuagesima Secunda

Ramum exhibet *Mangii Candelarii foliis, floribus*, ac *fructibus* onustum.

A. *Fructum* denotat *majori forma*.

B. Eundem repræsentat *fructum* progerminantem; quo modo nempe radices ex ejus apice emittat ac folia prorumpant ea ex parte, qua petiolo & arbori fuit junctus.

De twee-en-seventigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Kaarsdragende Mangi-Boom* met zyn *bladen*, *bloemen*, en *vruchten* beladen.

A. Wyst aan de *vrucht* in 't *groot*.

B. Dezelfde *vrucht* uytspruytende, komende de *wortelen* uyt deszelfs *spits* te vooren, en de *bladeren* uyt dat *deel*, dat aan de *steel* gestaan heeft.

O B S E R V A T I O.

Hæc est *Pee-Candel H. Malab. part. 6. Tab.* 34. proposita.

A A N M E R K I N G.

Dit is de *Pee-Candel* van de *Hortus Malab.* in het zesde deel *Tab.* 34. verbeeldt.

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

Mangium Caseolare. Brappat.

Secunda *Mangiorum* classis forma & modo crescendi a prioribus diversa in album & rubrum dividitur, quæ simul hoc in capite describemus.

Primo. *Brappat alba* crassa, sinuosa, & vasta est arbor instar Quercus, talique rugoso & fisso obducta cortice, similesque gerens incurvos & extensos ramos. Ejus truncus plerumque viro crassior est, ubi vero plurimi simul juncti obcurrunt, hi altiores, rectiores, & graciliores sunt, uti & ipsorum rami.

Ejus folia ab omnium antecedentium foliis differunt, quæ sunt lata, subrotunda, aliquando vero oblongo-acuminata instar illorum Metrosideros vel Alni, quatuor pollices longa, ac paulo minus lata, crassa, glabra, & fragilia instar illorum *Portulacæ*, nullas notabiles gerentia costas, excepto quod nervus medius ab utraque protuberet parte, saporis penitus salsi. Bina sibi cruciatim obponuntur sed rara sunt, bina enim ternave tantum paria rotundis insident ramulis, qualia in *Metrosidero* observantur, quæ in una eademque arbore diversæ penitus sunt magnitudinis & formæ.

Flores primo ingentia viridia sunt capita, bina ternave simul provenientia, & crassis insidentia petiolis, quæ sese in coronam aperiunt ex sex, septem, & octo viridibus apicibus seu radiis compositam. Horum centrum repletum est longis, rectis, & albis staminibus, antheras fuscas gerentibus, quorum medium seu pistillum longissimum est, viride capitulum gerens. Si flos rite sit apertus, omnia hæc decidunt stamina, excepto medio, quod viridi inponitur basi, ex quo fructus excrescit, tumque hæc radiata corona haud male lampadem refert turunda repletam, unde & hæc species Malaice hoc cognomen accepit.

Fructus rotundum est pomum, sed planum & compressum instar minoris casei, quod in summo longum gerit filum loco umbilici, sed nunquam decidit, est autem palmam latum, externe glabrum, & glaucum, ac licet sit maturum, diu ex arbore dependet cum ista coronula, tumque aperitur instar disci radiati: substantia ejus interna est sicca, alba, & granulosa, sine ullo notabili sapore vel odore, excepto quod sit adstringens & acidula. Ejus nuclei sunt angulosi ac fragmenta referunt seu apices dentium, quibus maxima medullæ repletur pars.

Externum trunci lignum est molle & album, ac sensim interne magis indurescit, crassasque gerit fibras, nodosumque est & lentum, atque ex albo in ruffum tendit colorem, sed siccum cinereum est, inque aqua marina durabile. Hæc arbor nullas serpentiformes profert radices, uti præcedentes species, excepto quod inferior trunci pars plurimos gerat magnos nodos instar sedilium, totum porro solum circa hanc arborem ad magnam etiam distantiam obsessum est innumeris erectis & acuminatis cornibus, spithamam vel pedem circiter longis supra terram elevatis, adeoque sibi adunatis, ut vix pedis interstitium relin-

LXII. HOOFDSTUK.

De Kaasvormige Mangi-Boom.

Het *tweede geslagt of Classis van* Mangi Mangis, *in gedaante en manier van wassen van de voorgaande vry wat verschillende, is verdeelt in witte en roode zoorte, die wy te zamen in dit Kapittel begrypen zullen.*

Eerstelyk: 't witte Brappat *is een dikke bogtige en gezette boom, als een Eyke-boom, ook met diergelyke ruyge en geborstene schorsse, en diergelyke kromme en uytgebreyde takken. Den stam is in 't gemeen dikker dan een man omvademen kan, maar daar ze digt by malkander staan, zyn de stammen booger, regter, en ranker, gelyk ook de takken.*

De bladeren verschillen van alle de voorgaande, want deze zyn breed en rondachtig, zommige met een ronde spits, en wat langwerpiger, die van 't Yzerbout of onze Else-boom gelykende; vier duymen lang, en wat minder breed, dik, glad, en breekzaam, als de Porceleyn, *zonder merkelyke ribben, behalven dat de middel-zenuwe te wederzyden uytsteekt, gantsch ziltig van smaak. Zy staan met twee tegens malkander, en regt in 't kruys, dog weinig in 't getal, met twee en drie paren aan ronde ryskens, gelyk men ook aan 't Yzerbout ziet, en verschillen onder malkander in grootte en gedaante aan een en dezelfde boom.*

Het bloeizel zyn eerst groote groene knoppen, twee a drie by malkander staande, op dikke steelen, die hun openen in een kroontje, van zes, zeven, en agt groene spitzen of straalen gemaakt. Het binnenste is digt, uytgevuld met lange, regte, en witte draden, met graauwe noppen, waar onder de middelste de langste is, met een groen knopje. Als de bloem ter degen geopent is, zo vallen deze draden allegaar uyt, behalven de middelste, die op een groen beuveltje staat, daar uyt de vrucht werd; en als dan lykt dit gesternt kroontje niet qualyk een lampe, daar een wiek in steekt, waar van deze zoorte in 't Maleyts ook bygenaamt is.

De vrucht is een ronden appel, dog plat gedrukt, als een band-kaasken, met een lange draat boven op, in plaats van de navel, die nooit afvalt, een bant breed, van buyten glad en zee-groen, al isse ryp, lang aan den boom en 't voornoemde kroontje bangende, 't welk zig als dan opend als een gesternt broodje. Binnen is een drooge, witte, en korlige substantie, zonder merkelyke reuk of smaak, behalven dat ze is zamentrekkend en zuuracbtig. De korls zyn boekig, en gelyken stukken of stompen van tanden, 't meeste deel des mergs vervullende.

't Buytenste hout des stams is week en wit, allengskens na binnen word 't harder, grofdradig, warrig, en taay, uyt den witten na 't rosse trekkende, dog graauw besterven de, en dit is durabel in zee-water. Dezen boom heeft geen slangevormige wortelen, gelyk de voorgaande zoorte, behalven aan de onderste stam veel grooter knoesten of koppen, als stoelen. Voorts is den geheelen grond niet alleen om deze boomen, maar ook een groote spatie van buyten, rondom bezet met ontelbaare regte toegespitste boorns, omtrent een span of een voet lang boven de aarde, en zo digt aan malkander, dat men qualyk een voet tusschen beide zetten kan. Digt rondom den stam zyn ze weinig

relinquatur: Prope truncum rara vel nulla sunt, sed ad unius alteriusve ulnæ spatium incipiunt, quoque magis ab arbore remota sunt, inque aqua locantur, eo majora sunt: Multi putant acuminata hæc cornua peculiares esse plantas, nil commune cum arbore habentes. Alii vero radicum esse surculos, sed utraque sententia quodammodo erronea est.

Quum enim nunquam in conspectum veniant nisi circa hanc arborem, hinc cum ipsa participant, & ab ea quasi derivantur. Crassarum radicum surculos non esse ex eo constat, quod prope arborem, ubi hæ radices excrescunt, non obcurrant. Si itaque effodiantur: sequenti sese obferunt modo: Circa saxosum depuratumque solum undique inveniuntur brachium vel pedem crassa, supra acuminata simpliciter, vel in binos apices desinentia, ad sesquipedalem longitudinem, aliquando etiam binos pedes longa sunt, inferius angusta etiam sunt, sed in apicem non desinunt. Circa ipsorum medium plurimas emittunt transversales fibras, externe spongiosa carne obductas, atque per ipsorum medium lentus decurrit nervus. Harum fibrarum crassissimæ cum proximis bifidis cornibus conjunguntur, atque hæc crassis arboris radicibus inplantantur. Si jam istæ fibræ dissecentur & circumagantur, acuminata hæc cornua dissolvuntur & eradicantur, quæ binorum cum dimidio immo trium pedum longitudinem habent, atque animalium ossa referunt.

Cortex ipsorum exterior est lignosus glaber, viscì colorem gerens, nec ultra calamum crassus; interna autem illorum substantia est fungosa, sicca, lenta, & levissima, suberi simillima, cujus loco etiam adhiberi potest, sed ejus medium plerumque excavatum est, juniora hæc cornua pedibus facile in partes comminui possunt, vetusta vero neutiquam, immo ne quidem confringi.

Secundo, *Brappat Rubra* foliorum & trunci forma haud multum differt a præcedenti, excepto quod hæc species flagella emittat, & incurva fit ad mali altitudinem, sed plerumque humilior est. Ejus ramuli non sunt rotundi, sed quadrati & quasi alati, ita ut oras gerant acutas: Hisce folia insident cruciata & opposita, sed pauco numero, plerumque subrotunda vel parum acuminata, quatuor digitos lata & longa, crassa, pinguia, nec venulas notabiles exhibentia instar *Portulacæ*.

Flos ex sex crassis & firmis componitur radiis, primo crateriformibus, hujus medium repletum est crassiusculis & longis staminibus eleganter rubentibus, antheras cinereas ac reniformes gerentibus, omnino instar Jambosæ floris, nullum spirans odorem. Inter istos radios alia sex eminent petala linguæ-formia, eundemque gerentia colorem, atque in medio longus erigitur stilus capitulum viride sustinens, plano insidens tuberculo, ex quo fructus formatur uti in præcedente, atque omnia simul decidunt stamina, si flos magis expandatur.

Fructus est similis priori, instar plani nempe casei, sed crassior, pomumque magis referens, viridis penitus, licet sit maturus, longumque istum apicem servans; substantia autem ejus interna est granulosa & farinacea, odorem coloremque casei vetustioris adeo referens, ut eundem esse quis putaret, qui odor etiam a prætereuntibus arborem observatur, si maturi ex ipsa dependeant fructus. Quum pomulum hoc decidit, restans pericarpium optime refert stellam sex radios emittentem.

Lignum est uti præcedentis, ipsaque etiam arbor circa sese ista cornua profert bifida, sed rariora, & breviora quam circa præcedentem.

Flores mense Octobri in conspectum veniunt, illi vero albæ speciei Augusto & Septembri: Sponte vero crescit in arenosis & paludosis locis, non prope litus, sed juxta ripas majorum fluminum, sæpe etiam prope ædes plantatur ab iis, qui ejus fructus expetunt.

Prima vero species ubique in planis crescit litoribus, ubi solum est durum saxosumque nec cænosum aut paludosum, quod vicissim aqua marina obtegitur & denudatur, ita ut mari in altum elevato inferior trunci pars, atque ista cornua aqua obtegantur: Ipsius crassioribus ramis aliæ increscunt plantæ parasiticæ, quæ naturam habent salsam, atque ex ipsorum crassiore cortice

weinig of niet, maar omtrent een vadem of twee daar af beginnenze, en hoe verder datze van den boom af en in 't water staan, hoe grooter zy werden. Veele geloven dat deze splits-boorns een byzonder gewas zy, met den boom geen gemeenschap hebbende: Andere, dat het uytspruytzels aan de wortelen zyn; in welke beyde meyninge eenig abuys schuylt.

Want om datze nooit gezien worden, of dezen boom moet daar omtrent zyn, zo moetenze daar van afkomstig zyn. Uytspruytzels van de regte dikke wortelen, zyn 't ook niet, want als dan moest men ze naast den boom, daar de dikste wortelen zyn, meest vinden. In 't graven dan bevind men ze aldus: Rondom de steenige grond opgeruymt zynde, ziet men ze in de midden ruym een arm of been dik, van daar na boven toe in een of twee spitzen toeloopende, in de lengte van een en een half en twee voeten, beneden loopenze ook smal toe, dog in geen spits. Omtrent de midden hebbenze over-dwers veele dikke vezelingen, van buyten met een spongieus vleesch omgeven, in de midden met een taaye zenuwe. De dikste dezer vezelingen hangen met die van de naaste splits-boorns, alle aan malkander vast, en de laatste aan de dikke wortelen des booms: Nu met sterk waggelen en doorkappen der voorschreve vezelingen, maakt men deze splits-boorns los, en trektze zo uyt; die dan twee en een half, en drie voeten lang zyn, gelykende een schonk van een beest.

Buyten hebbenze een houtagtige schorsse, glad, lymverwig, en niet boven een schaft dik; binnen een vooze, drooge, taaye, en zeer ligte substantie, den kork zeer gelyk, waar voor men ze ook gebruyken kan, doch gemeenelyk met een kleene holligheid in de midden. De jonge splits-boorns kan men gemakkelyk met de voet in stukken stooten, maar de oude geensints, ja ook niet breeken.

Ten tweeden: De Roode Brappat *verschild aan gedaante van stam en bladeren niet veel van de voorgaande, behalven dat deze zoorte ranker opschiet, en wat krom, in de hoogte van een appel-boom, doch gemeenlyk laager. De takjes zyn niet rond, maar vierkant, met eenige aanwassinge, als vleugeltjes gezoomt, zo dat 't scherpe kanten werden; daar aan staan de bladeren regt in 't kruys tegen malkanderen, dog weinig in 't getal, meest rond, of een weinig toegespitst, vier vingers breed en lang, dik, vet, en zonder merkelyke adertjes als de* Porceleyn.

De bloem bestaat uyt zes dikke en styve straalen, eerst beekers-gewys geopent; 't binnenste is digt uytgevult met lange en dikachtige draaden, hoog rooze-rood, met graauwachtige en niere-vormige noppen, t'eenemaal als 't Jamboes-bloeyzel en zonder reuk: Tusschen de stralen ziet men nog andere zes blaadjes, als tongetjes, uytsteken, van de zelfde koleur, en in de midden een lange draat, met een groen nopje op een vlak heuveltje, waar uyt de vrucht wert, gelyk aan 't voorgaande, vallende alle de draden teffens uyt, als haar de bloem wat wyder opent.

De vrucht is als aan 't voorgaande, te weten als een plat kaasken, dog wat dikker, en een appel gelyker, grasgroen al is ze ryp, de bovengemelde lange spits behoudende, binnen met een korlige en meelachtige substantie, van reuk en verwe de pot-kaas zo gelyk, dat men 't daar voor zoude aanzien; welken reuk men ook gewaar wert, als men dezen boom voorbygaat, en daar rype vruchten aan hangen. Wanneer 't appeltje afvalt, zo gelykt 't gestraalde hordje daar 't op staat, zeer wel een Sterre met zes spitzen.

Het hout is als aan 't voorgaande, en den boom heeft ook splits-boorns om zig, doch weiniger, en korter dan de voorgaande.

De bloemen ziet men in October, doch die van 't witte in Augustus en September. 't Wast van zelfs in zandige en moerassige plaatzen, niet digt op strand, maar langs de kanten van de groote rivieren, en wert ook zomtyds by de huyzen geplant van die geene, die smaak in zyne vruchten hebben.

Maar de eerste zoort wast over al op vlakke stranden, daar een harde steenachtige grond is, zonder slyk of moeras, en van 't zee-water met beurten bedekt en ontbloot wert, zo dat met hoog water 't onderste van den stam en zyne splits-boorens bedekt worden: Op zyne dikke takken wassen veel andere planten, die ziltig van aard zyn, en haar voetzel uyt zyne dikke schorsse trekken, als daar

A
B

cortice nutrimentum ſuum hauriunt, uti plures ſunt *Tangreci* ſpecies, & pulcherrima *Dryopteris* ſpecies, quæ ſplendentia & firma gerit folia.

Nomen. Latine *Mangium Caſeolare*, quod dividitur in *Album* & *Rubrum* ab caſeiformi fructuum forma. Malaice *Brappat* & *Mangi Mangi Padomara*, ex lampado-formi florum forma: Quidam hanc etiam vocant arborem *Bako*, quod nomen cum præcedenti commune eſt. Ternatice *Poſſi Poſſi*. Amboinice *Waccat* & *Waät*. In Leytimora *Watta* cum cognomine ſemper albi vel rubri. Baleyice *Brappa*. Ejus fructus caſeiformes ſpecialiter *Boa Rembang* vocantur. Prominentia iſta cornua circa arborem hanc propullantia Belgice nos vocamus *Splits-Hoorns* ſeu Subulas, quum plerumque bifida ſint. Malaice & Amboinice *Songa* & *Sula*, h. e. *Murices Recti*. Arbor ipſa Javanice & Macaſſarice vocatur *Pitada* & *Patada*.

Locus. Plurimum nota eſt hæc arbor in Moluccis & adjacentibus inſulis, quum hæ duriora & magis ſaxoſa gerant litora quam inſulæ occidentales, atque ubi ſemel hæc arbor progerminat, vix iterum eradicanda eſt, ejusque ſemi-putridæ radices tum & exſiccatæ & duræ in litoribus, inter ſaxa quæ prorepunt, per multos etiam annos inveniuntur, uti id videri poteſt ab utraque *Caſtelli Victoriæ* parte, in litoribus Hativæ, & Halongæ, ubi intra octuoginta annorum ſpatium nullæ *Brappat* arbores progerminant, ipſarumque tamen radices ſuperfluæ in conſpectum veniunt.

Uſus. Albæ ſeu primæ ſpeciei lignum uſitatiſſimum eſt ad navium exſtructionem, ex quo coſtæ, naviumqum fulcra formantur, ac præſertim ex naturalibus arboris curvis ramis: Non tantum durabile eſt in aqua marina, ſed etiam iſta valet virtute, quod non facile findatur, clavosque firmiter retineat: Secundæ ſpeciei fructus a vulgo eduntur, plerumque crudi, quod ſingulari delectatur ipſorum ſapore ad caſeum adcedente ſimulque auſtero. Fungoſum cornuum iſtorum lignum in aqua ebullitum, ut ſalſedo ita extrahatur, conducit etiam ad varias res loco ſuberis, ad muſtricolas nempe, ampullarumque opercula, ſed non ita intumeſcit aut firmiter clauditur ac ſuber.

Malaienſes & Macaſſarenſes tenera utriusque ſpeciei comedunt folia ad piſces & Bocaſſan, uti & maturos fructus, ſi molleſcant, crudos, & in partes diſſectos, in hiſce vero inſulis albæ ſpeciei fructus non eduntur.

Rubræ ſpeciei ſemi-apertum ſumunt florem, ejusque rubra undique deprimunt ſtamina cum binis bacellis, quæ cruciatim per viride transfigunt piſtillum, ne iterum erigantur ſtamina, hunc ad capitis ornamentum gerunt, atque aurifices hujus ſpecimen imitantur ad capillorum ornamenta.

In inſula *Dammea* harum arborum ſpecies obcurrit cum alba conveniens, ſed rotundiora & pinguiora gerens folia, quæ plerumque aquam adtingunt, ac tempore in piſciculos degenerant latos, qui *Smarides* vocantur, de quibus ulterius vide *Hiſtoriam* meam *Animalium* ſub titulo *Piſcium arboreorum*.

Utriusque ſpeciei fructus piſcibus etiam incoquuntur, in partes diſſecti & cum iis comeſti, ſed jus ipſorum nigreſcit.

In *Adpendice* hæc adduntur.

Mangium caſeolare rubrum, in Amboina prope oſtium fluvii Elephantis creſcens, plerumque fruteſcit, truncumque gerit vix cruris craſſitiem habentem, cujus ramuli acuti admodum & quadrati ſunt, bina vero ipſorum latera latiora ſunt binis aliis. Ejus folia ſunt magis oblonga quam arboreſcentis ſpeciei, quinque pollices longa, tres lata, ſuperius ſubrotunda, & quatuor ſimul obliquam formantia crucem.

Anno 1691. menſe Aprili in hoc frutice magna detecta fuit Eruca, Vitis Erucæ haud diſſimilis, coloris pallide viridis, ejusque dorſum tenuiſſimis ſetis hirtum erat, ac binis verrucis notatum, quibus longiores inſiſtebant pili, ad ejus vero latera flavos gerit circulos juxta artuum numerum. Ejus corpus in ſeptem diviſum eſt artus, quorum tres anteriores ſex habent breves & acuminatos pedes, quibus ſuum peragit opus.

daar zyn veelderley zoorten van Tangrecum, *en de ſchoone zoorte van* Dryopteris, *met ſtyve en glimmende bladeren.*

Naam. *In 't Latyn* Mangium Caſeolare, *verdeelt in wit en rood, na de kaaskens-vormige gedaante der vruchten. Op Maleyts* Brappat *en* Mangi Mangi Padomara, *na de lamp-vormige gedaante der bloemen. Zommige noemen 't ook* Bako, *een naam met de voorige gemeen. Op Ternaats* Poſſi-Poſſi. *Amboinſch* Waccat *en* Waät. *Op Leytimor* Watta, *altyd met den toenaam van wit en rood. Baleys* Brappa. *De kaaskens werden byzonderlyk* Boa Rembang *genaamt. De uytſtekende hoorens of kegels rondom den grond dezes booms, noemen wy in 't Duitſch* Splits-Hoorens, *om datze meeſt in twee ſpitzen geſpleeten zyn. In 't Maleyts en Amboinſch* Songa *en* Sula, *dat is* Murices recti, *of regte voet-angels. Den boom hiet op Javaans en Macaſſaars* Pitada *en* Patada.

Plaats. *Hy is meeſt bekent in de Moluxe en omleggende Eylanden, om dat die harder en ſteeniger ſtranden hebben, dan om de Weſt; daar hy eens opkomt, is hy qualyk uyt te roeyen, en ziet men de bloote wortelen half vergaan, en uytgedroogt, doch nog hard, tuſſchen de ſteenen op ſtrand kruypen, ook nog veele jaren, gelyk onder anderen te zien is te weerzyden van 't Kaſteel Victoria, op de ſtranden van Hative en Halong, daar ruym in geen tachentig jaaren* Brappat-*boomen geſtaan hebben, en men nochtans de wortelen ziet.*

Gebruik. *'t Hout van de eerſte of witte zoorte is zeer gebruykelyk tot den ſcheeps-bouw, om ribben en krombouten daar van te maken, uyt deszelfs kromme takken, daar uyt men dan de natuurlyke kromte naar een voorgeſtelt model kan bakken. Het is niet alleen durabel in zee-water, maar heeft ook die deugden, dat het niet ligt ſplyt, en de ſpykers trouwelyk houd. De vruchten van de tweede zoorte werden van 't gemeene volkje gegeeten, en meeſt rauw, hebbende vermaak in den pot-kazigen ſmaak, die ook vry wat wrang is. Het vooze hout van de ſplits-hoorns in water eens opgekookt, dat die ziltigheid daar uyt komt, is ook bequaam tot veele dingen, in plaats van kork, als tot leeſten van Snyders en Schoenmakers, tot ſtopzels van bottels, doch zy willen zo wel niet ſwellen en toezuygen als kork.*

De Maleyers en Maccaſſaren eeten de jonge bladeren van beyde zoorten raauw tot viſch en Bocaſſan, als mede de rype vruchten als ze even beginnen week te werden, raauw en in ſtukken geſneden; maar in deze Eylanden eet men de vruchten van 't witte geſlagt niet.

Van 't roode geſlagt nemenze de half ontlookene bloem, drukken de roode draadjes rondom neer, met twee houtjes kruysweegs door 't middelſte groene hoorentje geſtreken, dat zy niet weder opryzen; dit dragenze dan tot een cieraat op 't hooft. En de Goutſmeden nemen ook het fatzoen daar van om hayrſtekers daar na te maken.

Op 't Eyland Damme *heeft men een zoorte van deze boomen, met de witte zoorte meeſt overeenkomende, dog met ronder en vetter bladeren, die meeſt doorgaans 't water raaken, en met 'er tyd in kleene breede viſchjes veranderen, diergelyke men* Smarides *noemt, waar van ziet breeder in myn* Hiſtor. Animalium, *onder den titel van* Piſces arborei.

De vruchten van beyde zoorten werden ook by viſſchen gekookt, in ſtukjes geſneden zynde, en daar na gegeten, doch zy maken 't zap daar van ſwart.

Dit wert in het Byvoegzel *daar by gedaan.*

Mangium Caſeolare Rubrum, *op Amboina by den uytgang van de rivier de Olyphant groeyende, blyft meeſt een ſtruyk met een ſtam, niet boven een been dik, waar aan de ryskens zeer ſcherp en vierkantig zyn, doch twee zyden zyn veel breeder als de twee andere. De bladeren zyn langwerpiger dan aan de boomachtige zoorte, 5. duymen lang, en 3. breed, van voren mede rond toelopende, en met hun vieren een ſchuyns kruys makende.*

Anno 1691. *in April heeft men op deze ſtruyk een groote rupze gevonden, de wyngaarts-rupze niet ongelyk, ligt-groen van coleur, op de rugge met fyne hayrtjes, bezet met nog twee wratten, waar op lange hayren ſtaan, en aan de zyde heeft hy geele oogjes, na 't getal der leeden. Het lichaam is in 7. leeden verdeelt, de drie voorſte hebben 6. korte en toegeſpitſte pootjes, waar mede hy werkt. De vier agterſte hebben 8. pooten, dewelke ſtomp zyn*

opus, quatuor poſteriores octo pedibus inſtructi ſunt obtuſis inſtar Elephantis pedum, quibus ſeſe in ramis ſuſtinet. Corporis pars poſtica bifida eſt, quam ramis obvolvit, atque hic vermis tam copioſe ibi invenitur, ut cuncta ramorum & ramulorum folia decerpat: Quumque ad digiti longitudinem & craſſitiem excreverit, cellulam ſeu folliculum format magnitudine pruni cœrulei, externe albeſcentem & glabrum, cujus extremum ramo & dorſum proximo nectitur folio, in quo ſeſe abſcondit inſtar vermis Serici. Poſt aliquot dies folliculus hic ſeſe aperit, atque papilio exit, quum in hac cellula tenuis conſpicitur membranula, qua aurelius fuit obvolutus, inter quam membranulam & exteriorem corticem lanuginoſa locatur ſubſtantia, quæ, quantum videtur, Papilioni obtegumento fuit.

Exterior vero cortex ſeu folliculus ipſe congeries videtur unius & continui fili, ſique noſtrates incolæ artem callerent illud tractandi vel præparandi, ſubtilia filamenta ex iſto nere poſſent, uti in Bengala id fit ex Teſſero, cum quo hi folliculi multum conveniunt, quam ob rationem illos delineare curavi: Eruca folliculo incluſa bina ternave proxima arboris folia ita contrahere poteſt, ſuoque nectere folliculo, ut iis penitus obtegatur & quaſi abſcondatur. Folliculos, quibus aurelia incluſa eſt, nere poſſumus, ſi ſuperius fili incrementum bacello nectatur, ac folliculus prius humectetur, tum circumvolvendo totum facile ſubſequitur filum, donec adeo tenue ſit, ut rumpatur, tumque connectendum eſt, ac tam diu circumvolvi oportet, donec totus exterior folliculus ſit evolutus, reſtante tenui pellicula, cui aurelia eſt incluſa.

Poſtquam tales folliculos per trium ſeptimanarum ſpatium ſervaveram, tam ex devoluto quam ex integro papilio exit, qui ex pulcherrimis & maximis erat, quos unquam conſpexi, qui ad ſuperiorem corporis partem ſeſe demordens aperit, ſimulque ſecum flaveſcentis ſerici floccum educit, atque hoc ſemper per noctem peragit; plurimæ vero aureliæ, multum manibus tractatæ, emortuæ ſunt, nec papilionem producunt. Ejus corpus eſt, uti reliquorum papilionum, coloris ſquallide flavi, binosque digiti articulos longum, ad caput vero bina gerit cornicula plumacea, coloris aurantii: Quatuor magnas habet alas, quarum binæ exteriores maximæ ſunt digitum circiter longæ, coloris aurantii, ſed ſtria transverſalis purpurea per illas decurrit, atque quævis ala in ejus medio oculum quaſi gerit feneſtratum, qui circulo purpureo circumductus eſt & inſtar vitri pellucidus.

Per horæ tantum ſpatium in dias luminis oras emiſſus erat hic papilio, & ſtatim cœpit ova deponere plurima coloris ſquallide albentis, magnitudine ſeminis Raparum, ex plano rotunda: Folliculi congeries inſtar ſerici albet, atque ad viginti vel viginti quinque ulnas extendi poteſt, congeries vero Bengalenſium folliculorum flaveſcit.

Hinc patet, quam ob rationem divulgatum ſit, Bengalenſe ſericum, quod *Gingang* vocatur, ex arboris cortice fabricari, hi enim folliculi adeo artificioſe cum pediculo connexo ex arboris ramulis dependent, ut ejuraret quis ipſos arboris eſſe fructus. Uti Chirurgus quidam ex Bengala adveniens pro certo mihi aſſerere volebat, veros eſſe fructus, quos ipſe ex arbore decerpſerat, qua in opinione ego cum multis aliis tam diu fuimus, donec folliculum talem diſſecantes aureliam mortuam inveniremus: Folliculi, ex quibus papiliones exierunt, inepti ſunt nendo, filum enim ipſorum breviter diſrumpitur.

Folliculi autem Bengalenſes, uti dictum eſt, nigricant, vel terreſtrem habent colorem, Amboinenſes vero ſquallide albicantes atque majores, nemo vero hucusque in Amboina mihi obvenit, qui auderet texturam quandam fabricare.

Ab iſto memorato *Teſſero* differt *Mogta*, quibusdam *Moock* vocata, quæ vile præbet ſericum, quod nectitur ex folliculis, quos vermis ſericeus perforavit, atque hoc in Tunquin apud Sinenſes *Samungi* vel *Samoegi* vocatur, ex quo forte pannus vilis *Baas* dictus fabricatur.

zyn, als Olyphants voeten, waar mede hy op de takken vaſt zit. Het agterſte des lyfs is in twee gekloven, het welk hy om de takken ſlaat, deeze worm vind men als dan zo overvloedig, dat hy alle de bladeren der takken en ryskens afeet: Daar na een vinger lang en dik geworden zynde, maakt hy een huysken of ſpinzel, in de grootte van een blaauwe pruym, vuyl-wit en effen van buyten, met het eene eynd om de takken, en met de rugge aan het naaſte blad vaſt, waar in hy zig verbergt als een zydeworm. Na zekere dagen opent zig het huysken, en daar komt een Kapel uyt, wanneer men in dit huysken een dun vliesken vind, waar in het poppetje gelegen heeft, tuſſen welk vliesken en de buytenſte ſchorſſe leyd een wolachtige ſubſtantie, dewelke, zo 't ſchynt, het poppetje tot een Coopeers verſtrekt heeft.

De buytenſte ſchorſſe of 't huysken ſchynt een ſpinzel te zyn van een doorgaande draat; en indien onze Inlanders de kenniſſe hadden daar mede om te gaan, zoudenze wel ligt een fyn gaaren konnen ſpinnen, als men in Bengalen met Teſſer doet, waar mede deze huyskens zeer wel overeenkomen; om welke reden ik ze ook daar by heb laten teykenen. De Rupze in haar huysken kan de twee à 3. naaſte bladeren des booms zodanig t'zamentrekken, en om haar huysken vaſt maken, datze daar mede bedekt en verborgen legt. De huyskens, daar de worm of poppe nog in is, kan men ſpinnen, als men 't bovenſte beginzel van den draat om een ſtokje vaſt maakt; het huysken alvorens wat nat gemaakt zynde, zo volgt in 't draayen al gaande weg, den draat, tot dat hy dun wert en zomtyds afbreekt, dan moet men hem wederom aanknopen, en zo draayende raakt het geheele huysken af, overſchietende een dun velleken, daar in het tonnetje legt.

Na dat ik deze huyskens omtrent 3. weeken bewaart hadde, zo is zo wel uyt het afgeſponnene, als uyt het heele, een Schoenlapper gekomen, een van de ſchoonſte en grootſte, die ik ooit gezien heb, hy 't bovenſte lyf zig los [illegible] met eenen een vlok geelachtige zyde met zig uytvoerende, en [illegible] altyd by nagt, doch de meeſte poppetjes, die men veel handelt, blyven dood, en daar komt niets uyt. Het lyf is als een andere Schoenlapper, van coleur vuyl-geel, twee leeden van een vinger lang; aan 't hooft heeft hy twee hoorntjes als veertjes, oranje van coleur. Hy heeft vier groote vlerken, waar van de twee buytenſte de grootſte zyn, omtrent een vinger lang, van verwe oranje, doch over-dwers loopt een purpere ſtreep; ieder vlerk heeft in de midden een rond oogje als een venſtertje, omgeven met een purpere kring, doorſchynent als glas.

Hy was geen uur in de weerelt geweeſt, of begon een deel eyers te leggen, vuyl-wit van coleur, van grootte als een raap-zaat, plat, rond van gedaante. 't Spinzel is wit als zyde, en men kan van een huysken wel 20. a 25. vademen krygen, maar 't ſpinzel van de Bengaalze worden als geelachtig.

Hier uyt blykt dan, waarom men uytgeſtrooyt heeft, dat de Bengaalze ſtoffe, Gingang genaamt, van boom-baſt zoude gemaakt werden, want deze huyskens hangen zo aardig met een geſponne ſteel aan de takskens der boomen, dat men ſweeren zoude het waren de vruchten van den boom; gelyk zeker Chirurgyn uyt Bengalen komende, ſtandvaſtig aan my verklaarde, dat het vruchten waren, die hy zelfs van den boom geplukt hadde, in welke meninge ik nevens veele Omſtanders ook bleven, tot dat wy 'er een openden, en het doode tonnetje in vonden. De huyskens daar den uyl uytgevlogen is, zyn onbequaam om te ſpinnen, want de draat breekt te kort af.

De Bengaalze huyskens dan zyn, als gezegt, ſwartachtig of aardverwig, maar de Amboinſche vuyl-wit en wat grooter, doch is tot nog toe in Amboina niemand gevonden, die onderſtaan wilde een geweef daar uyt te maaken.

Van 't voorſchreven Teſſer *verſchild het* Mogta, *by zommige* Moock *genaamt, welk is een ſlegte zyde, geſponnen van huyzen, die den zyde-worm doorboort heeft, dit wert in Tunquin, en by de Chineezen* Samungi *of* Samoegi *genaamt, waar uyt miſſchien de ſlegte ſtoffen* Baas *genaamt, gemaakt werden.*


A




B
A
C
C
C
D
E
E

Tabula Septuagesima Tertia

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris albi.*

Ubi Litt. A. ejus *fructum* denotat.

Tabula Septuagesima Quarta

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris rubri.*

Tabula Septuagesima Quinta

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris rubri*,
In quo ad Litt. A. *Eruca Amboinensis* magna conspicitur.

B. Vero ipsam denotat *folliculo* inclusam.
C. *Folliculus apertus* est.
D. Vero *Papilio* est ex præcedenti *Eruca* generatus.
E. E. *Folliculus* est *Erucæ* Bengalensis *Tesser* vocatæ.

OBSERVATIO.

Hæc est *Blatti H. Malab. part.* 3. *Tab.* 40. vel saltem ejus species, uti ex figurarum *comparatione patet*, & a *Rumphio* supra etiam adnotatum est.

De drie- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Mangium Caseolare album*, ofte de *witte Kaasdragende Mangie-Boom.*
Alwaar Lett. A, deszelfs *vrucht* aanwyst.

De vier- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Mangium Caseolare rubrum*, ofte de *roode Kaasdragende Mangie-Boom.*

De vyf- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van de *roode Kaasdragende Mangie-Boom.*
Waar op by Lett. A. gezien wert de *groote Amboinsche Rupze*, die op deze Boom aast.
B. Wyst aan dezelve in zyn *huysje* toegesponnen.
C. Vertoont het *open huysje.*
D. Is de *Kapel*, die uyt de *Rupze* voortkomt.
E. E. Zyn *huysjes* van den Bengaalsche *Rupze*, *Tesser* genaamt.

AANMERKING.

Dit is de *Blatti* van de *Hortus Malab. part.* 3. *Tab.* 40. ofte ten minste daar een medezoorte van, zo als uit de vergelyking der Figuren blykt, en van *Rumphius* boven ook aangemerkt is.

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Mangium album. Caju Api Api.

TErtium *Mangi Mangi* genus est album, juxta regionum varietatem varias exhibens species seu varietates, vulgarem vero ac communem ejus formam describemus, quæ in Amboina observatur, a qua reliquæ haud multum discrepant: Hæc itaque humilis est arbor, quæ aliquando tantum frutescit.

Trunci cortex glaber est & cinereus: Folia vero cum prima conveniunt specie, sed sunt breviora, & subrotunda, oblongam referentia ligulam, excepto quod juniora in obtusum desinant apicem, quatuor & quinque pollices longa, binos digitos lata, intersunt vero quædam adeo brevia & acuta, ut Salviæ folia referant, superne intense viridia & glabra, inferne gilva & cinerea, ad tactum mollia, acsi lanuginosa essent, suntque crassa, pinguia, paucisque costis pertexta, saporis salsi cum parva amaritie.

Bina plerumque sibi invicem obponuntur, vel loco alterius novus ibi progerminat ramulus. Flores pusillis in racemis simul excrescunt squallide albentes, longa gerentes stamina. Fructus gemini & bigemini simul dependent magnitudine biobulorum, plani, parumque incurvi, instar semi-Lunæ, vel instar juniorum *Nam-Nam* fructuum, in brevem durumque desinentes apicem, qui semper ad concavam extenditur partem, exterius autem sunt lanuginosi & æquales, ex gilvo & viridi mixti colore, tenui obducti pellicula, quæ digito facile separari potest, sub hac nucleus reconditur eandem gerens formam, exterius fuscam, interne albicantem, seu pallide virentem, quæ sese in quatuor explicat foliola instar libelli, inque medio obcludit album quasi penicillum Gossypii turundam referens, quæ ab utraque parte bina emittit foliola, & exteriori nectitur petiolo.

In Macassara & Occidentalibus insulis hæc arbor adeo vasta est, ut vir vix eam complecti possit, ejus quoque fructus ibi multo sunt majores, instar semiperfecti nempe Nam-Nam fructus, vel instar illorum litorei *Catti Catti*, ejusdem cæterum formæ, quatuor quinqueve simul dependentes: Ejus nucleus in tot quoque sese aperit foliola, ibique multum ad cibum expetitur.

Vulgaris trunci lignum albicat, molle est, fungosum, sique transversim cædatur, ex meris compositum videtur circulis instar Musæ stipitis, sed multo arctioribus:

LXIII. HOOFDSTUK.

De witte Mangi-Boom.

HEt derde geslagt van 't Mangi Mangi *is 't witte, na de verscheydenheid der Eylanden eenige verandering vertonende; dog wy zullen de gemeene gedaante beschryven, die men in Amboina ziet, waar van de andere niet veel afwyken. Alhier dan is 't een lagen boom, die zomtyds een struyk blyft.*

De schorsse des stams is ligt-graauw en even. De bladeren komen met 't eerste geslagt overeen, dog zyn korter, en van vooren rond, een langwerpige leepel gelykende, behalven dat de jonge een stompe spits hebben, vier en vyf duymen lang, en twee vingers breed, dog daar loopen 'er ook onder zo kort en spits, datze de zaly-bladeren gelyken, boven boog-groen en glad, van onderen vaal en witachtig, zagt in 't aantasten als of ze wollig waren, dik, vet, en met weinige ribben door-regen, van smaak ziltig, met een kleene bitterheid.

HÆc arbor *Mangi Mangi Goenong* dicta, in parvis creſcit ſilvis in Omæ & Haroekæ montibus, formam vulgaris Mangii exhibens, cujus & foliis magnitudine, non autem venarum decurſu reſpondet; ſunt autem quinque pollices longa, ſeſquipedem lata, in obtuſum apicem deſinentia, per longitudinem quatuor nervis diſtincta, utrimque protuberantibus, nullum vero gerunt nervum medium, unde & quodammodo ſimilia ſunt illis *Dammar Batu*, vel magis proprie illis *Canellæ ſilveſtris*, ingrate dulcis ſaporis.

Arbor plurimos gerit breves ramulos denſamque comam, ramuli autem ſuperiores potiſſimum anguloſi ſunt ſeu triangulares, quibus folia nunc ſolitaria, nunc bina oppoſita inſident.

Poſt folia fructus progerminant plures ex racemis dependentes, quæ parvæ ſunt, virides, planæ, incurvæ, interruptæ ſiliculæ, inſtar plurium ſcorpionum intricatæ, binos circiter pollices longæ, culmum craſſæ, in quibus quatuor vel quinque obcluduntur ſemina nigra, Lini ſemina æmulantia, ſed minora, nigra, & ſplendentia, rubra obtecta pellicula: Sub hac arbore nullæ aliæ creſcunt herbæ.

Omaſenſes illam vocant *Mangi Mangi Oetan* & *Goenong*, nullum mihi amplius ejus nomen innotuit. In rubro creſcit ſolo, diſtinguenda vero eſt ab alia arbore *Mangi Mangi Utan* dicta, ſupra capite 28 deſcripta, unde hæc Omaſenſis arbor meliore jure vocanda eſſet *Mangi Mangi Goenong* ſeu *montana*, vel potius peculiaris alia habenda eſt arbor, natura & forma a *Mangiorum* familia nimium diverſa.

In *Rumphii Adpendice* hæc ſubſequuntur.

Huc uſque nulla alia mihi obvenit arbor, cujus folia hanc habent proprietatem, quod quatuor gerant nervos longitudinales: Anno 1690. hæc arbor in Leytimora reperta fuit, ejusque ramus mihi inde tranſmiſſus forte junioris arboris, cujus rami extremi quadragoni, & acute fere alati erant, hiſce folia inſident plurimum ſolitaria, ſed bina ſibi mox ſubſequuntur, quæ brevibus ſuſtinentur petiolis, ſex ſeptemque pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, ſuperius obtuſa, ſcabra, & deorſum inflexa, &, uti dictum, quatuor nervis longitudinalibus uſque ad extremum donata, qui utrimque protuberant. Ex alis ipſorum ſimplex & ſolitarius progerminat petiolus, quadratum & acutum ſuſtinens capitulum, quod floris rudimentum eſſe quis putaret, ſed ſeſe in quatuor tenera explicat foliola, viſcoſa, quales & petioli ſunt. Fructus in textu ſupra notati ſunt.

Tabula Octogeſima Prima

Ramum exhibet *Mangii montani*, ſeu *Goenongi.*

LXVIII. HOOFDSTUK.

De Berg-Mangi-Boom.

MAngi Mangi Goenong, *zo genaamt, waſt in de ligte boſſchen in 't gebergte van Oma en Haroeko, in de gedaante van een middelbaare Mangi Mangiboom, die de bladeren ook eenigzints gelyken van grootte, maar van aderen heel anders geteekent, want zy zyn vyf duymen lang, een en anderhalf breed, met een ſtompe ſpits, in de lengte geſtreept met vier zenuwen, die te weerzyden uytpuylen zonder middel-zenuwe, waar doorze eenigzints gelyken die van* Dammar Batu, *of eygentlyk die van de* wilde Caneel, *onlieffelyk zoet van ſmaak.*

De boom heeft veele korte takjes, en een digt loof, en de voorſte takjes zyn meeſt hoekig of driekantig, waar aan de bladeren zommige enkelt, zommige tegen malkander ſtaan.

Agter de bladeren komen de vruchten voort, aan veele troſſen by malkander, 't welk zyn kleene groene platachtige, kromme, en geknoopte houwen, door malkander gekronkelt, als een party Schorpioenen, omtrent twee duymen lang, en een ſtroo-halm dik; binnen leggen vier à vyf ſwarte zaden, als die van Lyn-zaat, dog kleender, ſwart, en glimment, bekleed met een rood velleken. Onder dezen boom waſt geen andere ruygte.

De Omaëzen noemen hem Mangi Mangi Oetan *en* Goenong, *en meerder is van hem niet bekent. Hy ſtaat op een rooden grond, dog is te onderſcheyden van een ander* Mangi Mangi Utan, *hier boven Kapittel* 28. *beſchreven, daarom men dezen Omaëzen-boom beter mogte noemen* Mangi Mangi Goenong *of* Berg-Mangi-Mangi, *of nog liever voor een byzondere boom houden, dewyl hy van de natuur en gedaante der* Mangi Mangi *te veel verſchilt.*

Dit volgt in het Byvoegzel *van* Rumphius.

Tot nog toe is my geen andere boom bekent, wiens bladeren die eygenſchap hebben, dat ze met vier zenuwen in de lengte getekent zyn. Anno 1690. *is hy op Leytimor gevonden, en daar van een tak my toegebragt, miſſchien van een jonge boom, wiens uytterſte takken vierkantig, aan de kanten ſcherp en ſchier gevleugelt, daar aan ſtaan de bladeren meeſt enkelt, dog twee en twee kort boven malkander. Deze ſtaan op korte ſteelen,* 6. *en* 7. *duymen lang,* 3 *en* 3½ *breed, van vooren ſtomp, alle ſtyf en neerwaarts ſtaande, als gezegt met vier doorgaande zenuwen in de lengte geſtreept, ter wederzyde uytſtekende. Uyt haren ſchoot komt een enkelden ſteel voort, dragende een vierkant ſcherp hoofdeken, 't welk men voor een knop van een bloem zoude aanzien, maar 't verdeelt zig in vier jonge blaadjes, dewelke wat kleverig zyn, als mede de ſteelen. De vruchten zyn als in den text.*

De een- en tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Berg-Mangi-boom* ofte de *Goenong.*

RUMPHII ADPENDIX *tribus* subsequentibus *Capitibus* porro auctus est.

CAPUT SEXAGESIMUM NONUM.

Umbraculum maris. Brappat Tudong.

Supersunt quædam minus notæ *Mangii* species, quas ad antecedentes referre potueram, quum vero ab iis multum differant, separatim illas hic subjungere & describere malui.

Umbraculum Maris, varietas est *Mangii Corniculati*, supra *cap.* 64. descripti, cujus binas observavi species; prima harum mihi dicitur *Ceramensis*, altera *Amboinensis*.

Primo *Ceramensis* truncum gerit haud multum crure crassiorem, nec viro altiorem; ejus rami sese dividunt in plures nodosos & breves ramulos, qui densam formant comam. Folia nunc & plurimum solitaria sunt, nunc vero obposita, vulgaris *Brappat* formæ, superius nempe subrotunda, crassa, scabra, ac vix notabilibus venis distincta lutescentibus & parum protuberantibus, sunt vero tres & quatuor pollices longa, binos digitos lata.

Flores sunt uti *Mangii Fruticantis*, ex petalis parvis albisque constructi, incurvis & rugosis instar illorum *Bonga Lacca*. Fructus incurvæ sunt siliquæ instar Acinacis vel Falcis, illis *Mangii corniculati* omnino similes, sed magis incurvæ, & apice sursum elevatæ, digiti articulum circiter longæ, calamum crassæ, externe pallide virentes, interne repletæ viridi penitus medulla, siliquarum formam habente, quæ sicca est, & in bina segmenta divisibilis: Arboris cortex nigricat, multisque elevatis punctis notatus; lignum est album & molle uti reliquorum Brappat, quam diu nempe vegetum est.

Si hæ arbores copiosæ & plures sibi adstant, non late sese extendunt, sed solitariæ ingentem formant comam, instar Umbellæ formatam, quæ *Tudong* vocatur, quamque mulieres supra caput gerunt.

Crescit hæc arbor talibus in litoribus, quæ saxosa sunt, & maris reditu aqua obducta, quum hæc arbor coma sua aquæ supernatet, & ipsi tanquam Umbraculum inservit: Si vetusta sit, ejus lignum durissimum est & gravissimum, in aqua fundum petens, coloris ex fusco russi, in medio autem nigricans, sed raro obcurrit: Hinc patet non multum differre hanc arborem a *Mangio corniculato* supra descripto, tam quoad folia quam fructus, atque differentia potissimum hac in re sita est, quod *Umbraculum* hoc *maris* arbor sit solitaria, atque hinc extra classem reliquorum Mangiorum secludenda, in tali porro crescit plano litore, quod aqua continuo marina conspergitur. Supra memoratum durum lignum raro invenitur, & ex Caybobbensium opinione tantum in solitaria ista obcurrit arbuscula, quæ vetusta est, & in aqua marina diu decubuit.

Secundo Amboinensis species truncum gerit non ultra quatuor pedes altum, comamque itidem habet extensam instar *Pajong*.

Folia ejus maxime a præcedenti differunt, minima enim pollicem, & maxima binos transversales digitos longa sunt, unum vero lata, subrotunda, & parum bifida, glabra, nec notabiles gerentia costas. Fructus ejus itidem non ita incurvi sunt, vix pollicem longi, in longum desinentes apicem, lutei, ac facile decidui.

Nomen. Latine *Umbraculum maris*, Malabarice *Tudong Laut*, vel *Brappat Tudong*, & *Pajong Laut*. Caybobbenses in magna Cerama illam vocant *Papari*, alii vero *Watta Tube Tube*.

Locus. In magna obcurrit Cerama circa Caybobbo, uti & in Leytimoræ plaga Zephyrea in litore Ruttum, & in litore Halong circa Lateri.

Usus. Ab incolis noxia habetur hæc arbor, cujus & nullas gustant partes: Ejus cortex contusus, & aquæ injectus pisces enecat instar aliorum Bori. Ex fusco nigroque ligno manubria telorum, aliorumque instru-

Het Byvoegzel *van* Rumphius *is verders met de* drie *volgende* Hoofdstukken *vermeerdert.*

LXIX. HOOFDSTUK.

De Zee-scherm-Boom.

Daar zyn nog eenige min bekende zoorten van Mangi Mangi, *dewelke ik wel onder de voorgaande hadde konnen brengen, dog dewylze nog al wat van dezelve verschillen, zo heb ik ze liever hier agter in't byzonder willen beschryven.*

Umbraculum Maris, *is een verandering van* Mangium Corniculatum, *boven Kapittel* 64. *beschreven, waar van ik twee zoorten aangemerkt hebbe. De eerste noem ik de* Ceramze, *en de tweede de* Amboinsche.

Eerstelyk: de Ceramse *heeft een stam niet veel dikker dan een dye, en niet hooger dan een man. De takken verdeelen hun in veele korte en knoestige zyde-takjes, makende een digte kruyn. De bladeren staan zommige enkeld gelyk de meeste zyn, zommige tegens malkander, van gemeene* Brappats *fatzoen, te weten voren rond toelopende, dik, styf, met pas kennelyke ribbekens, dewelke geel uytsteeken, drie en vier duymen lang, en twee vingers breed zyn*

Het bloeizel is gelyk als aan 't Mangium Fruticans, *van kleene witte blaadjes gemaakt, die wat gefronst zyn, als die van* Bonga Lacca. *De vruchten zyn kromme houwen, als Sikkels, die van* Mangium Corniculatum *gantsch gelyk, dog krommer, en met de spits opwaarts gekeert, omtrent een lidt van een vinger lang, en een schaft dik, buyten bleek-groen, binnen gevult met een gras-groen hert, gefatzoeneert na de houwen, droog, en in tweeen deelbaar. De schorsse is swart, en met veele opgeworpene puntjes ruyg. Het hout is wit en week, gelyk aan ander Brappat, zo lang het in 't groeyen is.*

Als deze boomen veele by malkander staan, zo berydenze haar niet wyd uyt, maar alleen staande, maakenze een breeden kruyn, gefatzoeneert als een stroo- en schermhoed, genaamt Tudong, *die de Vrouwen op het hoofd dragen.*

Zy groeyen op zodanige stranden, dewelke steenachtig zyn, en met het hooge water bedekt werden, wanneer dezen boom met zyn kruyn op het water dryft als den voornoemden schermhoed. In den ouderdom wert het hout zeer hard en swaar, in 't water zinkende, bruyn-ros van coleur, maar na de midden swartachtig, en wert zelden gevonden. Hier uyt blykt dan, dat het niet veel verschilt van het bovenstaande Corniculatum, *zo aan bladeren als aan vruchten, bestaande het onderscheyd meest hier in, dat dit* Umbraculum Maris *een eenzamen boom is, en 't moet buyten den rang van andere* Mangi Mangi *gemeenelyk op een zodanige vlakke strand staan, die geduurig met zee-water besproeyt is. Het bovenstaande harde hout wert zelden gevonden, en na 't oordeel der Caybobbers, alleenlyk aan dat eenzame boompje, wanneer het zelve oud wert, en in zee-water blyft leggen.*

Ten Tweeden: De Amboinsche zoorte heeft een stam niet boven vier voeten hoog, en is mede uytgebreyd van kruyn, als een Pajong.

De bladeren verschillen merkelyk van het bovenstaande, want de kleenste zyn een duym, en de grootste twee dwers-vingers lang, en een vinger breed, van voren rond en een weinig geklooft, glad, en zonder kennelyke ribben. De vruchten zyn ook wat anders, te weten niet zeer krom, schaars een duym lang, met een lange spits, geel, en ligt afvallende.

Naam. *In't Latyn* Umbraculum Maris. *Op Malabaars* Tudong Laut *of* Brappat Tudong *en* Pajong Laut. *Die van Caybobbo op groot Ceram, noemen hem* Papari; *andere* Watta Tube Tube.

Plaats. *Men vind hem op groot Ceram omtrent Caybobbo, als mede op Leytimors zuydzyde op het strand van* Ruttum; *en op het strand van* Halong *omtrent* Lateri.

Gebruik. *Hy wert by de Inlanders voor een schadelyken boom gehouden, waar van niets geproeft wert. De schorsse gestampt en op 't water gestrooyt, doet de visschen sterven, gelyk andere Bori. Uyt het swart-bruyne hout*

Tab LXXXII.

ſtrumentorum formari poſſunt: Javani tale eligunt & expetunt lignum, ex quo telorum ſuorum manubria formant, ſi eleganter nempe ſit venoſum. Fuſcum hoc lignum ad trunci fiſſuras quoque reperitur, quum emortuus ſit, uti illud in *Arbore Excæcante* ſeu *Matta Hoeri* obcurrit.

Tabula Octogeſima Secunda

Ramum exhibet *Umbraculi maris*, quod *Brappat Tudong* incolis vocatur.

CAPUT SEPTUAGESIMUM.

Mangium floridum. Mangi Mangi Bonga.

HÆc quoque *Brappat* ſpecies eſt, cujus folia itidem ſunt cruciata, binos tresve pollices longa, unum lata, ſubrotunda ſeu obtuſa, craſſa, firma, glabra, & coſtis deſtituta, excepto nervo medio, qui infra acute protuberat, & ibi flaveſcit. Ramulorum ſummum terminatur in ſpatham ex binis foliolis ſibi obpoſitis & adcumbentibus formatam.

Flores primo acuta ſunt capitula, in orbem poſita, & floris formam exhibentia, hæc ſeſe aperientia in caliculo plurima exhibent fuſca ſtamina, quibus deciduis, caliculus ſeſe aperit in ſtellulam planam ex quinque radiis compoſitam, atque in hac verus locatur fructus coni formam exhibens, vix pollicem longus, ex fuſco & viridi variegatus, qui florem itidem repræſentat, unde ab Amboinenſibus ſuum obtinuit nomen. Rami ſibi etiam directe obponuntur, ſæpe etiam quaterni ſunt: Lignum ſatis durum eſt, ſed non magnum format truncum.

Nomen. Latine *Mangium floridum.* Malaice *Mangi Mangi Bonga*, juxta Amboinenſe *Watta Coeban ſeu Cumban*, quum ejus fructus florem referant.

Locus. In *Halong* litore obcurrit.

Tabula Octogeſima Tertia

Ramum exhibet *Mangii floridi.*

bout kan men begten maken tot Parrangs en andere gereetſchappen. De Javanen zoeken zulk bout om kris-begten daar van te maken, als het mooy geadert is. Het bruyne bout vind men ook in de ſcheuren des ſtams, wanneer dezelve geſtorven is, gelyk aan den Arbor Excæcans *of* Matta Hoeri *geſchiet.*

De twee- en tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Zeeſcherm-Boom*, die *Tudong Brappat* by de Inlanders genaamt wert.

LXX. HOOFDSTUK.

De Bloem-dragende Mangi-Boom.

D*It is mede een zoorte van* Brappat, *waar aan de bladeren ook mede in 't kruys ſtaan, 2. en 3. duymen lang, een breed, van voren rond of ſtomp, dik, ſtyf, glad, zonder eenige ribben, behalven de middelzenuwe, beneden ſcherp uytbuylende, en aldaar geel-groen. Het uytterſte der ryskens eyndigt in een ſpadel van twee blaadjes tegens malkander geplakt.*

De bloemen zyn eerſt ſpitze knopjes, de welke in een kring ſtaan, in gedaante van een bloem; deze haar openende, vertonen in een bekertje veele bruyne draden, dewelke uytgevallen zynde, opent zig het bekertje in een plat voetje of ſterretje, van 5. ſtraalen gemaakt, en daar in ſtaat de regte vrucht als een kegeltje, ſchaars een duym lang, uyt den bruynen en groenen gemengt, vertonende al wederom een bloem, waar van het by de Amboinezen den naam heeft. De takken ſtaan ook regt tegens malkander, ook zomtyds vier by malkander. Het bout is redelyk hard, dog zet geen grooten ſtam.

Naam. *In 't Latyn* Mangium floridum. *Op Maleyts* Mangi Mangi Bonga, *na 't Amboinſch* Watta Coeban *of* Cumban, *om dat zyne vruchten na een bloem gelyken.*

Plaats. *Men vind het op den ſtrand van* Halong.

De drie- en tachtigſte Plaat.

Vertoont een Tak van de *Bloem-dragende Mangi-Boom.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

Mangium porcellanicum. *Brappat Gelang.*

MAgna itidem *Mangii ferrei* obſervatur ſpecies, quæ fruticoſa tantum eſt arbor, ſed non ita rugoſum gerit corticem, atque in cœnoſis creſcit litoribus: Folia omnino ſimilia ſunt illis Portulacæ hortenſis, ſed anguſtiora ſunt, ſubtusque protuberantem gerunt coſtam, ſaporis grati ſalſique, fere inſtar illorum *Petroſelini de Maer* dicti.

Ejus fructus raro in conſpectum veniunt, atque hinc inde unus alterve inter foliola abſconditur forma brevis Caryophylli, qui latum gerit caput ex ſex apicibus formatum, in quo flores ſtaminoſi locati fuere uti in Caryophyllis. Foliola in ramulorum ſummo adeo arcte ſibi inponuntur & conliguntur, ut totum obtegant ramulum.

Nomen. Nullum aliud gerit nomen niſi *Brappat Gelang*, ex quo *Mangium Porcellanicum* derivavi.

Locus. In occidentali *Bagualæ* litore obcurrit, uti & in *Laha.*

Uſus. Amboinenſes ejus folia cruda edunt ad Bocaſſan, aliaque piſcium condimenta.

Tabula Octogeſima Quarta

Ramum exhibet *Mangii Porcellanici Brappat Gelang* dicti.

Ad *Caput* 36. *Sureni* hæc pertinent.

In *Rumphii Auctuario* hæc adduntur.

Ulteriore examine binas *Sureni* obſervavi ſpecies, albam & rubram, foliis non differentes, ſed ſi albæ cortex incidatur, hic albicat vel pallide luteum ſeu citrinum præbet colorem, ſiccus vero ruffeſcit.

Rubræ vero ſpeciei cortex ſi incidatur, rubet, atque magis penetrantem Sandali fundit odorem, ejusque lignum magis ruffeſcit quam prioris, ac fortiorem ſpirat odorem, unde & præfertur.

Alba ſpecies ex ſauciato cortice Papedam exſudat, quæ ſenſim in duros exſiccatur conos, pellucidos inſtar Ceraſi gummi. Hujus fructus in textu deſcribuntur nempe-oblongo rotundi. Rubræ autem ſpeciei majores ſunt & pentagoni, obtuſis conſtantes angulis, ſed in quinque itidem dehiſcunt partes, quæ intus conſtitutæ ſunt, uti priores.

Rubræ ſpeciei aſſeres Bataviæ maxime expetuntur a Sinenſibus, ad veſtium ciſtas ex iis formandas, ob præſtantem Sandali odorem; inque Sinam transferuntur, ut ibi vernice ipſorum *Tsjiad* dicta obducantur. Cortex recenti infuſus *Saguero*, non tantum amaricantem ipſi conciliat ſaporem, ſed *Sandali* etiam odorem.

Finis Libri Quarti.

LXXI. HOOFDSTUK.

De Porceleynbladige Mangi-Boom.

MEn vind nog een groote zoorte van Mangium Ferreum, *dewelke mede een ſtruykachtige boom blyft, dog zo ruyg van ſchorſſe niet, en groeyt aan modderachtige ſtranden. De blaadjes gelyken heel en al na de gemeene hof-porceleyn, doch zyn ſmalder, en hebben van agteren een uytſtekende ribbe, aangenaam ziltig van ſmaak, ſchier als* Peterſely de Maer.

De vruchten ziet men weinig, hier en daar een tuſſen de blaadjes verborgen, in de gedaante van korte Caryoffelnagelen, met een breed hooft van 6. *ſpitzen gemaakt, daar in 't bloeyzel geſtaan heeft van draadjes gemaakt, gelyk aan de Nagelen. De blaadjes ſtaan aan 't voorſte der ryskens zo digt op malkander, dat men 't rysken niet bekennen kan.*

Naam. *Het heeft geen anderen naam als* Brappat Gelang, *waar uyt ik* Mangium Porcellanicum *gemaakt heb.*

Plaats. *Men vind het op de Weſt-ſtrand van* Baguala, *als mede in de* Laha.

Gebruik. *De Amboineezen eeten de bladeren raauw tot Bocaſſan, en andere vis-doop.*

De vier- en tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Porcelynbladige Mangi-boom, Brappat Gelang* genaamt.

Tot het 36. Hoofdſtuk *van de* Suren-Boom *behoort het volgende.*

In de vermeerdering van Rumphius *wert dit 'er bygedaan.*

By nader onderzoek vind men twee zoorten van Suren; witte *en* roode, *in bladeren ſchier niet verſchillende; als men in de ſchorſſe van de witte zoorte kapt, zo blyft dezelve witachtig of bleek-geel, dog beſterft ros.*

De ſchorſſe van de roode zoorte is in 't kappen roodagtiger en ſterker van Sandel-reuk, en het hout is ook wat roſſer dan het voorgaande, ſterker van reuk, en dierbalven voorgetrokken.

De witte zoort ſchiet uyt de gequetſte ſchorſſe een Papeda, dewelke met 'er tyd opdroogt in harde kegels, klaar en doorſchynent als karze-gom. De vruchten hier van zyn als in de text ſtaat, te weeten langwerpig-rond. Die van de roode zoort zyn wat grooter, en van buyten vyfkantig, dog met ſtompe hoeken, maar ſplyten weer open in vyf deelen, en van binnen zynze geſtelt als de vorige.

De planken van de roode zoort werden op Batavia veel gezogt van de Sineezen, om kleeder-kaſſen of kiſtjes daar van te maken, wegens haare goede Sandel-reuk, en werden na Sina gevoert, om aldaar met haar gewoonelyk Tsjiad van buyten verniſt te worden. De ſchorſſe in verſche Sagueer gedaan, maakt dezelve niet alleen bitter, maar geeft hem ook een Sandel-reuk.

Eynde van het vierde Boek.

2 plates 84 but unlike

HERBARII AMBOINENSIS LIBER QUINTUS.

De Arboribus agens silvestribus promiscue.

CAPUT PRIMUM.

Varinga latifolia: Waringin Daun Besaar.

HIc liber quintus restantes continet arbores silvestres promiscue, quæ diversi sunt usus, quantum ad nostram pervenere notitiam, certi autem sumus, in Amboinensibus solitudinibus ac silvis multo majorem latere arborum numerum, quæ materiam præbebunt satis copiosam diligentiæ subsequentium nostrorum indagatorum. Atque uti priorem librum quartum talibus silvestribus arboribus, quæ peregrinæ penitus Europæis sunt naturæ, & incognitæ, quæ in aquis nempe crescunt, clausimus, sic in hujus quinti primordio tales inducemus, quæ in ipsa vegetant terra, ac peculiariter radiciferæ arbores vocantur, seu Indico nomine *Waringin*, quæ non minus quam antecedentes in diversas classes ac species dividuntur, & inter sese peculiares quosdam gerunt characteres.

Quorum Primus est: Quod non erectum gerant truncum, vel unicum, sed multis sese erigant surculis, seu tot sinibus & foveis quasi obruti sint, ut tota penitus trunci facies dispareat, uti & crassiores etiam rami sibi invicem sæpius adcrescunt.

Secundus: Quod ex crassis ramis plurima filamenta vel fibrillas deorsum dimittant, quæ terram tangentes radices sensim, & tractu temporis novos etiam emittunt stipites.

Tertius: Quod lacte turgeant; quod tamen in plurimis innoxium est.

Quartus: Quod nullos gerant flores visibiles; sed fructus more Ficorum progerminent, uti omnes adfines sunt *Sycomoro*, atque hinc apud veteres sub nomine *Ficus Indicæ* descriptæ.

Quintus: Quod ipsarum folia, ac præsertim horum pars inferior in costarum interstitiis peculiari modo venulis cancellatis sit pertexta.

Prima itaque species est *Varinga latifolia*, quam hoc in capite describimus, quæ arbor est vastissima, inregularis, & ample extensa, quæ mox supra radicem variis sese extendit stipitibus instar plantæ, quorum quivis truncus non est rotundus vel æqualis instar aliarum arborum, sed mire gyris & foveis inflexus, rarissime autem solitario excrescit trunco, quique ex variis compositus videtur minoribus stipitibus, tali quoque modo sese crassi obferunt rami, & ubi sese tangunt, concrescunt, ita ut naturalis sit species inconditæ naturæ & luxuriei, supra enim intricationes istorum stipitum & ramorum, crassissimi horum solitarii plurima emittunt filamenta deorsum navigiorum filamentorum crassitiem habentia, sed vaga magis & rariora quam in subsequenti parvifolia specie, quorum extremitates bifidæ sunt, atque horum singula iterum bifida sunt, donec terram tangant, cui parvis fibrillis sese infigunt, adeo simiter, ut instar chordarum tensa sint, hæc filamenta autem ex terra suum haurientia nutrimentum sensim in rectos & novos excrescunt truncos, quæ instar fulcrorum arbori subposita sunt, si nempe in silvis suæ committantur naturæ, talique modo plures generat stipites, quique majori proximi sunt, sensim concrescunt; si vero circa ædes locatæ sint arbores, rara & vaga tantum generant fulcra,

HET AMBOINSCHE KRUYD-BOEK. HET VYFDE BOEK.

Handelende van de overige wilde bomen onder malkanderen.

I. HOOFDSTUK.

De Breedblaadige Varinge-Boom.

D*It vyfde boek behelst de overige wilde bomen, door malkanderen van verscheiden gebruik, zo veele tot onze kennisse zyn gekomen, want wy verzekert zyn, dat de Amboinze wildernissen nog vry een grooter getal verbergen, en stof van neerstigheid aan onze navolgers bewaren; gelyk wy het voorgaande vierde boek met zodanige wortel-boomen van een vreemde, en de Europeanen onbekende gedaante, die in 't water wasschen, beslooten hebben, zo zullen wy dit vyfde boek met diergelyke bomen beginnen, die op 't land wasschen, en men eygentlyk wortel-bomen noemt, of met een Indiaans woord* Waringin, *niet min, dan de voorige, in verscheide zoorten verdeeld, en onder malkanderen eenige byzondere kenteekens hebbende als:*

1. *Datze geen regte, en enkelde stam hebben, maar uyt vele strengen t'zamen gewonden, of immers zo vol bogten en kuylen zyn, dat men geen fatzoen van stam daar aan bekennen kan, gelyk ook de dikke takken dikwils aan malkanderen vastgroeyen.*

2. *Datze uyt haar dikke takken vele draden en vaselingen na beneden zenden, die de aarde rakende, wederom in wortelen, en metter tyd nieuwe stammen maken.*

3. *Datze vol melk zyn, die in de meeste onschadelyk is.*

4. *Datze geen bloeizel hebben, maar de vruchten komen voort op de manier, als Vygen, gelyk ze dan al t'zamen uyt de maagschap zyn van* Sycomorus, *en daarom by de ouden onder den naam van* Ficus Indica *beschreven zyn.*

5. *Dat men aan hare bladeren en der zelver onderste zyde de plaatzen tusschen de ribben op een byzondere manier, met kleene adertjes ruytswys doorweven ziet.*

De eerste zoorte is de grootbladige of latifolia, *die wy in dit capittel beschryven, het welk is een zeer groote boom, woest en wyd uytgebreyd, straks boven de wortel, met verscheide stammen, zig wyd uytspreydende, gelyk een plante, yder stam is niet rond en effen, gelyk aan andere boomen, maar wonderlyk met kuylen en bogten gewrongen, en zelden vind men hem met een enkelde stam, die dan nog al uyt vele strengen schynt gevlogten te zyn, zo groeyen ook de dikke takken aan malkanderen, daar ze malkanderen ontmoeten, zo dat hy is een naturelyk afbeelzel van alle wildheid en ongebondentheid, want boven de verwerringe van gemelde stammen en takken, zo schieten de dikste daar van, die dwers staan, nog vele draden na beneden, in de dikte van zeilgaren, doch ydeler en weyniger, dan de volgende kleenbladige zoorte, wiens einde zig telkens in 2. verdeelt, en yder der zelver weder in 2., tot datze de aarde raken, als dan makenze haar met kleene worteltjes vast, en staan zo styf, als een gespanne koorde, deze touwen nu uyt de aarde haar eygen voedzel krygende, worden metter tyd regte en nieuwe stammen, die als pilaren onder den boom staan, als hy in de wildernis ongemoeit groeyen kan, zo gewind hy veel zulke stammen, en de naaste aan de hoofdstam, groeyen metter tyd aan malkanderen vast, maar omtrent de Negoryen of woningen van menschen staande, heb-*

cra, quum dependentia fila continuo avellantur, ut multiplicatio incondita prohibeatur.

Ramuli in obscura genicula seu nodos divisi sunt, hisce folia insident magna; solitaria, & inregularia, palmam longa & lata, illis *Tsjampadabæ* simillima, sed non ita rugosa nec pilosa, superius latissima & subrotunda, crassa, & scabra, quorum costæ ab utraque protuberant parte, & parallelæ sunt, quæque ad oras in sinus concurrunt, costarum vero interstitia venulis pertexta sunt innumeros cancellos formantibus, illa autem brevibus insident petiolis & crassis.

Ubique ex abruptis foliis vel sauciato arboris cortice lac exstillat spissum ac pingue & albicans, saporis fatui, atque innoxium; ramulorum summum semper terminatur in longum ac viridem apicem, corniculum referentem, ex quo novum progerminat folium, qui peculiaris omnium Varingarum character est: In cunctis quoque hisce speciebus fructus sine notabili flore excrescunt instar Ficorum, quorum hæc species maximos gerit, qui adultas referunt Olivas, sed majores & oblongiores, atque ad summitates latiores, bini tresque, immo sex sæpius uno ex ortu proveniunt, & concrescunt quasi sessiles tenuibus in ramulis, tam inter quam post folia, primo autem hi fructus intense lutei sunt, dein rubri, & viridibus quibusdam seu albicantibus punctulis adspersi, ac demum ex nigro coerulescunt instar maturorum Prunorum, alba autem ista punctula sensim disparent, in inferiore autem parte aliquomodo rugosi sunt, atque maturi Ficorum substantiam habent, sed duriorem & sicciorem, sine notabili sapore, ac proinde hominibus inutiles cibo, sed eo gratiores sunt silvestribus avibus: In ipsorum centro parva conspicitur cavitas, quæ granulis obducta est, uti in Ficis hæc quoque observatur, illa vero rubicundæ adhærent carni, inter hæc nunc unum nunc gemina reliquis majora conspiciuntur granula, uvarum acinos referentia, per quæ hæc propagatur arbor; cujus lignum albicat, seu pallide flavescit, estque molle, leve, nec durabile. Radices ejus copiose & late dispersæ sunt tam supra quam sub terra, intus quoque fungosæ & flavescentes.

Anni tempus. Rubri fructus Augusto in conspectum veniunt, nigri vero Septembri, Octobri, & subsequentibus mensibus, immo aliquando Martio, ita ut non certum observet hæc arbor anni tempus, ita quoque non omni anno fructus suos profert, sed aliquando per unum alterumve annum id differt, quum ita copiose tum suos exhibet fructus, ut arbor per fructus hos tota lutescat. Loca amat maritima, sæpe etiam montana & semper aprica, ubi aëri libere est exposita, nec ullas circa sese adstantes habet arbores nisi suæ familiæ: Huc usque nullum reperi incolam, qui declarare mihi potuerit, unquam sese vidisse arbusculam Varingæ specierum solam ex terra nuda propullulantem, instar aliarum arbuscularum, præter miram enim ejus formam peculiarem quoque propagationis observat modum, qui ipsis incolis fere hucusque penitus est incognitus.

Putatur autem vulgo, nullo alio modo has propagari nisi per volucres, qui fructus comedunt, ipsorumque maximum granum per secessum ejiciunt inter herbas, aliarum arborum cortices, vel murorum veterum rimas tam calce quam sine illa exstructorum, ex quo *Varingæ* surculus progerminat, ramulis sursum sese æque adtollens, quam radiculis & fibrillis deorsum sese figens, & quæ tali modo arborem ipsam arcte complectuntur, donec terram adtingentes in illam radices inmittant. Quando nunc filamenta hæc suum ex ipsa terra hauriunt nutrimentum, juxta truncum adeo increscunt & crassescunt, ut ipsum totum obtegant, ac tempore ipsam suffocent matricem, unde & in exstirpatione vetustarum Varingarum, hæ in centro suo excavatæ reperiuntur, vel aliud obtegentes lignum: Tale spectaculum semel ad sinum Clytensem in Hitoes ora vidi, ubi novum propugnaculum exstrueretur, atque in hunc finem iste depuraretur locus, inter alia vasta exstirpabatur arbor, quam incolæ vulgo putabant *Varingam latifoliam* esse, sed interna arbor erat elegans ac silvestris Metrosideros, cujus coma per paucos ramos adhuc vigebat, Varinga erat obducta, & trabium usui nobis lignum præbebat: Ista autem dicta sunto de cunctis *Varingæ* speciebus, sed frequentius hæc observantur in subsequentibus quam in hac specie.

Nomen.

hebben weynige diergelyke pilaren, dewyl men de afhangende draden gedurig afrukt, om de verwildering te beletten.

De ryskens zyn in donkere leden of knopen verdeelt, daar aan staan groote bladeren, enkeld, en zonder order, een band lank, en breed, die van Tsjampadaha *zeer gelyk, doch zo ruig en hairig niet, voor breedst, en in een ronde spits toelopende, dik en styf, de ribben steken te weerzyden uyt, lopen wat paralleel; en sluiten by de randen met bogen t'zamen, de tusschen spatien tusschen de ribben zyn met kleene adertjes doorweven, ontallyke ruitjes uytmakende, en staan op korte dikke stelen.*

Over al uyt de afgebrokene bladeren of gequetste schorsse dezes booms, loopt een dikke witte melk, laf van smaak, en onschadelyk, het uytterste der ryskens eindigt altyd in een lange groene spits als een boorntje, waar uyt een nieuw blad werd, 't welk mede een kenteken van alle Waringen is: De vruchten aan alle Waringen, komen zonder bloeyzel voort, gelyk de Vygen, waar onder deze zoorte wel de grootste heeft, zy gelyken volwassen Olyven, grooter en langwerpiger, aan de einden breder, en zitten met hare billen 2. 3. en 6. digt tegen malkanderen, zonder stelen, tegen de dunne takken aan, zo wel tussen als agter de bladeren, eerst zynze hoog-geel, daar na rood, en met eenige groene of witachtige punctjes bezet; ten laatsten werdenze zwart-blaauw, als rype Pruymen, en de witte puntjes vergaan allenkskens, maar aan 't agterste wordenze wat rimpelig, de rype zyn van substantie de Vygen gelyk, doch harder, en droger, zonder merkelyke smaak, en dierhalven voor menschen onbequaam om te eeten, maar zo veel aangenamer voor 't wilde gevogelte: In de midden ziet men een kleene holligheid, en dezelve omgeven met kleene korltjes, gelyk in de Vygen aan een roodachtig vleesch hangende, onder dezelve vind men zomtyds een of twee groter, dan de andere, in de gedaante van een Druyvesteen, waar mede deze boom word voortgezaait; 't Hout is wit of ligt-geel, week, ligt, en gansch niet durabel. De wortelen zyn veel en wyd verspreid, zo boven als onder de aarde, van binnen mede voos en ligt-geel.

Saysoen. *De rode vruchten ziet men in Augustus, de zwarte in September, October, en later, zomtyds ook in Maart, want hy houd geen precisen tyd, zo draagt hy ook niet alle jaren, maar slaat zomtyds een jaar of twee over, wanneer hy dan weder zo overvloedig draagt, dat den boom geel schynt van alle de vruchten. Hy wast gaarn op plaatzen omtrent de stranden, zomtyds ook in 't gebergte, en dat altyd aan opene plaatzen, daar hy ruimte, en geen andere bomen, als van zyn geslagt, om zig heeft: Ik hebbe tot nog toe geen Inlander gevonden, die heeft durven verklaren, ooit gezien te hebben een jong boompje van alle Waringe geslagten, dat uyt de bloote aarde, gelyk andere boompjes gesprooten is, want hy heeft behalven zyn wondere gedaante, ook een byzondere manier van voortteling, die by de Inlanders zelfs nog meest onbekent is.*

Men houd 'er voor, datze anders niet, dan door de vogels kunnen voortgeteeld werden, die de vruchten eeten, en de grootste korl daar van door den afgank laten vallen, in de ruige schorsse van eenige bomen, of scheuren van oud muur-werk, zo wel met, als zonder kalk opgezet, waar uit als dan dat jonge Waringin-*spruitje voortkomt, zo wel met zyn takjes opwaarts klimmende, als met zyne wortelen en draden nederwaarts, den boom met vele armen digt omvattende, tot dat het de aarde genaakt, en aldaar inwortelt, als 't nu zyn voedzel uyt de aarde heeft, zo worden de touwtjes langs de stam zo digt, en dik, datze den zelven bedekken, en metter tyd haar moeder-stam geheel verstikken, weshalven men gemeenlyk by 't omkappen van de oude Waring-boomen dezelve van binnen hol bevind, of een ander hout verbergende: Dusdanig spectacul heb ik eens op de hoek van Clyt ter kust van Hietoe bevonden, daar wy een nieuwe fortres wilden leggen, en tot dien einde de plaats schoon makende, onder anderen een groote boom omvellende, die de Inlanders doorgaans voor een* Varinga latifolia *aangezien hadden, maar van binnen een dikke schone, en Yzer-houte-boom bevonden, die boven in de kruin met weinige takken nog leefde, en ons tot balken wel te stade quam: Dit zy van alle* Waringe *geslagten gesproken, en men bevind 't meer aan de volgende geslagten, dan aan dit eerste.*

Naam.

Nomen. Generali nomine cunctæ hæ arbores Latine vocantur *Varinga*, Plinio autem & antiquis *Ficus Indica.* Belgice *Waringe-boomen*, quod nomen a multiplici truncorum contorſione derivari poſſet, niſi verum nomen Malaienſe eſſet *Waringin.* Portugalli illam vocant *Arbore de raix* h. e. Arbor radicum ſeu radicifera, unde & Græco-Latine vocari poſſet *Arbor polyrrhizos.* Peculiariter vero hæc prima ſpecies dicitur *Varinga latifolia.* Malaice *Waringin daun Bezaar*, & *Waringin Tsjampadaba.* In *Hort. Malab. tom.* I. *Fig.* 25. vocatur *Atty alu*, Bracmanis *Rumbadu*, Ternatice *Fiſſa Foeru*, & etiam *Waringin*, Baleyice *Boemit*, Macaſſarice *Caju Tanang*, Amboinice *Nuno Anaban* a forma foliorum cum illis *Tsjampadabæ*, Bandanice *Sombang.*

Locus. Prima ſpecies ſeu *latifolia* a Java obcurrit per Orientalem plagam Baleyæ & Celebes usque in cunctas Moluccæ inſulas, ſed in Amboina non ita frequenter ac ſubſequentes ſpecies, optimæ & maximæ obſervatæ ſunt in Hitoes ora, præſertim in litore *Lebulebu*, ubi vero nunc per ingentem inundationem anni 1674 perditæ ſunt, an vero in veteri India ſeu aliis Occidentalibus plagis reperiantur, me latet, puto enim, *Arborem Radicum* a Linſchoteno deſcriptam, quæ circa Goam creſcit, a Varinga noſtra quodammodo differre, atque ex auctoris iſtius deſcriptione comperio varias ibi reperiri ſpecies, quidam enim ipſi tribuunt fructum magnitudine *Ciceris*, alii *Olivæ*, quæ utraque forma immo alia etiam hic reperitur, ſaltem noſtra latifolia non ex ramis ſuis emittit fila nec tot ſurculos, quot de veteri Indica ſpecie teſtatur, unde & jure diverſa hæc habetur ſpecies.

Uſus. Hæc arbor nullam partem tigno aptam exhibet, excepto quod lata quædam ſegmenta ex ejus trunco excidantur, ex quibus volutæ formantur, quæ in proris navigiorum Korre Korre dictorum ornamenti gratia inponuntur, & topiario opere eleganter & artificioſe exciduntur, ſed non durabiles ſunt, ſi non pigmento quodam obducantur, meliores vero ſunt ex minori parvifolia ſpecie formatæ.

Amboinenſes has ſæpe plantant arbores in fori locis, ut ſub ipſarum umbris, ſi excreverint, conciones frequentent, qualis vaſtiſſima & elegantiſſima locata erat in Hila ante memoratum iſtud diluvium; quæ plurimis truncis & ſtipitibus extenſa erat inſtar Braſſicæ, ita ut totum fori tractum conventus Keytetto obcuparet, craſſiſſimum gerens truncum, & magnam radicum congeriem inſtar ſcopulorum, unde vis horribilis undarum marinarum adparuit, quæ ſeſe 17 Februarii anni 1674 per terram diſpergentes, hanc vaſtam arborem ita rapuerunt, acſi nunquam ibi locata fuiſſet, licet ad ſclopeti diſtantiam a litore remota eſſet.

Homines, uti dictum fuit, ejus fructibus non veſcuntur, licet maturi ſatis ſint dulces, ſed ſimul fatui, contra omnes majores ſilveſtres aves, ac præſertim palumbes & annui dicti, quam maxime ejus expetunt fructus, ita ut magna copia ad has advolent, easque frequentent arbores iis menſibus, quibus matureſcunt fructus, quod bene norunt aucupes: ſi jam illi decidunt, apri hos inveſtigant & comedunt, venatoresque hos iterum inveſtigant: Tenera arboris folia plebi oleri inſerviunt, quæ coquunt, ſed inadſueti conqueruntur ejus uſum capitis vertiginem cauſare.

In Keytetto montibus quondam ingens locata erat *Varinga latifolia*, quæ quotannis ſub finem Orientalis ſeu pluvioſi anni temporis vetuſta ſua dimittebat folia, ac mox ſub initium Occidentalium ſeu ſiccorum menſium nova regerminabat, fructusque producebat, ex qua incolæ mutationem anni temporis dignoſcebant, arborisque excellentem magnitudinem æſtimabant, uti & omnes tales arbores, quas ante ipſorum *Ballurren* ſeu publica ædificia locant, ipſis magno ſunt honori, quæque ipſis *Capalla Negry* h. e. pagi princeps vocantur. Hæc ipſa vero arbor circa annum 1642 prolabebatur, quum tumultuoſus *Kackialay* junior Hitoes centurio montes iſtius regionis obcuparet, ut cum noſtro populo bellum gereret; unde pro certo ominabantur, immo ipſi incolæ, inregulare & inconditum iſtud inperium brevi deſtructum fieri, cujus, uti di-

 ctum

Naam. *Met een generale naam worden alle deze boomen in 't Latyn gebeten* Varinga, *by Plinius en de ouden* Ficus Indica. *In 't Duits* Waringe-boomen, *'t welk men van 't veelvoudige wringen der ſtammen zoude kunnen afleyden, indien de zuivere Maleytze taal niet wat* Waringin. *De Portugezen noemen hem* Arbore de raix, *dat is* Arbor Radicum *of wortel-boom, en daarom men hem ook mogt noemen in 't Grieks- Latyn* Arbor polyrrhizos. *In 't byzonder word deze eerſte zoorte genaamt* Varinga latifolia. *Op Maleyts* Waringin daun Bezaar, *en* Waringin Tsjampadaha. *In* Horto Malabarico tom. I. Fig. 25. *biet by* Atty alu, *in 't Braminees* Rumbadu, *Ternataans* Fiſſa Foeru, *en ſlegts* Waringin, *op Baleys* Boemit, *Macaſſers* Caju Tanang, *Amboins* Nuno Anahan *van de gelykeniſſe der bladeren met die van* Tsjampadaha, *Bandanees* Sombang.

Plaats. *De eerſte zoorte of breedbladige vind men van Java Ooſtwaarts aan door Baly en Celebes, tot in alle de Moluxe Eilanden, doch in Amboina zo veel niet, als de volgende geſlagten, de ſchoonſte en grootſte zag men op de kuſt van Hitoe, inzonderheid op de ſtrand van* Lebulehu, *daarze nu door de groote watervloed van 't jaar 1674 uitgeroeid zyn, of menze in oud Indiën of andere plaatzen om de Weſt vind, is my onbekent, want ik ſuſtinere, dat de* Arbor Radicum *by Linſchoten beſchreven, en omtrent Goa waſſchende, van onze Waringin wat verſchild, en uit de beſchryving van de Autbeuren bemerk ik ook, dat by zelfs aldaar van verſcheide zoorten zy, vermits zommige hem een vrucht toeſchryven, in de grootte van een* Cicer, *zommige van een* Olyve, *welke beide gedaanten en meerder men albier vind, immers onze breedbladige geeft zo veel draden niet uit hare takken, nog zet zo veel ſtammen, als men van de oude Indiſche zegt, en daarom menze billyk voor een byzondere zoorte rekenen moet.*

Gebruik. *Van dezen boom kan men niets vinden, tot timmer-bout bequaam, behalven dat men eenige brede ſtukken uit 't bout kapt, waar van men de krullen maakt, die men voor op de ſtevens der Korre Korren zet tot cieraat, en met lofwerk konſtig uitgeſneden zyn, doch zy zyn aldaar niet durabel, zo menze niet met eenige verwe beſtrykt, en beter werden van de kleenbladige zoorte gemaakt.*

De Amboinezen planten zomtyds deze boomen, met een tak of ſtok op haar markt-plaatzen, om onder deszelfs ſchaduwe, alsze groot werden, vergadering te houden, diergelyke een zeer ſchoone en groote ſtond op Hila voor gemelde watervloed, met veele ſtammen uytgebreid, als een kool-plante, zo dat by de gebeele markt-plaats van 't geſpanſchap Keytetto beſloeg, met een zeer dikken ſtam, en klompen van wortelen, als klippen, waar aan de kragt van die ſchrikkelyke Zee-baren gebleken is, die zig op den 17 February van gemelde jaar 1674 op 't land werpende, dien geweldigen boom weggevoert hebben, als of hy daar nooit geſtaan hadde, hoewel hy ruim een musquet-ſchoot van ſtrand afſtond.

De menſchen, als gezegt, nuttigen zyne vruchten niet, hoewelze in haar volle rypheid redelyk zoet, maar daar by laf zyn, daar en tegen allerbande groote wilde vogels, inzonderheid wilde Duiven, en jaar-vogels zyn zeer gretig na deze vruchten, zo dat men de wilde Duiven met menigte daar op ziet, in de maanden, alsze ryp zyn, daar de Wildſchutters op letten, als nu de vruchten afvallen, zo paſſen daar de wilde Varkens op, om dezelve op te knappen, en dan de Jagers weer op haar: De jonge bladeren zyn by 't ſlegte volkje een moeskruid, om te koken, doch de ongewone klagen, datze 't hooft wat bezwaren.

In 't gebergte van Keytetto ſtond eertyds een groote Waringe-boom *van dit geſlagte, die jaarlyks in 't einde van de Ooſt- of regen-mouſſon zyne oude bladeren afſmeet, en ſtraks daar op in 't begin van de Weſt- of droge mouſſon nieuwe bladeren en vygjes voortbragt, waar aan 't landvolkje de verandering van de mouſſons leerde kennen, en zyne uitnemende grootheid in waarden hielden, gelyk zy alle zodanige bomen doen, die zy voor hare* Baleuwen *of ſtadbuizen planten, en* Capalla Negry, *dat is, hooft van 't Dorp noemen. Dien zelven boom viel omtrent 't jaar 1642 omver, als den muiteling* Kackialay *jongſte Capitein van Hitoe in 't zelve gebergte zig neder geſlagen hadde, om onzen ſtaat te beoorlogen, tot een vaſt voorbeduidzel, zelfs na 't zeggen der Inlanders, dat die wilde en ongebonden regering haaſt zoude uitgeroeit werden, waar van, als gezegt, de* Waringa *een* Symbolum *is,*

 ge-

ctum fuit, hæc Varinga Symbolum est, uti libro primo simile quid narravimus de Calappo tricipiti.

Hanc nostram *Orientalem Varingam*, licet ab illa veteris Indicæ *Arbore Raiz* dicta quodammodo differat, unius tamen ejusdemque esse speciei, tales profitentur, qui ambas has arbores & regiones adtento perlustrarunt oculo, atque pronunciabunt *Varingam*, & *arbore de raiz*, unam eandemque esse arborem cum antiquorum *Ficu Indica*, quo nomine descripta est a *Theophr. hist. pl. lib.* 4. *cap.* 5. & ex eo apud *Plinium hist. nat. lib.* 12. *cap.* 5. sed sine nomine, apud *Strabonem libr.* 5. *Geograph.* & apud *Curtium libr.* 9. ut & apud doctum *Clusium libr.* 1. *exotic. cap.* 1. cum quo consentio, sed cum venia magni istius viri errorem quendam adnotabo, quem cum aliis communem commisit, putans *Mangue* seu *Mangiu* circa Malaccam crescentem, quæ a *Ferd. Lopes Castagueda hist. Orient. Indicæ libr.* 7. *cap.* 3. ut & *Mangle* a *Ferdinando Oviedo general. & natur. hist. Occident. Indicæ libr.* 9. *cap.* 6. descriptam, unam eandemque esse arborem cum *Varinga* seu *Ficu Indica*, quum illæ sint arbores aquaticæ, a me sub finem libri præcedentis sub nomine *Mangi Mangi* descriptæ, tales autem errores facile quis committere potest, si ex aliorum relatu quis quædam describat, atque hic illos noto, neutiquam ut doctos derideam viros, uti alii id solent, sed ut plantarum historiam ac veritatem magis detegam, optans talem cordatam correctionem alios, qui scripta mea forte in posterum corrigent, suscepturos esse, corrigent inquam bono judicio, tales enim nihili facio neotericas cavillationes, quas Indiæ peregrinatores aliis exprobrant, qui nempe unam eandemque arborem in variis ac diversis observantes regionibus parvam forte in foliis, floribus, similibusque notantes varietatem, mox scriptorem talem excutiunt, ac mendacii vel erroris reum proscribunt, uti inter alios bonus *Linschotenus* a popularibus suis hisce in terris inmerito adcusatur.

Figuer D' Indi, seu *Ficus Indica* in *Gallica Antillarum historia* a *Rochefortio libr.* 2. *cap.* 6. *art.* 11. descripta, quæ parvum producit fructum officulo destitutum, quique formam ac saporem habet ad *Ficos Gallicos* adcedentem, meo judicio species quoque erit *Varingæ*, auctor enim iste dicit, arborem illam folium gerere ab illis Ficus Europææ multum differens, multoque angustius, ipsamque arborem multo esse crassiorem, cujus truncum multi homines vix complecti possunt, ejus enim truncus non est solidus, atque in peripheria sua solitarius, sed ex plurimis simul alis & surculis compositus a radicibus usque ad ramorum initium, qui quasdam formant cellulas & sulcos quatuor & quinque pedes latos. Alæ autem unam eandemque cum arbore habent substantiam, eodemque cortice obductæ, sex, septemve pollices crassæ respectu trunci; arboris autem lignum est album & molle, ex hisce alis asseres & mensæ formantur, nec nocet arbori, licet illæ excidantur, quia intra breve temporis spatium regenerantur.

Dicit porro, tales quoque ingentes arbores reperiri in insulis de Fortugas, præsertim in montibus, sub quarum tegmine ducenti homines recubare possunt, densam enim gerunt comam, harumque fructus forma & sapore cum Ficis Gallicis quodammodo conveniunt.

Eadem inter *Varingam* & *Mangi Mangi* confusio quoque reperitur in Hispanico Plinio, puto *Eusebio Nierenbergio*, *Hist. nat. lib.* 14. *cap.* 38. quam in præcedenti libro in capite de Mangio jam notavimus, quam hic iterum in memoriam revocamus, ut commissus diu ac fotus apud auctores error circa has binas arbores tandem evanescat.

Baleyenses aliquid fabulosi nobis de hac narrant arbore, quosdam nempe felices homines argenteum aliquando seu album in hac reperisse arbore florem, quem tanquam pretiosam gemmam conservant, putant enim ac credunt talem, qui hunc inveniunt florem, inde ditescere, hic flos forte similis erit illi Angreci: Majora autem figmenta nobis obtrudunt de *Varinga parvifolia*, quæ ipsis *Bahingin* vocatur, in hac, dicunt,

gelyk wy in 't eerste boek iets diergelyks gezegt hebben van een drieboofdige Calappus-boom.

Dat nu deze onze Oostersche Waringen, hoewel van de oud Indische arbore raiz *een weinig verschillende, nogtans van een, en 't zelfde geslagt zy, zullen die gene moeten bekennen, die beide deze boomen, in beide die landen met opmerkinge gezien hebben, en dat* Varinga, *en* arbore de raiz, *een en dezelfste zyn, met den ouden* Ficus Indica, *met namen beschreven by* Theophrastus, hist. plantarum lib. 4. cap. 5. *en uit den zelven* Plin. hist. natural. lib. 12. cap. 5. *maar zonder naam, by* Strabo lib. 5. Geograph. *en by* Curtius *in de reyzen van* Alexander de Groote lib. 9. *heeft den geleerden Heer* Clusius lib. 1. exot. cap. 1. *genoegzaam bewezen, met wien ik het ook volkomentlyk houde, maar (met verlof van dien grooten geest) moet ik mede aanwyzen 't kleen abuisje, het welke hy, en veele andere gehad hebben, meenende, dat de* Mangue *of* Mangiu *een boom omtrent Malacca wasschende, en van* Ferd. Lopes Castagueda hist. Orient. Indiæ lib. 7. cap. 3. *als mede de* Mangle *by* Ferdinando Oviedo. gener. & nat. Hist. Occident. Indiæ lib. 9. cap. 6. *beschreven, een en dezelve boom zy met de* Varinga *of* Ficus Indica, *daar dezelve water-boomen zyn, van ons in 't einde van 't voorgaande boek, onder den naam van* Mangi Mangi *beschreven, diergelyke abuizen kan iemand zeer ligt begaan, als hy iets uit het verhaal van andere beschryven moet, en werd hier aangehaalt, geenzints om geleerde mannen te bespotten in haren yver, gelyk men genoegzaam diergelyke kittelyke neuswyze menschen vind, maar om de waarheid der planten te meer te ontdekken, wenschende dat my diergelyke discretie ook wedervaren mogte van anderen, die myne schriften zullen komen te verbeteren, ik zegge verbeteren met een goed oordeel, want ik acht dat neuswys berispen niet, 't welk men aan de Oost-Indische Reysigers vind, die een en dezelve boom in verscheide landen gezien hebbende, daar aan zy misschien een kleene verandering van bladeren, bloemen &c. gemerkt hebben, straks durven uitkryten, dat den Autheur daar van leugens beschreven heeft, gelyk onder anderen den goeden* Lindschoten *van zyne Landslieden op veele plaatzen ten onregt lyden moet.*

Figuier d' Indi *of* Indiaanse Vyge-boom, *in de* Franse Historie *van de* Antilles *door* Rochefort lib. 2. cap. 6. art. 11. *beschreven, dragende een kleene vrucht, zonder kraaksteen, die de gedaante heeft, en den smaak naderende by de* Franse Vygen, *is myns oordeels mede een soort van* Varinga, *want die Autheur zegt, dat die boom een blad heeft van de Europise Vygen veel verschillende, en veel smalder, dat 't een veel dikker boom zy, wiens stam veele menschen niet konnen omvademen, want zyn stam is niet massief, en geheel in de ronte, maar uit veele vlerken, en uitsprongen t'zamen gezet, van de wortel aan tot aan 't begin der takken, dewelke uitmaken zekere kamertjes, en groeven van 4. en 5. voeten groot. Deze vlerken zyn van een substantie met den boom, en met dezelfde schorsse bedekt, 6. en 7. duimen dik, na proportie van den stam, zynde het hout van den boom wit, en week, uit deze vlerken maakt men planken en Tafels zonder schade van de boom, want het in 't korte wederaanwast, wat men afkapt.*

Hy zegt ook, dat men zulke groote boomen in de Eylanden de Fortugas vind, inzonderheid in 't gebergte, onder wiens schaduwe 200. menschen kunnen schuilen, want hy zeer digt van loof is, aan gedaante en smaak der vruchten eenigzints de Franse Vygen gelyk.

Dezelfde confusie van de Waringen *met het* Mangi Mangi *ziet men ook in de Spaanse* Plinius, *ik zegge* Eusebius Nierenbergius hist. nat. lib. 14. cap. 38. *'t welk wy in 't voorgaande boek in 't Capittel van Mangi Mangi al rede verbetert hebben, en hier wederom in gedagte brengen, op dat doch eens de lang gevoerde dwaling by de Autheuren omtrent deze twee boomen mogte verdwynen.*

De Baleyers verhalen ons wat fabuleus van dezen boom, te weten, dat zommige gelukkige menschen een witte silvere bloem daar op vinden, die zy als een kostelyk juweel bewaren, want zy geloven, dat hy de vinder ryk maakt, deze bloem zal die van 't Angrek *gelyk zyn: Nog grooter dingen maken zy ons wys van de* kleenbladige Varinga, *die zy* Bahingin *noemen, daar op, zeggenze, vind men ook, doch zeer zelden, een bloem, als een half ontlokene bloem*

cunt, itidem, sed rarissime, invenitur flos instar semi-aperti floris *Tsjampaccæ* ex subtili constans auro, nec plures uno in tota obcurrunt arbore, semel tantum per ejus vitam, hic flos inventori copiosas exhibebit divitias. Si verum sit, credibile est Diabolum talem florem arbori inponere, licet quosdam noverim, qui adfirmabant, talem florem sese in arbore observasse: Hic forte fortuna sese obfert, non autem quærendus est, dicuntque tali sæpe obvenire, qui sæpius dies festivos, convivia, & musicas frequentat (quod ipsis species religionis est,) Protestari hic iterum me oportet, quum istiusmodi fabulosas narratiunculas in scriptis meis refero neutiquam hoc fieri, quasi ipsis fidem haberem, sed quod sciam & expertus fuerim, semper aliquid veri sub hisce latere, & ut amatores ad ulteriorem investigationem exhortarer, ipsis adfirmans, me quotidie hisce in terris plura revelasse naturæ arcana, quæ Europæis ignota & incredibilia videntur: Contra non æstimo cavillationes inperitorum, qui scripta mea excutiunt, acsi repleta essent quisquiliis, anilibusque fabulis: Profiteor vulgo incredibile esse, aurum, argentum, vel quodvis metallum ex plantis posse produci, neutiquam vero id incredibile est adcuratis investigatoribus, atque historiarum peritis, qui nempe in iis legerunt aurum in Hungaricis crescere vitibus, hominesque aureis dentibus a natura donatos, multo minus nobis, qui ex indigenis Indiarum exaudimus, non tantum metallum per tonitrua ex cœlo prolabi, sed etiam illud in hominum animaliumque corporibus detectum fuisse.

bloem van Tsjampacka, en die van fyn goud, men vind 'er niet meer als een aan den gebeelen boom, en dat maar eens in zyn gebeelen leef tyd; deze zal den vinder overvloedige rykdom toebrengen: Zo 't waar is, zo is 't gelooffelyk, dat Heintje Pik zodanigen bloem aan de boom brengt; hoewel ik 'er gekent heb, die verzekerden, datze zulken bloem aan den boom gezien bebben. Men moet ze by geval vinden, en niet zoeken, en zy zeggen, die dikwils feesten, maaltyden, en muzyken speelen, ('t welk by bunlieden een Godsdienst is) bequaam zyn om deze bloem te vinden. Ik moet hier nogmaals protesteeren, wanneer ik diergelyke fabuleuze vertellingen in myne schriften aanbale, dat dit geenzints geschiet als of ik daar aan vast geloof sloeg; maar om dat ik weet, ook dikwils bevonden heb, dat altyd wat waarheids daar onder schuylt, en om de Liefhebbers tot neerstig onderzoek aan te prikkelen, bun verzekerende, dat in deze landen zig dagelyks veele gebeymenissen der natuur openbaren, die voor Europeanen onbekent, en ongelooffelyk schynen; daar en tegen kreun ik my gansch niet aan 't schimpen van vele onwetende, die myne schriften bekladden, dat ze vervult zyn met beuzelingen en oude wyve-praatjes. Ik bekenne voor de gemeene man ongelooffelyk te zyn, dat 'er goud, zilver, of eenig metaal uyt de planten kan wassen, maar geenzints voor de neerstige onderzoekers, en die in de Historie gelezen hebben van 't goud dat in de Hungarische wynstokken wast, en van menschen die goude tanden van natuure gewassen in haar mond gehad hebben: veel min voor ons, die hier in India dagelyks van de Inlanders horen, dat 'er niet alleen metaal met onweer van den hemel valt, maar ook in de ligbamen van de menschen en beesten gevonden werd.

Arboris cortex contusus & circumvolutus optimum præbet funem igniarium, ignemque diu alit, sed ad pollicis crassitiem rotari oportet, truncorum vero & ramorum lignum aptissimum est ad lentum sustinendum ignem, qualem cespites fovent, flammam etiam optime concipit, si siccissimum sit, in obcluso autem & humido si deponatur loco, facillime putrescit, nec ignem admittit: Ex interiore trunci cortice silvestres Gelolenses & Ceramenses *Tsjedakos* seu cingula sua ampla formant, quibus nudum circumligant corpus, simili modo ex eodem cortice in aqua macerato & leviter extenso citrina charta formari potest, quali Javani utuntur, quæ ipsis *Chartas Sultan*, h. e. charta cæsarea vocatur: Longa ista fila ex arboris ramis dependentia, licet rara, ad ligacula apta sunt, quæ sæpius ad pollicis crassitiem inveniuntur miris gyris & volvulis sibi intricata, quæ Rhizothomi Indici diligenter conligunt, magnumque putant in hisce latere arcanum ad virile robur augendum, simul cum radice *Rubi integrifolii Kurukeku* dicti, in partes dissecta & comesta, quales artes Indis magno sunt in usu, honore, ac licentia, quibus ex regionis more & consuetudine mulieres plures alere oportet.

De schorsse van de wortel gekneust en t'zamen gedraayt, geeft goede londt, die 't vuur lang houd, dog men moet ze wel een duym dik drayen, maar 't hout van de stammen en takken is zeer bequaam om een langsaam vuur te houden, gelyk een turf doet, 't vlamd mede ligt als 't wind-droog is, maar op een bedompte of vochtige plaats leggende, verrot zeer ligt, en brand niet. Uyt de binnenste bast des stams, maken de Wilden op Gelolo en Ceram haare Tsjedakos of brede gordels, die ze om 't naakte lyf binden; zo kan men ook uyt dezelfde bast in water geweekt, en zagtjes uytgerekt, een geel-achtig papier maken, gelyk de Javanen gebruyken, 't welk zy Chartas Sultan, dat is Keyzers-papier noemen. De lange draden die in de dikte van lootlynen van des booms takken afhangen, doch weinig in 't getal, zyn bequaam tot bindwerk te gebruyken, zomtyds vind men deze touwen een duym dik, en meer, met zeldsame bogten en slagen door malkanderen gevlochten, die de Indiaansche Wortelmannen neerstig bewaren, en voor een groot geheim houden, om de mannelyke kragten te vermeerderen, te zamen met de wortel van den Rubus integrifolius Kurukeku genaamt in stukjes gesneden, en gegeten; diergelyke konsjes de Indianen in groote eere, en voor geoorloft houden, als die na 's lands manier veele vrouwen moeten voeden.

Amaëka forte etiam est Occidentalis *Varinga*, in Guiana, & Carybæis insulis crescens, cujus major truncus plurimis erectis ramis tanquam fulcris circumdatus est, qui ex majoribus ramis solo infixis radices suas terræ inplantant, unde & cum *Arbore de Raiz* seu Varinga Indica melius convenit, cæterum parvos quoque gerit fructus, minores Ficos æmulantes.

Amaëka is misschien ook een west-Indische Waringe, in Guiana en de Carybische Eylanden wassende, wiens hoofdstam met veele regte takken als pilaren omgeven is, die uyt de hoofd-takken na de gront afgedaalt, en in de aarde gewortelt staan, daarom met de Arbore de Raiz of Indische Waringe beter overeenkomende, hy draagt anders mede vruchten als kleyne Vygen.

Si *Varinga* nostra *latifolia* una eademque sit cum *Attyalu H. Malab. part.* 1. *Fig.* 25. descripta, uti mihi adparet, tum vis ipsi tribuitur ad hepar refrigerandum, atque exæstuantem bilem refrenandam, labiorumque ac manuum fissuras consolidandas, quum vero hæc in hisce oris sint ignota, hinc lectores ad illum ablego auctorem, ubi & porro adnotandum est, commentatorem in istud caput cunctas Varingas vocare *Ficus Malabaricas*, quod hic moneo, ne confusionem pariat, quum hodierni, ac præsertim Portugallici scriptores, *Musam* seu *Pisang* tali indigitant vocabulo. Erroneum quoque est *Alu* seu *Varingam* regionibus Malabaricis esse propriam, quum per totam Indiam Orientalem sit nota.

Indien onze breedbladige Varinga een en dezelfde is met de Attyalu in Hort. Malab. part. 1. Fig. 25. beschreven, gelyk ik gisse van ja, zo heeft hy een kragt de lever te verkoelen, de woedende gal te stutten, en de scheuren aan de lippen en handen te genezen; doch dewyl zulx in deze landen onbekent is, zo wys ik den Lezer na genoemde Autheur: waar by nog te merken staat, dat den Commentator op 't zelfde Kapittel, alle de Varingas noemt Ficus Malabaricas, 't welk geen verwerring moet maken, om dat de hedendaagsche, inzonderheid de Portugeze Schryvers, de Musa of Pisang met diergelyke namen betekenen. Zo is 't ook een abuys dat de Alu of Waringe aan de Malabaarze landen eygen zouden zyn, daar ze door gansch Oost-Indiën bekent zyn.

In *Rumphii Auctuario* hæc adduntur.

Arbor *Ensada*, seu uti alii scribunt, *Ensanda* a *Dappero* in *Loanda pag.* 244. descripta, atque ibi *Ficus Indica* dicta, juxta ejus descriptionem folia gerit illis Mali Cotonei similia, fructusque pollicis articulum longos, nulla alia videtur esse arbor nisi *Varinga* nostra *latifolia*, excepto quod Loandosensis arbor multo major sit, quum millia hominum, immo plures sub ejus umbra latere possint. Peculiare est in *Dapperi* Madagascara *pag.* 32. nomen indigenum Varingæ *Nounouk*, & fructus *Voa Nounouk* cum Amboinensi ita convenire, uti plura nomina istius insulæ cum Amboinensibus quadrant.

Dit heeft Rumphius *in zyn vermeerdering daar by gedaan.*

Den boom Ensada, *of, gelyk andere schryven,* Ensanda, *beschreeven by* Dapper *in de* Loanda pag. 244. *en aldaar Indiaansche Vyge-boom genaamt, volgens zyn beschryving met bladeren als den Quepeer-boom, en vruchten als een lidt van een duym, schynt anders niet te zyn als onze grootbladige Varinge, behalven dat den Loandozen boom veel grooter moet zyn, om dat 'er duyzent en meer menschen onder konnen schuylen; het is aanmerkelyk, dat in* Dapper *zyn* *Madagascar* pag. 32. *den Inlandzen naam van deeze Varinga-boom* Nounouk, *en de vrucht* Voa Nounouk, *met de Amboinsche zo overeenkomt, gelyk met meer naamen op het zelve Eyland geschiet, die met de Amboinsche naamen gemeenschap hebben.*

Tabula Octogesima Quarta

Ramum exhibet *Varingæ latifoliæ*.
Ubi Litt. A. *fructum* justa magnitudine repræsentat.

De vier- en tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *breedbladige Varinge-Boom*.
Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht* in zyn natuurlyke gedaante aanwyst.

OBSERVATIO.

Hæc est Ficus arbor Americana, Arbuti foliis non serratis, fructu Pisi magnitudine, funiculis e ramis ad terram demissis prolifera, *Plukn. Almag. p.* 144. & *Phytogr. Tab.* 178. *Fig.* 4. quæ ex ejus sententia forte est Ficus arborescens Africana, Arbuti foliis non serratis *Hort. Beaum.* & KATOU ALU *Hort. Mal. p.* 10. *Tab.* 57. ut & forte Alhu ZANON. *p.* 19. &c.

Hic pertinet quoque Ficus Indica maxima, folio oblongo, funiculis e summis ramis demissis, radices agentibus, se propagans, fructu minore sphærico sanguineo *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 289. & *Hist. p.* 140. *Tab.* 223. ubi fructus ex foliorum alis solitarius depingitur, unde alia ejus species videtur, ac forte pertinet nostra ad illam *pag.* 138. in *Hist. Jamaic.* propositam. Vide porro *Ray Hist. tom.* 3. *dendr. p.* 15. & 16.

Varinga latifolia a *Valent.* in Amboinæ descript. *pag.* 223. etiam describitur.

AANMERKING.

Dit is de Americaansche *Vyge-Boom* met het bladt van de Arbutus, dog niet gezaagt, en een vrucht in de grootte van een boon, met touwetjes uyt de takken, in de aarde zig vastmakende en voorttelende van *Pluku.* in zyn *Almag. p.* 144 en in de *Phytogr. Tab.* 178. *Fig.* 4. welke volgens zyn gevoelen mogelyk is de Africaansche Vyge-Boom, met het bladt van de Arbutus, dog niet gezaagt, van de *Hortus Beaum.* en de *Katoe Alu* van de *Hortus Malab* tiende deel *Tab.* 57. en mogelyk de Alhu van Zanonius *pag.* 19. &c.

Hier toe behoort mede de zeer groote Oost-Indische Vygeboom, met een langwerpig bladt, en zig vermeerderende door touwtjes, uyt de opperste takken in de aarde neerschietende, met een kleyne ronde bloedrode vrucht, van *Sloan.* in zyn *Catal. pl. Jam. p.* 189. en in de *Histor. p.* 140. *Tab.* 223. dog alwaar een enkelde vrucht uyt den oorspronk der bladeren enkelt is afgeschetst, zo dat dit mogelyk een andere zoort is, en, onze mogelyk behoort tot die geene die in zyn *Historie* op *pag.* 138. voorkomt. Ziet verders *Ray* in zyn *Histor. derde deel* van de *Dendrologie* op *pag.* 15 en 16.

De *grootbladige Waringin-boom* wert van *Valent.* in de beschryving van Ambon op *pag.* 223. meede beschreven.

CAPUT SECUNDUM.

Varinga repens. Waringin Malatta.

PRæcedentis *Latifoliæ* altera species est, quæ, quantum scio, nunquam in arborem excrescit, sed quæ flagellis suis longis aliis sese inmiscet arboribus, vel aliis incumbit herbis, cujus rami seu flagella digitum circiter crassa sunt, atque his folia insident solitaria, tres, quatuor, ac raro quinque pollices longa, binos vero lata, in inferiore parte subrotunda, quorum quædam sunt angustiora, multo crassiora, firmiora, & rugosiora quam præcedentis, in brevem durumque apicem desinentia, cæterum ejusdem formæ, atque lactescentia, ramuli autem extremi in cornicula desinunt breviora quam prioris.

Fructus bini ac terni simul dependent ex ramulis magnitudine Cerasorum nigrorum, primis Ficorum rudimentis similes, sed superius plani & umbilicati, primo lutei, dein intense rubri ac fere fusci, nullis apicibus notati: Si penitus sint maturi, plerumque solitarii dependent ex ramis, & ad tactum molles sunt, intus autem repleti sunt granulis, nullam exhibentes cavitatem, saporis fatui dulcis, edules tamen quodammodo sunt, & proxime ad Ficorum saporem accedunt, sed sunt parum aciduli, paucumque spissum ac flavescens lac emittunt.

Cunctas hæc arbores adscendit ac præsertim *Lingoas*. sed ipsis non firmiter adhæret, at longis suis flagellis ex ipsarum ramis dependet; ubi vero humiles arborum ramos adtingere nequit, per terram prorepit, licet ortum ex truncis quarundam arborum ducat, ut id in densis & magnis observatur silvis, unde & arbores ipsas non strangulat.

Nomen.

II. HOOFDSTUK.

De kruypende Waringe-Boom.

D*E voorgaande breedbladige heeft een tweede zoorte, die (myns wetens) nooyt een boom werd, maar met haare lange takken door andere bomen zig heen slingert, of op de lage rust, zynde de takken of lange ranken omtrent een vinger dik. De bladeren staan enkeld, drie, vier, en zelden vyf duymen lang, twee dito's breed, agter rond toegebild, sommige wat smalder, veel dikker, styver, en ruyger dan de voorgaande, met een korte en harde spits, anderzints van 't zelfde maakzel, ook melkachtig. De uytterste ryskens hebben korter hoorntjes dan 't voorgaande.*

De vruchten hangen twee a drie by malkanderen aan de takjes, in de grootte van kriekjes, de eerste knoppen van Vygen gelyk, doch voor wat plat, en met een kuyltje, eerst geel, daar na hoog-rood, en bykans bruyn, zonder puntjes. Als zy geheel ryp zyn, hangenze meest enkeld, en zyn wat week in 't aantasten, binnen zyn ze vol kleyne greyntjes, en in de midden schier zonder holligheid, van smaak laf-zoet, dog eenigzints bequaam om te eeten, de vygen na by komende, met een kleyne rynsheid, weinige dikke en geelachtige melk uitgevende.

't Klimt allerhande bomen op, inzonderheid de Lingobomen, dog hegt zig daar niet vast aan, maar hangt met lange ranken van de takken af; daar 't geen laaggetakte boom kan bereyken, moet het langs de aarde kruipen, hoewel 't zyn oorspronk uyt de stammen eeniger boomen heeft, gelyk men in de digte en groote bosschagien vind: weshalven 't ook onschuldig blyft aan 't verwurgen der boomen.

Naam.

A

Nomen. Latine *Varinga repens.* Malaice *Waringin Malatta*, h. e. Varinga repens, licet enim arbores conscendat, non tamen ipsis sese nectit: Balaice *Sappa Lalawa*, h. e. Vespertilionum pabulum, quum hi ipsius fructus maxime expetant, atque ubi ipsorum nucleos projiciunt, hi progerminant, novosque producunt frutices.

Locus. In Amboina crescit tam in levibus silvis & collibus, tam ex aliis dependens arboribus, quam in altis silvis per terram prorepens; invenitur quoque in Baleya.

Usus. Hominibus non magno hic frutex usui est, sed plurimum ejus fructus sunt avium cibi, præsertim vespertilionum, nihilominus tamen ipsius fructus maturi sunt dulces & edules, magis autem delectationi quam pabulo hominum inserviunt.

Decembri & Januario maturi observantur fructus ex frugiferis ramis dependentes, qui folia sæpe habent non subrotunda, sed oblonga & angustata, ita ut varietas prioris videretur esse.

Supa Varinga quoque est folium gerens priori secundæ varietati simile, oblongius nempe, rugosum, & in durum apicem desinens, fructus ejusdem sunt formæ cum priore, sed non ita edules sunt, crassissima autem est arbor ex plurimis flagellis ac ramis composita, comamque gerit amplam & regularem. Ejus radices sunt copiosæ, & nudæ plerumque supra terram elevantur, attamen firmiter ipsi inhærent. Maturi ejus fructus potissimum rubent, parumque fusci sunt; quum vero tantam cum priore habeat similitudinem, parvique sit usus, uno in capite hanc simul describere volui.

Nomen. In Amboina potissimum nota est hæc arbor nomine *Supa.* Hitoenses illam vocant *Nuno Mattacau* h. e. *Varinga rubens*, a rubris ejus fructibus.

Locus. Plurimum crescit in insulis Uliasserensibus, ingens ejus arbor ante repugnaculum nostrum Ceyt locata est in litore nudo, cujus radices fere nudæ supra terram elevantur, unde facile cognoscitur, sed mirandum est hanc arborem vehementes maris fluxus anno 1674. supra memoratos innoxie tolerare potuisse, qui tamen magis remote in ipsa terra milliones arborum eradicarunt & rapuerunt, uti & ipsum propugnaculum prope illam locatum, quod in plano & humili litore situm est, uti & crassissimi muri ingentes castelli Hila per eosdem fluxus projecti sunt, certum indicium divinæ providentiæ, qua in communi periculo res debilissimæ magis conservantur quam fortissimæ.

Pelal Luhunensium, & *Anabul* Hitoensium forte eadem est arbor quæ *Supa*, vel ejus varietas, folia gerit *latifoliæ*, sed latiora, firmiora, quæ rarioribus venarum cancellis donata sunt, ejus fructus parvi sunt Fici, qui coqui possunt, & edules sunt, paucum vero gerit lac, sed duriore constat ligno reliquis *Varingæ* speciebus.

Naam. *In 't Latyn* Varinga repens. *Op Maleyts* Waringin Malatta, *dat is kruypende Waringe; want al beklimt het de bomen, zo maakt 't zig egter niet vast aan dezelve.* *Op 't Baleys* Sappa Lalawa, *dat is Vleermuyzen knauzel, om dat dezelve deze vruchten gaarn eten en waar ze de korls laten vallen, schietenze uyt, daar dan nieuwe struyken van groeyen.*

Plaats. *'t Wast in Amboina, zo in de ligte bosschen en Valeyen, zo van andere boomen afhangende, als in 't hoge wout langs de aarde kruypende: Als mede op Baley.*

Gebruik. *De menschen hebben geen of weinig gebruyk van dit gewas, dies 't meest dient tot kost van vogelen, inzonderheid van de Vleermuyzen; niet te min zyne rype vruchten zyn zoet en bequaam om te eeten, dog meer tot smaak dan voedzel.*

In December en January ziet men de rype vruchten, aan de vruchtdragende takken vind men zomtyds de bladeren, niet rond gebild, maar toesmallende, zo dat men ze voor een verandering van de voorgaande zoude bouden.

Supa *is een Waringe-boom met een blad, de voorgaande tweede verandering meest gelyk, te weten langwerpiger, ruyg, en met een harde spits. De vruchten zyn van dezelfde gedaante als de voorige, dog zo goed niet om te eeten, maar 't wert een zeer dikken boom, uyt veele omwinzelen of armen gemaakt, met een breede ordentelyke kruyn. De wortelen zyn zeer veel, en staan meest boven de aarde, doch zyn niet te min vast, de rype vruchten blyven meest rood, of werden een weinig bruyn; om dat hy zo veel gelykenis met 't voorige touw-gewasch heeft, en een boom van kleen gebruyk is, heb ik hem in een Kapittel met het zelve willen begrypen.*

Naam. *Hy is in Amboina meest bekent met de naam van* Supa. *De Hitoezen noemen hem* Nuno Mattacau, *dat is* roodachtige Waringe, *van de roode vruchten.*

Plaats. *Hy wast meest in de Uliassersche Eylanden, een groote boom staat voor onze reduit op Ceyt aan het kale strand, met de wortel meest bloot, van verre kennelyk, en te aanmerkelyker om dat dezen boom de geweldige bovengenoemde zee-baaren Anno 1674. onbeschadigt uytgestaan heeft, die nogtans landwaart in, veele duyzende boomen weggevoert heeft; gelyk ook 't onnozele kleyne reduitje daar by staande, op een vlakke en geheel lage strand gelegen, daar nogtans aan het sterke slot* Hila *alle de dikke muuren van 't buytenwerk door dezelfde baren zyn omver gesmeten: een klaar bewys van de Goddelyke goedheid, die in een algemeen gevaar het swakste dikwils meer beschermt dan 't sterkste.*

Pelal *by de Luhunezen, en* Anahul *by de Hitoezen, is misschien het zelfde met* Supa, *of een verandering daar van: 't heeft bladeren als de voorschreve breedbladige, doch breder, styver, en met een ydeler geweef van adertjes. De vruchten zyn kleyne Vygjes, die men koken en eeten kan; 't heeft weinig melk, en een harder hout dan andere Varingaas.*

Tabula Octogesima Quinta

Ramum exhibet *Varingæ rubræ.*

De vyf- en tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *roode Waringe-Boom.*

Tabula Octogesima Sexta

Ramum exhibet arboris, quæ *Supa* vocatur.

De zes- en tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de Boom *Supa* genaamt.

CAPUT TERTIUM.

Grossularia domestica. Nuno Hauessi.

SEcundam Varingæ classem voco *Grossulariam* a copiosis ejus fructibus, qui forma Grossulorum plurimi ex ramis progerminant, hæc autem classis pauca emittit fila seu chordas ex ramis suis, plurimasque habet varietates, quas omnes recolligere vix possum, primarias vero ejus enumerabo, quas divido in domesticas & silvestres.

Primo *Grossularia domestica* seu *Nuno*, non ita dicitur, acsi ab hominibus colenda & propaganda esset, sponte enim sua in silvis proprie crescit, sed quia homines eam quam maxime expetunt, sique hanc inveniant, sollicite illam colunt ob foliorum usum, quam ob rem per stipites etiam prope ædes plantatur, ubi in ingentem & late extensam excrescit arborem, solitario excrescens trunco, qui vero ex pluribus aliis videtur quasi compositus, & prope radices magnas satis format cellulas seu cameras, quæ hominum latebris inservire possunt.

Ejus ramuli sunt longi & graciles, quibus plurima insident folia solitaria & inregularia, minora & angustiora, quam in præcedentibus speciebus, vulgaris formæ uti Mangæ, oblonga nempe, quinque, sex, & septem pollices longa, vix binos lata, albis ac purpureis costis pertexta, quæ in arcus desinunt, quarum interstitia tenuissimis venulis, more Varingarum, pertexta sunt, atque abrupta innoxium fundunt lac, quod & ubique in cortice observatur, tenera autem hæc folia saporem habent mollem & dulcem, quæ & albicant, atque intra biduum post novilunium progerminant, hæc enim tantum edulia sunt: Vetusta vero sunt dura, glabra, nec ullo modo hirsuta: Cuncti hujus arboris ramuli referti sunt copiosis grossulis, ita ut vix dignosci possint, quisque vero grossulus magnitudinem gerit Pisi, parvoque continetur pericarpio, quod brevi sustinetur petiolo, estque primo pallide virens, nigricantibus punctulis notatus, ac demum intense luteum gerit colorem, seu ruffescit, nunquam vero mollescit, & intus repletus est granulis, estque siccus, atque hominibus insipidus.

Arboris lignum magis albicat quam præcedentium, est autem etiam succosum, molle, facile exsiccandum, sed non durabile: Hæc vero species nulla vel rara ex ramis suis emittit filamenta, excepto quod in quibusdam locis brevia dependeant fila, ita ut optimam arboris repræsentet formam circa hominum ædes.

Anni tempus. Uti dictum fuit, plerumque die subsequente plenilunium cornicula ista longa sese aperiunt, atque in foliola explicantur, quæ per tres dies mollia sunt & edulia, non autem ita præcise suum observant tempus, ita ut aliquando per binos dies citius vel serius excrescant. Fructus ab avibus comesti, atque inter saxa vel in putridam arborem decidentes per secessum, in arbusculas excrescunt, quæ transplantari possunt, alioquin longa emittit flagella, per quæ proximæ sese nectit arbori, multis quasi brachiis sese extendens, atque tali modo circa istam novum format truncum.

Altera hujus Varingæ varietas præcedenti similis est, excepto quod folia sint paulo longiora, obscure virentia; sique tenera, rubentia, saporis aciduli, ac proinde non ita grata, quam ut cruda edantur; Fructus ejusdem sunt formæ & magnitudinis, sed rariores in ramis observantur, ac tardissime maturescunt.

Tertia varietas quam maxime differt a binis prioribus, hancque ad parvifoliam reducerem, sed communem sequi cogor methodum, quum a vulgo ad *Nuno* edule revocetur, ejus folia minora sunt quam præcedentium, tenuiora, & glabriora, quatuor & quinque pollices longa, binos lata, nec costæ multum protuberant, nec adeo parallelæ sunt, interstitia alio itidem modo constituta sunt, juniora autem folia albicant ac splendent, atque circa novilunium sese aperiunt: Fructus rari sunt & rotundi, uti in parvifolia specie, eodem quoque modo plura ex ramis emittit filamenta ruffa seu mellini coloris, quæ instar filorum navigii dependent, sique suæ committantur naturæ, terræ sese inplantant, novosque formant truncos.

Nomen.

III. HOOFDSTUK.

De tamme Grossularia ofte Besse-Boom.

HEt *tweede geslagt van de Waringe-bomen, noem ik* Grossularia, *van de veele vruchten, die men in gedaante van kleyne Vygjes, overvloedig aan alle de takken ziet, en geeft dit geslagt mede weinig draden of koorden uyt zyne takken, maar 't heeft veele veranderingen, die ik niet al onthouden heb, ten principaalsten verdeel ik 't in tam, en wild.*

1. Grossularia domestica, *of tamme* Nuno, *zo niet genaamt, als of ze van menschen moesten voortgeteelt werden, want zy wast eygentlyk van zelfs in 't wild, maar om datze de menschen geern havenen, als ze dezelve vinden, wegens 't gerief der bladeren, en ook tot dien eynde met stokken by haare woningen planten. 't Werd een zeer hogen en wyd uytgebreyden boom, met een enkelde stam opschietende, maar die uyt veele armen zamen gezet schynt, en by de wortels groote kamertjes of cellen makende, daar in men zig verbergen kan.*

De ryskens zyn lang en rank, daar aan staan veele bladeren, enkeld en zonder ordre, kleender en smalder dan aan 't voorgaande geslagt, van gemelde fatzoen als Mangas bladeren, te weten langwerpig, vyf, zes, en zeven duymen lang, schaars twee breed, met witte en paralle le ribben, die met haar bogen sluyten, welkers tusschenplaatzen met fyne adertjes na de manier van de Waringe doorweven zyn, en afgebroken, een onschadelyke melk uytgevende, gelyk ook over al de schorsse, van smaak mals en zoet, inzonderheid de jonge bladeren, die witachtig zyn, en een dag a twee na de nieuwe Maan haar openen, want die alleen zyn tot eeten bequaam: De oudere werden hard, glad, zonder eenige ruygte, alle de takjes hangen zeer vol kleyne Vygjes, dat men ze qualyk bekennen kan, en yder Vygje is in de grootte van een Erwet, en staat op een kleen bordje aan een kort steeltje, eerst bleek-groen, met swartachtige puntjes, ten laatsten hoog-geel of ros, nooit week werdende, binnen kleen-korlig, droog, en zonder smaak voor de menschen.

Het hout is witter dan aan 't voorgaande geslagt, mede zappig, week, ligt opdrogende, en niet durabel; deze zoorte geeft geene of weinig touwen van haare takken, behalven dat men hier en daar korte draden ziet afhangen, zo datze de beste fatzoen van een boom maakt, te weten omtrent de wooningen der menschen.

Sayzoen. *Als gezegt, ziet men gemeenelyk een dag na de nieuwe Maan, de lange hoorentjes haar openen, en in bladeren uytbreyden, die dan in drie dagen mals en eetbaar zyn, doch zy houden zo precies haar tyd niet, dat men ze niet een paar dagen vroeger of later vind. De vruchten van de Vogelen gegeten, en door den afgank tusschen stenen en in een verrotte boom vallende, schieten op kleyne boompjes, die men dan verplanten kan, anders wert het een lange rank, die aan de naaste bomen oploopt, met veele armen omgeven, en zo metter tyd om dezelve een nieuwe stam formeert.*

De tweede verandering van deze Waringe, is de vorige gelyk, behalven dat de bladeren wat langer zyn, donker-groen, en als ze jong zyn rood-achtig, van smaak zuur-achtig, en dierhalven zo aangenaam niet om raauw te eeten. De vruchten zyn van het zelfde fatzoen en grootte, dog staan ydeler aan de takken, en werden langsaam ryp.

De derde verandering verschilt vry wat van beyde de vorige, en ik zou deze onder 't kleenbladige geslagt rekenen, dog ik moet de gemeene man volgen, die ze onder de eetbare Nuno *teld. De bladeren zyn kleender als de vorige, dunder, en gladder, vier en vyf duymen lang, twee breed, de ribbetjes steken niet verre uyt, en lopen zo paralleel niet, ook zyn de tusschen-plaatzen op een andere manier geadert, de jonge zyn witachtig en glimmend, openen zig omtrent de nieuwe Maan. De vruchten zyn weinig en rond, gelyk aan de kleenbladige, op dezelfde manier geeft 't ook veele draden over al uyt zyne takken, ros of honing-verwig, die als zeylgaren afhangen, en als men ze begaan laat, haar in de aarde vast maken, en nieuwe stammen formeeren.*

Naam.

Nomen. Latine *Grossularia Domestica.* Malaice *Daun Ulang Ulang*, atque *Daun Salari Boelang*, h. e. folium lunæ & unius diei, ob dictam rationem; vulgo autem vocatur *Sajor Nuno*, Amboinice *Nuno Hauessi*, & tantum *Nuno* quo nomine generaliter omnes Varingæ edules indigitantur. Macassarice *Darestera* & *Bonga Jangan.* Balaice *Gressek.*

Locus. Hoc genus in omnibus Orientalibus insulis notum est, in Amboina vero potissimum obcurrit in Hitoes ora.

Usus. Hæ Varingæ plerumque circa ædes coluntur, quæ per stipites in foris vel latis areis propagantur ob magnum foliorum usum, quæ a vulgo avidissime cruda eduntur ad pisces & Bocassan, non quidem ad stomachum replendum, sed ad adpetitum excitandum; fatua enim & lactescentia folia cum levi adstrictione quam aptissima sunt in condimentis acidis & acribus, ut inpediant abdominis tormina: Hunc in finem plerumque, uti dictum fuit, tenera eliguntur folia, quæ circa novilunium propullulant, & generali nomine *Ulang Ulang*, h. e. *folium repetitionis* vocantur, quem in finem in foro etiam prostant venalia in fasciculos conlecta: Fructus ab hominibus non expetuntur, sed avium cibo inserviunt.

Quum anno 1654. hostile propugnaculum Laäla in parva Cerama obcuparemus, in ipso ingentem hujus Varingæ arborem inveniebamus, quæ refertissima erat chordis ac filis istis, sed quæ potissimum abscissa erant, atque edocebamur, filamenta ista ibi masticari, eorumque succum deglutiri, atque vulneri inposita, optimum esse antidotum Macassarensium vulneribus venenatis per tela inflictis, si non nimis gravia & atrocia essent, eludebant enim sæpe hoc medicamentum, cæterum contra venenatos pisces, Cancros, similiaque adhibentur & decantantur, uti & illa parvifoliæ speciei: Similis Varinga videtur esse illa, quæ in Arakan & Pegu obcurrit, quæ flagellis suis ingentes & crassos complectitur palos ex Metrosidero formatos, quibus Elephantes adligantur, quos intra paucos annos ita obtegunt, ut dignosci nequeant.

Ad hoc quoque caput refero *Varingam Funicularem*, quum a prima eduli *Nuno* adeo parum differat, ac forte sensim in illam degeneret, constat autem ex longis, rotundis, & ligneis flagellis, quæ sese per radiculas cunctis nectunt arboribus, atque in multos dividuntur ramos, seseque circa ramos veræ arboris adeo volvunt, ut ipsius coma inferior vix cognosci possit. Ejus folia sunt solitaria & vaga, majora quam in prima specie, illisque Lansii similiora, sed flaccidiora magisque virentia, palmam longa & ultra, binos cum dimidio digitos lata: tenera autem flavescunt seu pallide albescunt, ac glabra sunt, costis albis pertexta, cuivis fere folio viride obponitur corniculum, quod junioris folii est rudimentum; ex ipsis vero ramis grossuli excrescunt bini ternive, simul paulo majores quam in præcedentibus, primo virides, dein lutei & russi, sique maturi, fatue dulcescunt, Ficorumque saporem referunt, raro autem inveniuntur, maturescunt vero Decembri & Januario: Si tenera sæpe abrumpantur folia, vel si alias adtingere nequeat arbores, in humilem excrescit fruticem.

Nomen. Latine *Varinga Funicularis.* Malaice *Waringin* seu *Nuno Batali.* Amboinice in Hitoea *Isseputi* & *Moöputi* ab albedine flagellorum & juniorum foliorum.

Usus. Tenera folia cruda edulia sunt, eundemque cum præcedentibus gerunt saporem, quique adcurate adtendit, comperiet sensim in eandem degenerare arborem, ut vero vulgarem sequerer usum, tanquam diversam speciem seu varietatem hic eam descripsi & notavi.

Si hæ species in silvis crescant, nec ab hominibus vexentur, raram formant congeriem seu intricationem, ita ut quis putaret vetus esse templum multis subfultum fulcris, cujus perfecta icon huic subjicitur capiti, & pars quædam in fronte seu titulo hujus libri obcurrit.

D. O. Dapperus hanc vel similem describit Varingam in Madagascara, istaque lingua vocat *Nounouck*, quod nomen cum Amboinensi fere penitus convenit: Folia ipsi tribuit Pyri. Fructus vero *Voa Nounouk* dicti,

Naam. *In 't Latyn* Grossularia Domestica. *Op Maleyts* Daun Ulang Ulang, *ook* Daun Salari Boelang; *dat is blad van de Maan, die een dag out is, om voorschreeve reden; in 't gemeen* Sajor Nuno. *Amboinsch* Nuno Hauessi, *en slegts* Nuno; *met welke naam in 't gemeen alle eetbare Waringen betekent werden.* Op *Macassars* Darestera *en* Bonga Jangan. *Baleyts* Gressek.

Plaats. *Dit geslagt is in alle Oostersche Eylanden bekent, op Amboina valt het meest op de Kust van* Hitoe.

Gebruik. *Men bouwt deze Waringe gemeenelyk omtrent de woningen der menschen, werdende met stokken op de marktplaats of groote pleynen geplant, wegens 't groot gebruyk van de bladeren, die 't gemeene volkje zeer graag raauw eeten, tot allerbande visch en Bocassan, niet om den buyk te vullen, maar om appetyt te maken, want de laffe en melkachtige bladeren een zoete zamentrekking by hun hebbende, zyn zeer bequaam by alle scherpe en zuure saucen, om te beletten dat ze geen snyding in de buyk maken. Hier toe neemt men, als gezegt, gemeenlyk de jonge bladeren, die omtrent de nieuwe Maan voortkomen, en met een generalen naam* Ulang Ulang, *dat is* folium Repetitionis *genaamt, tot welken eynde men ze ook met bosjes op de markt verkoopt. De vruchten werden van de menschen niet gezogt, maar tot spys van de vogels gelaten.*

Als wy in 't jaar 1654. de vyandlyke Vesting Laäla op kleyn Ceram inkregen, vonden wy daar in een groote Waringe-boom van dit geslagt, die vol touwetjes en koorden hing, maar meest afgesneden, daar verstonden wy, dat diergelyke worteltjes geknouwt, en het zap ingeswolgen, ook op de quetzuure gelegt, een tegenhaat ware tegen Macassaars spatte-gift, als 't niet van 't sterkste was, want het faljeerde zomtyds; anders werdenze mede tegens alderbande vergiftige visschen, Crabben &c. gebruykt, en geroemd, gelyk mede die van 't kleenbladige. Diergelyke Waringe schynt te zyn, die men in Arakan en Pegu vind, dewelke met hare ranken de groote en dikke palen omvat, van Yzerhout gemaakt, en daar men de Olipbanten aanbind, die ze in weinig jaren zo bedekt, dat men ze niet meer bekennen kan.

Zo breng ik onder dit Kapittel de Varinga Funicularis, *dewyl ze van de eerste eetbare* Nuno *zo weinig verschilt, en misschien met de jaren dezelfde boom wert, 't zyn lange, ronde en houtachtige ranken, die zig met veele worteltjes aan allerbande bomen vast maken, en in veele takken verdeelen, hun om de takken des regten booms zodanig slingerende, dat men des zelfs onderste loof qualyk bekennen kan. De bladeren staan enkeld en ydel, grooter dan aan de eerste zoorte, en die van Lanssen gelyker, dog slapper en ligter-groen, een band lang of meer, twee en een half vinger breed; de jonge zyn geelachtig, of bleek-wit, en glad, met witte ribben doortogen, schier tegen ieder blad over staat een groen boorentje, 't schepzel van een nieuw blad. Uyt de takken zelfs wassen de Vygjes, twee en drie by malkander, wat grooter dan de vorige, eerst groen, daar na geel en ros, ryp zynde, laf-zoet, en na Vygen smakende, men vind ze weinig, en zo veel niet aan de takken als aan 't vorige: Zy rypen in December en January; als men de jonge bladeren dikwils afbreekt, of als 't geen boomen bereyken kan, blyft het een lage struyk.*

Naam. *In 't Latyn* Varinga Funicularis. *Op Maleyts* Waringin *of* Nuno Batali. *Amboinsch op Hitoe* Isseputi *en* Moöputi, *van de wittigheid der ranken en jonge bladeren.*

Gebruik. *De jonge bladeren zyn zeer bequaam om raauw te eeten, en van dezelfde smaak als de voorgaande, en die 'er wil op letten, zal buyten twyffel bevinden, dat 't metter tyd een boom word, echter om de gemeene sleur te volgen, heb ik 't by provisie voor een byzondere zoorte aangeteykent.*

Als deze zoorten in 't wild staan, en van de menschen ongemoeyt blyven, zo makenze een zeldzame verwarring, dat men ze voor een oude Kerke met veele pilaren zoude aanzien, waar van de volkomene figuur by dit Kapittel, en een gedeelte daar van op 't Titel-blad dezes Boeks te zien is.

D. O. Dapper *beschryft deze of diergelyke Waringe in zyn Madagascar, en noemtze in die Landtale* Nounouck, *schier t' eenemaal met de Amboinsche naam overeenkomende. Hy beschryft hem met bladeren als die van den* Peere-

dicti, h. e. fructus *Nounouk*, seu Ficus Indicæ saporem ac formam gerunt Marsiliensium Ficorum, arbor incisa lac fundit, ex cortice funes fabricantur.

Peere-boom. De vruchten Voa Nounouk *genaamt, dat is vrucht van de* Nounouk, *of Indiaansche Vygeboom, hebbende de smaak en gedaante van Marsilijsche Vygen, de boom doorgesneden geeft melk, de schorsse is goed om touwerk van te maken.*

Tabula Octogesima Septima

Grossulariam exhibet *domesticam* ramis suis, flagellis, ac filamentis miram arboris formam præbentem.

De zeven- en tachtigste Plaat

Vertoont een *tamme Grossularia* ofte *Besse-boom*, met zyn takken, ranken, en touwen, een wondere gedaante van een boom uytmakende.

Tabula Octogesima Octava

Ramum exhibet *Grossulariæ* domesticæ, foliis ac fructibus conspicuum.

De acht- en tachtigste Plaat

Vert ont een Tak van de *tamme Besse-boom*, met zyn bladen en vruchten verbeeldt.

CAPUT QUARTUM.

Grossularia silvestris. Issepoeti.

Grossularia silvestris cognominatur quoque alba ab albo trunci cortice, estque arbor alta & ample extensa, ejusdem formæ cum præcedentibus, aliquando etiam altior est; Hujus vero folia oblongiora sunt & majora, in longiorem apicem desinentia, sex, octo & novem pollices longa, binos ac tres lata, ad tactum rugosa, ac tenera pilosa sunt, uti & ipsorum petioli & ramuli, non autem ita apte cruda edi possunt ac præcedentium.

Fructus eandem habent formam instar minorum nempe grossulorum, superius fovea inpressi seu umbilicati, inferius acuminati ac rugosi, plerumque lutei ac ruffi, sensimque nigricantes, quum & Ficorum saporem æmulantur, bini ternique simul prope quodvis folium dependent ex brevibus incurvisque petiolis.

Arboris lignum est album, ac durius quam præcedentium, hæc species primum quoque flagella emittit, quæ arbores adstantes complectitur, hasque sensim enecat, tumque ejus folia sunt maxima & ampla, albicantia, & quam maxime pilosa, ac quodammodo apta ad *Ulang Ulang*. Raros vel nullos fere fructus tum producit, atque a plebe flagellum censetur esse peculiare, quod erroneum; Expertus autem fui, sensim in arborem excrescere, licet varias ejus observaverim varietates. Quæ enim in nudis crescit scopulis, breviora ac duriora gerit folia quam quæ in silvis arbores adscendit, atque unius folia longe pilosiora sunt illis alterius, sunt etiam quædam folia latiora & rotundiora, quæ omnes varietates oriuntur ex solo, in quo crescunt: quum in arborem excreverit, ejus rami fila quoque emittunt, quæ instar filorum navigii deorsum dependent, sed rara sunt, quæque hinc inde radices terræ inmittunt.

Mira hujus speciei forma obcurrit ad plagam Euri magnæ viæ, quæ ab Hitalamma, directe per regionem Hitoës decurrit ad altas silvas: Arbor oblique penitus locatur, acsi a vento disjecta esset, verusque ejus truncus adeo perforatus & distinctus est, acsi opus esset cancellatum ab artifice elaboratum, ex ejus vertice longa dependent mellina fila, ex quibus sensim excrevisse videntur bini alii trunci, viri crassitiem habentes, qui longe a radicum ortu remoti sunt, suntque incurvi admodum & sinuosi, qui mirum præbent adspectum, ex iis enim diversa & alia dependebant fila, quorum quodvis circa terram bifidum est, sique terram adtingant, parvis filamentis sese ipsi insigunt, concrescunt, atque unicum constituunt truncum.

Nomen. Latine *Grossularia silvestris & alba*, ab albo trunci colore. Amboinice *Issepoeti*, *Issepoetel*, & *Issepoeter* ob eandem rationem. Quibusdam dicitur *Nuno Hauessi poeti*. Lahonenses ipsam vocant *Peylale*.

Locus. In altis crescit montibus, atque hinc inde in rupibus, atque ubi multi lapides sibi incumbunt, uti hanc ubique fere reperi in vetustis & prolapsis castellis indigenarum, ac præsertim in monte Lucieela in promontorio Quimelahas, quod anno 1637 a Guber-

IV. HOOFDSTUK.

De wilde Besse-Boom.

De wilde Grossularia wert ook de witte genaamt van wegen de schorsse des stams, en is een hooge wyduytgebreyde boom, van dezelfde gedaante als de voorgaande, of wel zo groot. De bladeren zyn langwerpiger en grooter, met een langer spits, zes, acht, en negen duymen lang, twee en drie breed, ruyg in 't aantasten, en de jonge merkelyk baayrig, gelyk ook haare steelen en takjes, zo bequaam niet om raauw te eeten, als de voorige.

De vruchten zyn van dezelfde fatzoen, te weten als kleyne Vygjes, voor met een kuyltje of navel, agter toegespitst, of rimpelig, meest geel en ros, langsaam swartachtig werdende, wanneer zy wat na Vygen smaken, en hangen gemeenelyk twee en drie by ieder blad, op korte kromme steeltjes.

Het hout is wit, en wat harder dan het voorgaande, deze zoorte is insgelyks eerst een touw, dat met lange ranken de boomen oploopt, en dezelve metter tyd verstikt. De bladeren zyn als dan zeer groot en breed, witachtig, dog zeer haayrig, en eenigzints bequaam tot Ulang Ulang. *Weynige of geene vruchten draagt het als dan, en 't gemeene volkje rekent 't mede voor een byzonder touw, 't welk onwaar is, want ik genoegsaam ondervonden heb, dat 't metter tyd een boom word, hoewel ik verscheide veranderingen daar aan aangemerkt heb: Want dat op de bloote klippen wast, heeft korter en harder bladeren dan 't geene in de bosschen de boomen oploopt, en dan is 't eene ook veel hayriger dan het ander, ook met breeder en ronder bladeren, 't welk alle veranderingen zyn; na de grond, daar 't staat, als 't een boom geworden is, zo geven zyne takken ook draden uyt, die als zeylgaren na beneden hangen, dog weinige, die hier en daar weder inwortelen.*

Een snaakze gedaante van deze zoorte vind men aan de zuyd-oost zyde van den grooten landweg, die van Hitoelamma dwers over 't land Hitoe gaat, in 't hooge woud. De boom staat gantsch schuyns, als of hy van de wind omgewaayt was, en den principalen stam is zo doorbroken en doorvlogten, als of het een konstig traliewerk was van een Beeldhouwer uytgesneden; van zyn top hangen lange honing-verwige draden af, van dewelke schynen metter tyd gekomen te zyn twee andere stammen van een volkomen mans dikte, en verre van de hooftwortel afstaan, zeer krom en bogtig, vreemd om aan te zien; want daar hingen nog verscheide strengen af, yder draatje omtrent de aarde zig in twee verdeelende, en die de aarde raken, maken zig met veele kleene vezelingen daar aan vast, groeyen aan malkanderen, en werden tot eenen stam.

Naam. *In 't Latyn* Grossularia silvestris & alba, *van de witte coleur des stams. Amboinsch* Issepoeti, Issepoetel, *en* Issepoeter, *om dezelve reden. Sommige* Nuno Hauesse poeti. *De Lahoenezen noemen hem* Peylale.

Plaats. *Hy wast in 't hoge gebergte, en hier en daar in de klippen, en waar veele steenen op malkanderen leggen, gelyk ik hem dan meest over al gevonden heb in de oude vervallene en afgesmete Forten der Inlanders, met namen op den berg* Lucieela, *op een punt van des* Quime-

Tab. LXXXVII.

bernatore *Antonio van Diemen* erutum est, ubi ingens truncus locatus erat, quem tres viri vix complecti poterant, in rudeto, qui spatio triginta annorum in tantam crassitiem excreverat.

Usus. Non peculiarem hæc arbor hominibus præbet usum, fructus enim ejus avibus cibo inserviunt, nec ejus folia eduntur, saltem non cruda, sed tantum a plebe piscibus adcoquuntur, similique modo eduntur, quo ista domesticæ Grossulariæ. Crassorum truncorum lignum seu alæ (quum sint duriores quam in ullis aliis Varingæ speciebus) capreolis inserviunt navigiorum Corre Corren dictorum, de quibus capite primo fuit actum, ad quem usum hæc species melior est ista latifolia: In exstruendis calcariis fornacibus tanquam foci lignum adhibetur, aliis mixtum lignis, quum rite siccatum flammam facile concipiat, diuque ignem foveat.

Peculiaris hujus quoque invenitur species *Nunu Alulæ* seu *Laguayn* dicta, cujus truncus similis est priori, ac folia ejus sunt crassa, firma, & glabra, ramuli vero plurimis parvis onusti sunt fructibus, haud multo majoribus semine Catjang, qui dura constant carne, ac plerumque virides sunt, licet maturi, quique multum assantur & eduntur, saporemque habent Catjang, ejus vero folia cibo non inserviunt.

melahas hooftvastigheid, *Anno* 1637. *door den Generaal* Antony van Diemen, *verovert, een zeer groote stam, die drie mannen pas omvademen konden, regt op een steenhoop staande, en gegroeyt in de tyd van* 30 *jaren.*

Gebruik. *De menschen hebben geen zonderling gebruyk van dezen boom, want de vruchten werden voor de vogelen gelaten, en de bladeren eet men niet, immers niet raauw, maar alleenlyk werdenze van 't slegte volkje by visch gekookt, en als dan gegeten, gelyk men met die van de tamme Grossularia ook doet. Het hout van de dikke stammen of vlerken (om dat het harder is dan de andere Waringen) wert gebruykt tot de krullen van de Corre Corren, waar van in 't eerste Kapittel gesprooken is, en waar toe deze zoort bequamer is dan de breedbladige. In 't maken van kalk-ovens wert het ook tot brandhout genomen, dog onder ander hout gemengt, om dat het winddroog zynde, wel brand en lang vuur houdt.*

Nog hebbenze een byzondere zoort hier van, genaamt Nunu Alulæ *of* Laguayn, *met een stam als de voorgaande, een dik, styf, en glad blad, de ryskens zyn bezet met veele kleene vruchten, niet veel grooter als Catjang, hard van vleesch, en meest groen blyvende, dewelke veel gezoden en gegeten werden, smakende als Catjang, maar 't blad wert niet gegeten.*

Tabula Octogesima Nona

Ramum exhibet *Grossulariæ silvestris*, quæ *Isse Poeti* vocatur, estque Tsjela *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 63.

De negen-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *wilde Besse-boom, Isse Poeti* genaamt, welke is de Tsjela van de *Hort. Malab. derde deel Tab.* 63.

CAPUT QUINTUM.

Varinga parvifolia. Waringin Daun Kitsjil.

TErtia Varingæ classis est parvifolia, quæ vulgatissima est, & elegantissimam gerit comam, dividitur autem in altas ac humiles species.

Primo alta species in initio flagellosus frutex est, qui alias adscendit arbores, ipsasque strangulat, sensimque excrescit in altam & amplam arborem, cujus truncus ex multis quoque flagellis compositus est, quæ in hac specie notabiliora & copiosiora sibi incumbunt, primarius enim truncus plurimas emittit fibrillas, quæ ex ipso deorsum vergentes terræ sese infigunt, ibique radices agunt, atque juxta majorem truncum sese iterum erigunt. Hujus arboris coma elegantem & speciosum præbet adspectum, quodvis enim folium vulgarem habet formam, inferius rotundum, ac sensim acuminatum, Lingoi folio simile, sed minus & firmius, glaberrimum, æquale, & læte virens, tenuibus pertextum venulis, instar foliorum Caryophylli, verum non ita sunt parallelæ, sunt autem tres pollices longa, binos digitos lata, atque in apicem desinunt notabilem. Ejus ramuli sunt longi, teretes, & ob foliorum numerum plerumque dependentes, ad quodvis folium brevem apicem gerentes, ex quo alia folia & ramuli propullulant, ita ut arbor densam formet comam, gratamque præbeat umbram, si nempe sit humilis, alta enim ramos suos ample & inregulariter extendit.

In ramulis prope foliorum ortum fructus excrescunt solitarii, bini, & terni, sessiles, formam grossulorum referentes, inferius nempe angustati, superius rotundi, magnitudine Ervi seu Pisorum, primo ex viridi & luteo variegati, albisque punctulis notati, dein sanguinei, ac pauci horum nigrescunt, quum per aves non tam diu in arboribus superfint; intus autem repleti sunt plurimis granulis mollibus, fructus vero hi sicci sunt & insipidi, rubri autem succosiores sunt nigris, videnturque tum ab avibus magis expeti, quum forte ipsis rubri melius sapiant nigris.

Hæc species ex cunctis ramis russa seu mellinum colorem habentia emittit filamenta crassitie fili velorum, quæ tanquam tenuia & longa flagella deorsum dependent, sique terram adtingere non inpediantur, radices

V. HOOFDSTUK.

De kleynbladige Waringe-Boom.

HEt derde geslagt der Waringen is 't kleenbladige, zynde 't gemeenste en fraayste van loof, onderdeelt in hooge en laage zoorte.

Eerstelyk: De hooge zoorte is in 't eerste een heesterachtig touw, die andere boomen bevattende en dezelve verstikkende, metter tyd een hooge en breede boom wert, wiens stam insgelyks uyt veele strengen gemaakt is, die in dit geslagt merkelyker en menigvuldiger over malkander leggen, want de eerste hoofdstam zend veele worteltjes uyt, dewelke langs dezelve aflopende, in de aarde wortelen, en aan de hoofd-stam vast groeyen; 't loof van dezen boom is lustig en fraay om aan te zien, want yder blad is van gemeene gedaante, agter rond, en allengskens toegespitst, het Lingoo-blad gelyk, dog kleender en styver, zeer glad, effen, en blyde-groen, met fyne adertjes doorregen, gelyk de Nagel-bladeren, dog lopen zo parallel niet, drie duymen lang, twee vingers breed, met een merkelyke spits. De ryskens zyn lang, rank, en wegens de meenigte der bladeren meest nederwaarts gebogen, by yder blad een kort spitsje hebbende, daar uyt andere bladjes en telgen voortkomen, zo dat den boom een digt loof heeft, en een aangename schaduwe maakt, te weten als by laag blyft, want hoog werdende, spreyd hy de takken vry wat onordentelyk uyt.

Aan de takjes by den oorspronk der bladeren wassen de vruchten, enkeld of twee en drie by malkander, zonder stelen, meede in gedaante van Vygjes, te weten achter smal en voren rond, in de grootte van een Ervum of graauwe erwete, eerst groen en geel, met witte puntjes gespikkeld, daar na bloed-rood, en weinige daar van worden swart, want zy door de Vogels zo lange geen rust aan de boomen vinden. Binnen zynze vol kleene en weeke greyntjes, droog, en zonder smaak, doch de roode zyn zappiger dan de swarte, en 't schynt dat ze als dan daarom van 't gevogelte gezogt worden, als meer smaak daar in vindende, dan in de swarte.

Dit geslacht geeft uyt alle zyne takken rosse of honingverwige draden uyt, in de dikte van zeylgaren, als dunne lange strengen nederwaarts hangende, en als ze de aarde onverbindert raken, daar in wortelende, doch 't meeste deel

ces ipsi immittunt, plurima autem horum filorum pars emarcescit, si per casum quendam terram adtingere nequeant, unde & raro novi excrescere observantur trunci, exceptis iis, qui juxta truncum, uti dictum fuit, decurrunt. Fila hæc aliquando miras formant intricationes, ramusque ex his proveniens inregulares præbet sinus, oculos, & anfractus; ex abruptis autem foliis, ac sauciato cortice albissimum exstillat lac, dulce, atque innoxium.

Anni tempus. Fructus maturescunt siccis mensibus Octobri, Novembri, & Decembri, quum psittaci minores Amboinenses, Loeryen & Paroquieten dicti, has arbores magna copia frequentant, qui fructus comedunt, unde & raro in his arboribus conspiciuntur fructus: Inter omnes Varingæ species nulla est tam facile propaganda hacce, non enim tantum per avium secessum, si nuclei decidunt, in arborum rimis ac fissuris, quæ cortice constant crasso, propullulant, uti inter cæteras optime progerminant in fissuris Calappi, quæ ad ejus adscensum facilitandum inciduntur, sed in omnibus porro muris fissis, immo in ipsis ædium tectis ipsarumque frontispiciis lapideis.

Sic in Amboina circa annum 1654. ingens lapideum habuimus promptuarium, ex cujus suprema lapidea parte ingens hujus Varingæ surculus excreverat, qui licet sæpius amputaretur, de novo iterum continuo regerminabat, atque tam diu supererat, donec post quatuordecim annos totum dejiceretur ædificium: Omnes promiscue occupat arbores sive vivas sive mortuas, si modo ejus granula hasce adtingant, quæ tum progerminant, sique illud non inpediatur, flagellis suis totam arborem circumvolvunt, ad quam strangulandam non videntur hæc sufficere, quum variæ aliæ plantæ inter hanc Varingam, ac præsertim plures Polypodii, Musci, &c. species excrescant, ita ut perfectam constituant silvam ac solitudinem, atque periculosum & difficile sit ad hos adcedere truncos ob angues, Leguanos, aliaque sub hisce latitantia animalia noxia, quæ in hisce antris nidulantur ac sese abscondunt, unde & circa has arbores primum ignis exstruitur, qui hasce consumit plantas, antequam cædantur.

Secundo; humilis species crassiorem gerit truncum præcedenti, licet non altior sit sesqui-viro, adeoque intricata est, ut nil nisi fila ex trunco dependeant: Latius quoque suos extendit ramos, comamque format amplam, rotundam, sed humilem, ita ut e longinquo collem referat fruticibus & plantis ornatum, unde & elegantem præbet umbram: Ejus folia cum illis antecedentis conveniunt, sed plerumque majora sunt, latiora, & crassiora; quorum venæ itidem sunt tenuissimæ, atque ad oras in sinus concurrunt, sunt autem illa quatuor & quinque pollices longa, binos lata: Baccæ prioribus similes sunt sed majores, instar Cerasi nempe nigri, superius latæ & umbilicatæ, inferius angustatæ, quæ solitariæ vel geminæ prope quodvis folium excrescunt sessiles in ramis, primo rubræ, dein hinc inde nigræ, molliores, nec ita insipidæ quam antecedentis speciei.

Ex hisce ramis fila ista majori copia dependent quam in ulla alia Varingæ specie, ex quibus plura etiam fulcra quasi solida excrescunt, quum hi rami non admodum alti sint, ac intra breve temporis spatium terram adtingant, si e longinquo sub hac arbore oculos convertamus, officinam refert opacam, in qua fila venalia prostant.

Rami admodum ductiles sunt, qui tam ample extendi possunt quam desideratur, atque hunc in finem unus alterve surculus permittitur excrescere, ita ut sensim opacum præbeat umbraculum: ad hunc itaque scopum in foris aliisque areis per stipites plantatur, ut gratam præbeat ibi umbram, sponte enim sua in media regione non crescit, nec in montibus, sed tantum circa litora.

Nomen. Latine *Varinga parvifolia* & *Microphyllos*; Malaice *Waringin Daun Kitsjil.* Ternatice *Gofforu*, Amboinice *Nuno Laun Maun*, quæ tria nomina unum idemque significant. Balaice *Baingui*, Macassarice *Maramia:* Humilis autem species peculiariter Amboinice vocatur *Nuno Assan*, ex similitudine lati arenosi collis; in Loehoea *Keneboene.* Malabarice proprie *Ittil*, in *Hort. Malab. part.* 1. *Fig.* 26. *Ittialu.* Bracmanis *Aréca Goli.*

Locus. In cunctis aquosæ Indiæ insulis obcurrunt, quæ parvas exhibent varietates juxta locorum varietates

deel dezer draden verdort, en wert door eenig toeval afgebroken, eer 't de aarde raakt, en daarom ziet men zelden, dat 't nieuwe stammen werden, behalven als gezegt, 't geene langs de stam afloopt; zomtyds maken deze draden wonderlyke verwerringen, en de tak, die daar van komt, heeft zeldzame bochten, oogen, en slagen: Uyt de afgebrokene bladeren en gequetste schorsse, loopt een zeer witte melk, die zoet en onschadelyk is.

Sayzoen. *De vruchten ziet men ryp in de drooge maanden October, November, en December, wanneer hun de Loeryen en Perocquiten (zynde kleene Amboinsche Papegayen) met menigte op deze boomen onthouden, en de vruchten opeeten, daarom men zelden vruchten aan de boomen ziet: onder alle Waringen is 'er geene die zo ligt voortgeteeld wert, als dezen, want ze niet alleen door de afgang der Vogelen voortkomt, in de reten van alderhande boomen, die ruyge schorsse hebben, onder anderen in de kepen die men in de Calappus-boomen maakt, om die te gemakkelyker te beklimmen, maar ook in alderhande muurwerk, daar een scheur in is, ja zelfs op de daken van de woonhuyzen, en uyt de steene gevels.*

Zo hebben wy in Amboina omtrent 't jaar 1654. een groot steene Pakhuys gehad, uyt wiens steene geevel een groote spruyt van deze Varinge gegroeyt was, en hoewel men hem dikwils afkapte, egter telkens weer uytschoot, en ook daar aan bleef, tot dat men na 14. jaren het heele gebouw om ver smeet: Geen boom is daar van vry, het zy levend ofte dood, daar deeze greyntjes heen vallen, of zy schieten op, en als men niet daar tegen is, omgeven met hare ranken den geheelen boom, en als zy alleen niet genoeg waren om dien te verstikken, zo groeyen 'er nog verscheide andere in, en op deeze Waringin byzonder veele geslagten van Polypodium, Mos &c. *zo dat het een geheele welderniffe maakt, en men moeyelyk by deze stammen komen kan, die dan nog onveylig zyn wegens de Slangen, Leguanen, en ander ongedierte, die hun in zyne hollen ophouden, daarom men gemeenelyk deze bomen eerst met vuur omlegt, en de ruygte weg brand, eer men ze omkapt.*

Ten tweeden: Het laage geslagt heeft al zo een dikken stam als 't voorige, hoewel niet boven anderhalf man hoog, zo verwart, dat men niet als touwen aan de stam zien kan. Hy breyd zyne takken veel wyder uyt dan de voorige, en maakt een breede, ronde, dog geen hooge kruyn, gelykende van verre een zandheuveltje, zeer digt van ryskens en loof, en dierhalven een fraaye schaduwe makende. De bladeren zyn 't voorgaande gansch gelyk, doch doorgaans grooter, breeder, en dikker; de adertjes zyn ook zeer fyn, en loopen by de randen met bogen zamen, vier en vyf duymen lang, twee dito breed. De besiën zyn de vorige gelyk, doch groter, te weten als een swarte krieke, voor breed met een kuyltje, en agter toegespitst, een of twee by yder blad, zonder steeltjes, tegen den tak aanzittende, eerst rood, daar na hier en daar swart, werdende weker en smakelyker dan de voorige.

Aan deeze takken ziet men de voornoemde touwetjes in veel grooter meenigte afhangen, dan aan eenige andere Waringe-geslachten, waar van ook veele massive pilaren komen, om dat deze takken niet hoog staan, en in 't korte de aarde konnen beryken, als men van verre onder dezen boom ziet, zo gelykt het een donkere winkel, daar garen te koop hangt.

Men kan de takken zeer gemakkelyk lyden, zo breed men wil, en men laat hier en daar een pilaar groeyen, dat 't metter tyd een donker verwulfzel schynt, tot dien eynde wort hy met stokken op de marktplaatzen en andere pleynen geplant, om de schaduwe daar van te genieten, want van zelfs wast hy niet landwaart in, nog in 't gebergte, maar alleen omtrent de stranden.

Naam. *In 't Latyn* Varinga parvifolia *en* Microphyllos. *Op Maleyts* Waringin Daun Kitsjil. *Ternaats* Gofforu. *Amboinsch* Nuno Laun Maun, *alle drie van eene beduydinge. Baleys* Baingui. *Maccassaars* Maramia. *de laage zoorte werd byzonder in 't Amboinsch genaamt* Nuno Assan, *na de gelykenisse van een breede zandheuvel. Op Loboe* Kenehoene. *Maleyts eygentlyk* Ittil, *in* Hort. Malab. part. 1. Fig. 26. Ittialu, *in 't Braminees* Aréca Goli.

Plaats. *Zy zyn in alle Eylanden van water-Indiën bekent, doch met een kleene verandering, na de verscheydent-*

tates juxta locorum varietatem, prima species ubique crescit tam in montibus quam in planitie, raro autem in densis silvis; secunda species tantum in litore reperitur, nec ita obvia est, quam prima.

Usus. Lignum leviter siccum foco utile est, sed aliis semper lignis mixtum. Tenera ejus folia tanquam *Ulang* comedi possunt ad Bocassan, sunt autem semper duriora illis *Grossulariæ.* Baccæ cibo inserviunt omnium avium, præsertim cunctis Psittaci speciebus, atque ex relatu Aroensium etiam avibus Paradisiacis: fila autem ejus dependentia vires dicuntur habere exstinguendi Macassarensium venenum, si masticentur, illorumque succus deglutiatur, atque masticata pasta vulneri inponatur, contra pisces quoque venenatos, Cancros &c. laudantur, qui ex inproviso comesti sunt: Eadem fila, sed potissimum humilis seu latifoliæ speciei, incolæ Ceramenses & insularum ad Eurum sitarum ad chordas arcuum adhibent, quæ in aqua macerantur, parumque contunduntur, donec mucilaginosa sint, atque adglutinari possint ad crassitiem baculi Javanensis, dein lapidem ipsis adligant, atque per aliquot septimanas tali modo dependent, donec in firmas exsiccentur chordas.

Varinga parvifolia in Zephyreis Chinæ plagis quoque obcurrit, in provinciis Quantung & Fockien, uti & ad Borealem partem, ibi alta est arbor, semper virens, quæ ad vias plantatur & in magnis areis, ut umbram præbeat, idem fit per ramum alius arboris, si per aliquot tempus terra obvolvatur ac dein ad truncum dissecetur & transplantetur; Chinensibus vulgo vocatur *Tschéug*, doctis vero *Yon*, in ædium tectis etiam crescit, quum per avium fimum ejus semina ejiciantur, atque ibi ferantur, unde & ipsis dicitur *Tsjau Ischeng*, h. e. avium Varinga.

Arbor *Ensanda*, quam Portugallici scriptores dicunt in regno *Congo* crescere, nulla alia videtur esse arbor quam Varingæ species, unde & verba *Caroli Clusii libr. primo Exotic. cap.* 1. hic subjungemus, quæ desumpsit ex *Philippo Pigafetta.*

In insula *Loanda* sita ante ostium fluvii *Coanza*, qui partem regni Congo perfluit, arbor crescit ab incolis *Ensanda* dicta, quæ alta est, semper virens, ac singularis naturæ, ex ejus enim ramis, quos alte extendit, filamenta quædam seu chordæ dependent, quæ terram tangentes radices agunt, & arbusculas emittunt, talique modo propagantur. Sub exteriore harum arborum cortice alter reconditur, tenuem formans texturam, ex qua contusa, depurata, & per longitudinem ac latitudinem extensa vestimenta formantur, quibus vulgus tam mares quam feminæ suum tegunt corpus.

Supra *libr.* 2. in Agallochi descriptione innuimus, ex relatione quorundam Sinensium, illorum arborem unam eandemque cum hac seu saltem ejus speciem esse, magnam enim similitudinem gerit cum parvifolia Varinga, qua in sententia adhucdum perseveramus, donec certiorem hujus rei acceperimus relationem, in ea autem confirmor, quum anno 1677. ex Bantama jussi adferri ramulos quosdam istarum Varingarum, quæ ante regis palatium locatæ sunt, de quibus Chinenses ibi habitantes sæpius testati sunt, in iis *Calambacum* seu *Agallochum* latere, ipsosque odorem istius certis temporibus observavisse, & regi pecuniam obtulisse, nolebat autem permittere aliquid ex istis arboribus detruncari, multo minus, ut exstirparentur. Istarum itaque ramuli cum foliis ad me delati omnino conveniebant cum prima seu alta Varingæ parvifoliæ specie supra descripta, qui in ramulos plures divisi erant, quibus folia insidebant inæqualis magnitudinis, binos nempe cum dimidio, & tres cum dimidio digitos longa, cæterum ejusdem formæ, atque tenuibus venulis copiosissime pertexta.

Sic quoque in Uliasserensibus insulis vetustam Varingæ radicem exstirpavi, quæ in rupe ad litus locata erat, quæ intus ruffescebat nigricantibus venulis pertexta, & ad externam faciem verum referebat Agallochum, nullum vero peculiarem spirabat odorem, forte quod ab aqua marina esset conspurcata.

Quid Malayenses de aureis floribus referant, quos homines quidam fortunati in hac invenerunt arbore, supra capite primo relatum fuit, si modo pro aureis floribus

denthеid der plaatzen, de eerste zoorte wast over al, zo wel in 't gebergte als in de vlakte, doch zelden in 't digte wout; de tweede zoorte vind men alleen op strand, en is zo gemeen niet als de eerste.

Gebruik. *'t Hout wind-droog zynde, is bequaam tot brandhout, doch altyd onder ander hout gemengt. De jonge bladeren kan men ook als een* Ulang *eeten tot Bocassan, doch zyn altyd harder dan die van* Grossularia. *De besiën zyn een geduurige kost voor allerhande vogelen, inzonderheid voor alle zoorte van Papegayen; en na 't zeggen van de* Aroëezen, *ook voor de Paradysvogels: de afhangende draden werden toegeschreven de kragt van 't Macassaarze spatte-gift tegen te staan, als men dezelve knouwt, het zap daar van inswelgt, en 't knouwzel op de quetzuure bind, als mede tegens allerhande schadelyke visschen, Crabben &c. die men onvoorziens gegeten heeft. De zelfde draden, dog meest van de lage of brede zoorte, gebruyken de Inlanders van Oost-Ceram, en de zuyd-oost Eylanden, om peezen tot hare bogen daar van te maken, want zy wekenze in 't water, kneuzenze een weinig, tot datze slymerig werden, en aan malkanderen kleven, in de dikte van een Javaanze rotting, daar na binden zy een steen daar aan, en latenze eenige weken aldus hangen, tot dat ze in styve peezen opdrogen.*

Deze kleenbladige Waringe vind men ook in de zuyderdeelen van China, in de Provintien Quantung *en* Fockien, *en ook wel noordelyker, zy is aldaar een hoge-boom, altyd groen, en men plantze aan de wegen, en op groote pleynen, om schaduwe daar van te hebben; 't zelve geschied met een tak van een andere boom, als men hem een tyd lang met aarde bewind, daar na by den stam afzaagt en verplant; in 't gemeen Chinees hiet 't* Tschéug, *maar by de geleerde* Yon, *'t wast op de daken van de huyzen, door der vogelen afgang aldaar gezaayt, 't welk zy hieten* Tsjau Ischeng, *dat is vogel-Waringin.*

Den boom Ensanda, die de Portugeze Schryvers zeggen in 't Koningryk Congo te wassen, schynt anders niet te zyn dan een Waringe van dit geslagte, weshalven wy de woorden van Carol. Clus. libr. 1. Exotic. cap. 1. *hier by willen zetten, gelyk hy ze uyt* Philippus Pigafetta *geleend heeft.*

Op 't Eyland Loando, gelegen voor de mond van de rivier Coanza, *die een gedeelte van 't Koningryk Congo doorspoeld, wast een boom van de Inlanders* Ensanda *genaamt, hoog, altyd groen, en met een byzondere nature begaaft, want van zyne takken, die hy om hoog uitspreyt, werden zekere touwtjes of snaren afgelaten, die als ze de aarde raken, daar in wortelen, en nieuwe boompjes uytmaken, en op deze manier haar vermenigvuldigen. Onder de buytenste bast dezer bomen vind men een anderen, als een dun geweef, waar van geklopt, schoon gemaakt, in de lengte uytgerekt, zy eenige stofjes maken, waar mede 't slegte volkje, zo mannen, als vrouwen, hare ligchamen bedekken.*

Boven in 't tweede boek in de beschryving van Agallochum, *hebben wy gezegt, dat na het verhaal van eenige Chineezen, denzelven boom of eenderley zy met dezen, of een geslagt daar van, want hy heeft groote gelykenisse met het kleenbladige Waringin, in welk gevoelen wy ook nog blyven, tot dat ik zekerder berigt daar van bekome. Ik werd daar in gesterkt, dewyl ik Anno 1677. van Bantam heb laten brengen eenige takjes van die Waringe bomen, die voor 's Konings Paleys staan, waar van de Chinezen aldaar woonachtig dikwils getuygt hebben, dat in dezelve* Calambak *of* Agallochum *zoude schuylen, om dat zy de reuk daar van op zommige tyden gewaar wierden, ook den Koning geld daar voor aangeboden hebben, doch hy wilde niets daar van af laten kappen, ik laat staan omkappen. De voorschreeve takjes dan met haare bladeren, by my gebragt, quamen geheel en al overeen met de eerste of hooge zoorte van onze kleenbladige Waringin, hier boven beschreven, zynde vol ryskens, en daar aan de bladeren van ongelyke grootte, te weten van* $2\frac{1}{2}$ *tot* $3\frac{1}{2}$ *vingers lang, anders van 't bovenstaande fatzoen, en met fyne adertjes doorweven.*

Zo heb ik ook in de Uliassers een oude Waringe-wortel gekapt, op een klip aan strand staande, dewelke van binnen bruyn was, met swartachtige aderen gekrult, en van aanzien 't regte Aguilhout gantsch gelyk, doch van geen zonderlyken reuk, misschien om datze van 't zeewater bespat wierden.

Wat de Baleyers van de goude bloemen verhalen, die zommige gelukkige menschen op dezen boom zullen gevonden hebben, is boven in 't eerste Kapittel verhaalt, zo zy maar

floribus non habuerunt certum quoddam luteorum folliculorum genus, qui ad digiti articuli magnitudinem aliquando ex hisce dependent foliis, & instar auri foliacei splendent, qui nihil aliud sunt nisi aurea aurelia seu Chrysalis, quæ post paucos dies inferne dehiscit, nigrumque emittit Papilionem, qualem ipse in juniore Varingæ frutice, qui ex muro domus meæ excreverat, inveni, quæ ex Erucis fabricatur in hac propagatis arbore.

Rumphii Adpendix hisce auctus est.

Sinensis quidam jactat sese in Java ad inferiorem trunci partem Varingæ parvifoliæ binos invenisse flores, masculinum nempe & femininum, formam gerentem *Cassombæ* seu *Carthami* floris, plerumque rubentem, atque ille maris circa apices ruber admodum seu fuscus erat: Per hunc florem prædicabat quam maxime divitem sese fuisse: Plures Varingæ species obcurrunt in *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 55, 56, 57, 58, 59. quarum prima *Itti Arealu* Varinga parvifolia videtur esse, reliquæ quatuor adfines quodammodo sunt *Grossulariæ*.

Tabula Nonagesima

Ramum exhibet *Varingæ parvifoliæ*, quæ Ficus Malabarica folio Mali cotonei, fructu exiguo parvo rotundo vocatur in not. ad *H. Mal. tom.* 3. *Tab.* 55. ubi vide reliqua.

maar voor een goude bloem niet aangezien hebben, zeker slag van geele huysjes, die in de grootte van een vinger-lidt zomtyds aan deze bladeren hangen, en als klatergoud glimmen, zynde niet anders als een goudverwig beursje of poppeken, Aurelia *of* Chrysalis, *'t welk na weinig dagen van onderen splyt, en een swart Kappelleken uytgeeft, diergelyke ik zelfs aan een jonge Waringestruyk, uyt de muur van myn huys gewassen, gevonden heb, zynde gegenereerd uyt rupzen, die op dezelfde boom groeyen.*

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit 'er bygevoegt.

Een ander Sinees beroemt zig op Java onder aan den stam van deeze kleenbladige Varinge, twee bloemen gevonden te hebben, mannetje en wyfje, in de gedaante van Cassomba *of* Carthamus-*bloem, doorgaans roodachtig, die van 't mannetje omtrent de spitze boog-rood of bruyn. Door het bezitten van deze bloem, beroemde hy zich tot groote rykdom gekomen te zyn. Meer zoorten van Varinga ziet in* Hort. Malab. part. 3. Fig. 55, 56, 57, 58, 59. *waar onder de eerste* Itti Arealu *een kleynbladige Varinga wil zyn; de andere vier hebben wat gemeenschap met de* Grossularia.

De negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *kleynbladige Waringe-boom*, welke de Malabaarze Vyge-boom met het bladt van de Quee-Appelboom en met een kleyne plat-ronde vrucht genaamt wert in de aantekeningen op het *derde deel Tab* 55. van de *Hortus Malabaricus*, alwaar het overige verders ziet.

CAPUT SEXTUM.

Arbor Conciliorum. Caju Bodi.

QUarta Varingæ species exotica est in insulis hisce Orientalibus, ibi autem ex Java delata, ac proinde raro obcurrit; arbor vero hæc truncum gerit brevem & crassum, hominem & ultra longum, inregularem admodum, planum, & angulosum, quasi ex variis truncis compositus esset, ejus rami sese quam latissime extendunt, non in altum sed ad latera, multosque intricatos formant gyros, qui in quibusdam locis concreti sunt, in aliis vero iterum excurrunt eodem modo, ac venæ corporis humani per anastomosin concurrunt, ita ut tota arbor Lithodendron referat, quod ramis suis concretum est, ejus folia sunt triangularia seu cordiformia, læte viridia & glabra, albis costis pertexta, longis petiolis ramulis insidentia, inordinata, ramulique plurimis foliis onusti sunt, qui in regularem desinunt apicem, ita ut arbor densam præbeat umbram: Ex petiolis abruptis serosus exstillat succus, qui in vulnerato cortice spissior est, dulcis, ac sine ullo acore.

Fructus plerumque bini ac bini ex foliorum alis progerminant, teneris Ficis magis similes, quam ulli ex præcedentibus, suntque sessiles in ramis, magnitudine globulorum sclopeti manualis, primo instar pomi virides, punctulis albis notati, ac superius quam maxime umbilicati, dein ex purpureo rubent, ac demum nigrescunt, quum alba ista punctula disparent atque umbilicus, mollescunt vero tum, saporemque habent dulcem, plurimis mollibus & oblongis referti granulis, in medio autem cavitatem formant, unde ad Ficos proxime adcedunt, sed semper magis fatuum habent saporem. Petiolis destituuntur, sed pericarpio insident tripetalo, quod ipsis adhæret, uti in Pinangæ fructibus.

Anni tempus. Fructus plerumque maturescunt Novembri & Decembri, raro autem in arboribus observantur, quum aves nimis cito illos devorent, nec certum etiam observat hæc arbor tempus, fructus novaque producendi folia, aliquando enim bis in anno, aliquando omnino nullos dat fructus, sæpe etiam in una arboris parte nil nisi nudi conspiciuntur rami fructibus onusti.

Observavi plerumque arborem hanc Decembri ad Favonium foliis esse ornatam, quum ad Orientalem plagam iis esset destituta, sed teneris fructibus onusta, qui

VI. HOOFDSTUK.

De Pitsjaar-Boom.

H*Et vierde geslagt der Waringen is een vreemdeling in deze Oostersche Eylanden, doch aldaar gebragt uyt Java, en dierhalven weinig te vinden. De boom heeft een korten dikken stam, een man of anderhalf boog, zeer ongeschikt, plat en hoekig, als uyt verscheyde stammen t'zamen gezet. De takken verspreyden hun zeer wyd en breed, niet om hoog, maar dwers, en maken veele wonderlyke kronkelen door malkanderen, zynde hier en daar aan malkanderen vast gegroeyt, en lopen dan weder van malkanderen, in maniere van de aderen in 's menschen lighaam, die door* Anastomosin *t'zamen stoten, en den gehelen boom gelykt wel eenig Coraal-gewas, dat met veele takken door malkanderen gegroeyt is. De bladeren zyn driekantig of hardvormig, doch achter plat en rond gebild, vier duymen lang en breed, dikachtig, licht-groen en glad, met witte ribben doorregen, op lange steelen zonder ordre aan de takjes staande, en de ryskens zyn wel gebladert, en voor in de gewoonelyke spits eyndigende, dies de boom een dichte schaduwe maakt; uyt de afgebroke steelen, druypt een wey-achtige melk, en wat dikker uyt de gequetste schorsse, ook zoet, en zonder eenige scherpigheid.*

De vruchten staan gemeenelyk twee en drie uyt de schoot der bladeren, de jonge Vygen gelyker dan alle de voorgaande, zonder steelen, tegen de takken aan zittende, in de grootte van pistool-kogels, eerst appel-groen met witte puntjes, en boven op met een kennelyke navel, daar na wordenze purper-rood, ten laatsten swart, verliezende als dan de witte puntjes, en 't bovenste naveltje, maar worden week en zoet van smaak, met veele weeke en langachtige korreltjes uytgevuld, doch in de midden met een kleyne bolligheid, de Vygen naastkomende, doch altyd laffer. Zy hebben wel geen steel, maar rusten op een bordje van drie blaadjes gemaakt, die aan de vruchten vast zitten, gelyk men aan de Pinang-noten ziet.

Sayzoen. *De rype vruchten ziet men ordinaris in November en December, doch men vindze zelden aan de bomen, om datze de Vogelen al te vroeg opslokken, ook houd hy geen precieze tyd van vruchten en jong loof, dragende zomtyds tweemaal in 't jaar, zomtyds niet eens, dikwils heeft hy ook aan de eene zyde niet dan blote takken met vruchten geladen.*

Ik hebbe opgelet, dat hy meest in December aan de zuydwest zyde vol loof was, aan de oostzyde kaal van bladeren, en vol jonge vruchten, die niet te gelyk, maar na mal-

1

qui non omnes simul, sed sensim unus post alterum maturescunt, si ab avibus non comedantur, hi enim facilius illas furantur, si baccæ nudis in ramis in ipsorum conspectum veniant: Sæpe etiam tota arbor nuda est, acsi emortua esset, Corallium omnino referens, dein omnibus ex partibus nova regerminat folia ac fructus, vetusta vero ac decidua folia penitus nigrescunt.

Hæc species hisce in terris nulla vel rara admodum emittit fila ex ramis, excepto quod ex crassissimis hinc inde filamenta rara excrescant, quæ terram non adtingunt, contra ejus rami quam longissime extendi possunt, quique nimis alte excrescunt, per pondus adpensum deprimuntur, atque ad extremum gravissimorum ac longorum ramorum pali seu postes subponuntur, ne nimis deorsum vergant, atque in terram radices emittant.

Hic porro delineata est arbor, quæ in Amboinæ officina lignaria per aliquot annos stetit, ejusque internam aream occupabat raris suis gyris & sinibus, cujus lati rami instar præsepis erant formati, ita ut nautæ per noctem in iis dormirent, atque per dies hirci ejus ramos perambularent, ad tenera ipsorum folia depascenda. Observatum est, elegantem hanc arborem anno 1672. mense Januario per nimbum esse eradicatam, uno die post illum, quo homo iste sepultus fuit, qui illam ante triginta annos plantaverat.

Nomen. Latine *Arbor Conciliorum*, ac Belgice *Pitsjaar-boom*, in veteri autem India nostræ nationi dicitur *Pagode-boom* & *Drommel-boom.* Malaice & Macassarice *Caju Bodi*, aliis vero Malaiensibus *Colodjo*, Javanis & Baleyensibus *Antsjac*, in Mattarama *Bandira*, Amboina *Aymabu* & *Ay Pacca Java*, Banda *Camibelo*, Ternata *Hate Java*, Loehoea *Titawey*, h. e. umbrosa, Malabara *Areti*, in *Horto* autem *Malabarico parte prima Fig.* 27. *Arealu*, Bracmanis *Bipoeloe.*

Locus. Elegantissimæ & maximæ hujus speciei arbores inveniuntur in Java, Baleya, & Celebe, atque inde, quantum videtur, per stipites hic in Amboina & Banda sunt propagatæ, unde & arbor Javanica ab incolis vocatur, in Amboina raro obcurrit, ac pulcherrima, quæ in officina lignaria locata erat, uti dictum fuit, anno 1672. per fortiorem ventum dejecta est, alteraque in Hitoea per diluvium anno 1674 raptata.

Usus. Quantum novi, hæc arbor nil exhibet, quod tignis inservire potest, contra folia ac fructus pabulum præbent hominibus, vaccis, hircis, capris, avibus, vespertilionibus, & Elephantis, qui posteriores cuncta Varingæ folia maxime expetunt, tenera autem & mollia ejus folia ab hominibus eduntur tam cruda, uti alia Ulang, quam cocta, cætera folia, (non autem nimis vetusta) ab animalibus. Fructus hominibus conducunt penitus maturi, hisce oblectamento, avibus, ac præsertim vespertilionibus, nutrimento inservientes.

Mulierculæ Amboinenses crassissimum ex trunco divellunt corticem, quem conterunt cum Oryza & floribus Manori in pultem, quam faciei & corpori inliniunt, ad cutim poliendam & depurandam, sæpe autem tam ruditer truncum hunc tractant, ut tota pereat arbor, hi enim populi adeo rudes & pigri sunt, ut in posterum nil curent, si modo isto tempore, quum aliquid desiderant, illud conquirere possint; hujus folia ab illis cruda quoque eduntur noctibus festivis, quum ex more suo per totam noctem ipsis sit cantandum, ut claram reddant vocem. Eadem quoque tenera folia cum corticis frusto aquæ incocta illis prosunt, quibus pectus lentis sputis & catharris est obpressum & repletum, unde maturescunt, & ad expectorationem præparantur.

Hæc porro arbor, meo quidem judicio, per totam Indiam nota est, uti id mihi adfirmarunt illi, qui eam in India veteri, Gouzeratta, & Persia observarunt, immo penitus convenit cum ingenti Laaræ arbore, post Gamrou in Persia seu veteri Carmonica deserta sita, cujus cuncta itineraria mentionem faciunt, sub cujus umbra & copiosis gyris aliquot millia hominum latere possunt, uti inter alia *Mandelslo* in mirabilibus Orientalibus *libr.* 1. *cap.* 6. & doctus *Oliarius* in Commentariis suis ad id caput de hac scribunt.

Dixi

malkanderen langzaam rypen, zo ze anders van de Vogelen rust hebben, want die te gemakkelyker op den prooy vallen, als ze de besiën aan de kaale steelen zien; hy staat ook zomtyds geheel kaal als of hy gansch bestorven was, en t'eenemaal een Koraal-gewas gelyk, en daar na gewind hy aan alle kanten jonge bladeren en vruchten; de oude afgevallene bladeren worden swart.

Dit geslacht in deze landen geeft geene of gansch weinig draden uyt zyne takken, behalven aan de dikste ziet men hier en daar eenige drummelen afhangen, die tot de aarde niet raken, daar en tegen kan men zyne takken uitrekken zo lang men wil, en die te boog schieten, moet men met gewigt beswaren, ook onder de eynden van de swaare lange takken eenige stylen zetten, datze niet te veel neerwaarts buygen, en in de aarde wortelen.

Hier nevens staat uytgeteekent een diergelyke boom, die op de Amboinsche timmerwerf lange jaaren gestaan heeft, en deszelfs binnen-pleyn schier geheel bestoeg met zyne zeldzame krullen en bochten, hebbende de breede takken als een kribbe gefatzoeneerd, zo dat 'er de Matrozen's nagts in sliepen, en by dage de bokken op zyne takken wandelden om het jong loof daar af te eeten. Men heeft aangemerkt, dat die schoone boom Anno 1672. *in January door een harde wind uyt zyn wortels is gewaayt, voorvallende een dag na dien, op dewelke die man begraven was, dewelke hem voor* 30. *jaaren geplant hadde.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Conciliorum, *en zo in 't Duytsch* Pitsjaar-boom, *doch in oud Indiën hiet hy by onze Natie* Pagode-boom *en* Drommel-boom. *Op Maleyts en Macassaars* Caju Bodi, *by andere Maleyers* Calodjo. *Javaans en Baleys* Antsjac, *in Mattaram* Bandira, *Amboinsch* Aymalu *en* Ay Pacca Java. *Bandaasch* Camibelo, *Ternaats* Hate Java, *Loehoes* Titawey, *dat is schaduwachtig. In 't Malabaars* Areti, *maar in* Horto Malab. part. 1. Fig. 27. Arealu, *Braminees* Bipoelo.

Plaats. *De schoonste en grootste van dit geslacht vind men op Java, Baley, en Celebes, van daar zynze, zo 't schynt, met stokken hier in Amboina en Banda gebracht, en daarom Javaanze boom by de Inlanders genaamt, in Amboina vind men ze weinig, zynde de schoonste, die op de Timmerwerf stond, Anno.* 1672. *als gezegt, door een wind omgeworpen, en de ander op Hitoe door een watervloed Anno* 1674. *weggespoelt.*

Gebruik. *Myns wetens heeft men niets van dezen boom tot timmeren bequaam, daar en tegen de bladeren en vruchten geven voedzel voor Menschen, Koeyen, Bokken, Geyten, Vogels, Vleermuyzen, en Olyphanten, welke laatste de bladeren van allerbande Waringin geern eeten, want de jonge en malse bladeren eeten voor eerst de menschen, ze wel raauw, gelyk ander* Ulang, *als gekookt, de andere bladeren (doch niet te oud) de resteerende beesten. De vruchten zyn voor de menschen bequaam, als ze geheel ryp zyn, doch meest tot plaizier, anders de Vogelen en Vleermuyzen tot voedzel.*

De Amboinsche Vrouwtjes halen dikwils de dikste schorsse van den stam af, wryvende dezelve met rys en Manoor-bloemen tot een pap, denwelken zy versch op het aangezicht en lyf smeeren, om de huyd glad en zuyver te maken, maar zy handelen dikwils den stam zo onbeschеyden, dat den geheelen boom uytgaat, zynde deze landvolkeren zo onaardig en luy, dat ze na 't toekomende niet vragen, als ze maar op die tyd, als zy iets van noden hebben, maar gerieft werden. De bladeren etenze ook raauw by haare nacht-feesten, als zy na 's lands manier de geheelen nacht over moeten zingen en quinkeleeren, om een klaare stem te krygen. De zelfde jonge bladeren met een stuk van de schorsse in water gekookt, helpen die geene, die de borst met taaye fluymen en Catharren vervult hebben, want zy maken dezelve ryp, glad, en tot uytwerpen bequaam.

Voorts is dezen boom, myns oordeels, door gantsch Indien bekent, gelyk my die geene verzekeren, die hem in oud Indien, Gouzeratte, en Persien gezien hebben, ja zelfs overeen komende met den grooten boom van Laar, achter Gamrou in Persien, of oud Carmonica deserta gelegen, waar van alle Oost-Indische Voyagien vol zyn, en onder wiens schaduwe en veelvoudige bogen eenige duyzende menschen kunnen schuylen, gelyk onder anderen Mandelslo *in de wonderen van 't Oosten, in 't eerste Boek Kap. 6. en den geleerden* Oliarius *in zynen Commentarius over 't zelfde Kapittel schryven.*

It

Dixi nationem nostram hanc arborem vocare *Pagode-boom* & *Pitsjaar-boom*, quum ad binos primarios usus plantetur, in veteri nempe India ubique ad vias & in areis, ubi umbra desideratur, sique elegantes & magnæ sint, Indostani gentiles plerumque diabolicam formam idolorum suorum seu Pagoden iis inponunt in cellula quadam; ipsorum enim Magi philosophantur, genios nullam arborem magis inhabitare hacce, quod & Amboinenses de cunctis Varingis credunt, quum adeo umbrosæ & ramis suis sint intricatæ, qua in re optime naturam & genium cimmeriarum & intricationum exprimunt & imitantur.

Talis *Cadju Bodi* quondam in Macassara erat locata, quæ, quantum videbatur, a Dæmone etiam inhabitabatur, ex relatu enim incolarum cuncti, qui eam malo animo quodam instrumento lædebant, in periculosum incidebant morbum, vel in inopinatam inruebant mortem, uti id Belgo adjutori adcidit, qui non ex vera fide, sed temeritate quadam dæmonem istum obpugnare ac lacescere ausus fuit.

In Baleya hanc tam ample norunt extendere, ut elegantes elaboratique postes ac lapideæ columnæ sub iis exstruantur; quibus elegantes porcellanæ patinæ inponuntur loco speculorum: Ipsius fructus crudos comedunt, si sint maturi vel fusci, ipsorumque nuclei interni granulosi & arenosi abjiciuntur, reliquaque massa cum Santang in olus coquitur, alii semi-maturos sumunt fructus, in frusta conscindunt & exsiccant, quos dein Oryzæ adcoquunt, ut eo magis ventrem repleant, si illa deficiat, fructus vero contriti & cuti inliniti ejus pruritum tollunt, uti & puls ex contrito arboris cortice præparata.

Nobis & adfirmare student, æque in hac arbore quam in *Varinga latifolia*, *cap.* 1. descripta, aliquando argenteum reperiri florem forma Angreci, quem tanquam pretiosam gemmam servant, quum ex ipsorum opinione possessorem divitiis cumulet, uti supra indicatum est. Macassarenses hanc arborem multum propagant per stipites ad sepes, atque unam alteramve sinunt excrescere ad tenerorum foliorum usum, atque ibi veteres arbores quotannis sua dimittunt folia, mensibus nempe pluviosis, quæ ibi per aliquot menses foliis penitus sunt orbatæ, uti aliis in regionibus id hyeme obtinet, quodque huic arbori peculiare est præ aliis Indiæ arboribus.

Et licet hæc arbor *Pitsjaar* dicta, & in aquosa India crescens parum differat ab Indostana & Persica, quæ ex ramis suis plurimas emittunt columnas, quod in illa non observatur, unæ eædemque tamen sunt species, quum folia fructusque inter sese conveniant. Sic quoque melius quadrant cum descriptione veterum Ficus Indicæ, quæ ex Plinii testimonio *libr.* 12. *cap.* 5. folia gerit instar Amazonidum Peltæ, quæ parva sunt tricuspidata scutula, subtus & supra in obliquos apices desinentia, & instar crescentis lunæ cornuta, ac superius excavata, quam figuram hæc folia quodammodo æmulantur, unde & Poëta *Virgilius Æneidos libr.* 1. canit:

Ducit Amazonidum lunatis agmina Peltis.

Fructus testatur *Plinius* similes esse Fabæ, & Theophrastus Ciceri, quod cum hisce Varingis etiam convenit.

Arealu descriptio in *Horto Malabarico* exhibita non multum a nostra differt, excepto quod *Arealu* folia in longum ac angustum desinant apicem, qui in nostræ arboris foliis non observatur, illius fructus maturi ex auctoris relatu non nigrescunt, uti in nostra, quos forte auctor nunquam maturos observavit, in isto capite memoratur, Indostanorum gentilium idolum *Vistun* sub hac arbore creatum esse, unde & huic arbori divinam tribuunt gloriam, atque apud nostrates Dæmonum arbor vocatur, ipsi autem virtutes adscribuntur, radicis decoctum propinatum capitis vertiginem tollere, sanguinem depurare, febresque lentas curare. Cortex vero in aqua contritus & inlinitus Ulcerationes depurat ac phlegmonem tollit.

In quibusdam itinerariis inveni hanc arborem Indico vocabulo denominari *Casta*, ac Persico *Lul*, inter alia nobilis Gallus Legous addit in tomo secundo Itinerarii *cap.* 17. Cau Nams famulum sub hac quiescere

Ik hebbe gezegt, dat hem onze Natie Pagode-boom *en* Pitsjaar-boom *noemen, om dat hy tot twee principale gebruyken geplant word, in oud Indien over al aan de wegen en op pleynen, daar men schaduwe hebben wil, en zo ze schoon en groot zyn, stellen de Indostaanse Heydenen gemeenelyk de Duyvelze gedaante van haare Pagoden of Afgoden daar onder in een Kapelletje, want haare Philosophen of Braminees leerenze, dat de geesten in geene boomen liever woonen dan in deeze; gelyk de Amboinezen ook van alle Waringen geloven, om datze zo schaduwachtig en verward van takken zyn, waar in zy ook den aard van den geest der duysternisse, en alle verwerringen zeer wel treffen.*

Diergelyke Cadju Bodi *stond ook eertyds op Macasser, (zo 't scheen) van een boozen duyvel bezeten, want na 't zeggen der Inlanders, alle de geene, die hem uyt een euvel gemoet met eenig geweer quam te quetzen, verviel in een swaare ziekte of haastige dood, gelyk ook aan een Nederlands Adsistent zou geschied zyn, die niet uyt een vast geloof, maar uyt vermetelheid dien duyvel dorst tergen.*

Op Baley wetenze hem zo breed te leyden, datze fraaye uytgebouwene stylen, en steene pilaaren daar onder stellen, daar in zy dan schoone porcelyne schotels metzelen, in plaats van spiegels. De vruchten eetenze raauw als ze ryp zyn, of als ze nog bruyn zyn, werdende de binnenste zandige korls weggesmeten, en de rest met Santang tot een moes gekookt; andere nemen de halfrype vruchten, snydenze kleen, en droogenze, die zy daar na by de ryst koken om den buyk te meer te vullen, als 'er schaarsheid van dezelve is. De vruchten gewreven en opgesmeert, verdryft het jeuken des huyds, als mede een pap van de gewrevene schorsse gemaakt.

Zy willen ons ook verzekeren, dat op dezen boom, zo wel als op de Varinga latifolia, *in 't eerste Kapittel beschreeven, zomtyds een zilvere bloem zal gevonden worden, in de gedaante als 't Angre, dewelke zy als een kostelyk juweel bewaren, om dat zy (zo ze geloven) den vinder rykdom toebrengen, zo als boven gezegt. De Macassaren planten hem veel tot tuyn-staken, latende hier en daar een opschieten tot geryf van de jonge bladeren, aldaar werpen de oude boomen ook meest jaarlyks haare bladeren af, te weten in de regen-maanden, en staan als dan eenige maanden kaal, als overwinterende, 't welk dezen boom dan byzonder heeft onder andere Indiaansche bomen.*

Of nu wel dezen Pitsjaar-boom in water-Indien wassende, een weinig verschild van de Indostaanse en Persiaansche, dewelke uyt haare takken rondsom veele pilaren zetten, en deze niet, zo moet men ze evenwel voor een geslagt houden, aangezien de bladeren en vruchten over een komen. Zo accorderenze ook beter met de beschryving van de oude Ficus Indica, *die na 't zeggen van* Plinius *in 't* 12. *Boek Kap.* 5. *bladeren heeft als de Amazoonse Peltæ, 't welk zyn kleyne driekantige schildekens, onder en boven met een schuynze spits, als een hoorn van een wassende maan toelopende, en boven mede uytgeholt als een halve maan, waar na deeze bladeren vry wat gelyken, en waar van den Poeët* Virgilius Æneidos lib. 1. *zingt:*

Ducit Amazonidum Lunatis agmina Peltis.

De vruchten zegt den zelven Plinius, *zullen gelyk zyn een boone, en Theophrastus een Cicer, 't welk ook met deze Waringen overeenkomt.*

De beschryving van Arealu *in* Horto Malab. *verschild niet zonderlyk van de onze, behalven dat de bladeren van* Arealu *een lange smalle spitze hebben, dewelke men aan de onze niet ziet. De vruchten, volgens den Autheur, zyn ook niet swart in haare rypheid, gelyk de onze, dewelke den Autheur misschien nooit ryp gezien heeft; in gemelde Kapittel vind gy, dat der Indostaanse Heydenen Afgod* Vistun, *onder dezen boom geboren is, en dierhalven de Heydenen dezen boom Goddelyke eere aandoen, en by de onzen Drommelboom genaamt word; hem werden aldaar de krachten toegeschreven, dat het afzietzel van de wortel gedronken, geneest de duyzeling des hoofts, zuyvert 't bloed, en helpt tegens de vaste en ingewortelde koortzen. De schorsse in water gewreven en opgesmeert, geneest de Ulceratien, en helpt tegens de rooze.*

In zommige reis-boeken heb ik gevonden, dat dezen boom in 't Indiaansch hieten zal Casta, *in 't Persiaansch* Lul, *onder anderen doet den Franschen Edelman* Legous *daar by in 't tweede deel van zyn Reis-boek, Kapittel* 17. dat



A
B

cere quum fistula sua ludit: item Ram jussisse hanc arborem colere ob mirum crescendi modum, qui cultus postea in idololatriam degeneravit, isti enim populi semper vulgus admonuerunt tales colere res, quæ miram & vulgo incomprehensibilem naturam & crescendi modum habent. In Herodoto & Curtio etiam legitur Bracmanes hanc coluisse arborem, unde istius superstitionis antiquitas patet. In Guzaratta incolæ ne folium hujus arboris audent decerpere, timentes intra annum sese hanc ob rem morituros.

dat Cau Nams-dienaar daar onder ruste, als hy op zyn fluyt speelde: Als mede dat Ram belast heeft deeze boomen te eeren, wegens zyne wonderlyke manier van groeyen, 't welk naderhand tot Afgodery vervallen is, want die luyden het volk altyd vermaand hebben, zodanige dingen te eeren, die een zeldzame, en voor het gemeene volk onbegrypelyke natuur en wasdom hadden. In Herodotus en Curtius vind men ook, dat de Brachmans doorgaans dezen boom eerden, waar uyt men de oudheid van die superstitie bemerken kan. In Guzaratta durven de Inlanders niet een blad daar van plukken, uyt vreeze datze binnen een jaar daar na zullen sterven.

Tabula Nonagesima Prima

Arborem exhibet Concyliorum, miris gyris & expansis ramis sese extendentem.

De een- en negentigste Plaat

Vertoont de *Pitsjaar-boom*, met zyne takken en wonderlyke bogten zig verspreydende.

Tabula Nonagesima Secunda.

Ramum exhibet *Arboris Concyliorum*, ubi in una rami parte *folia*, in altera *fructus* conspiciuntur.

A. *Folium majori* repræsentat *forma*.
B. *Fructum gemellum*.

De twee- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Pitsjaar*-Boom, alwaar in de eene tak de *bladen*, in de andere de *vruchten* vertoont werden.

A. Wyst aan een *bladt* in grooter *gedaante*.
B. Een *dubbelde vrucht*.

OBSERVATIO.

Supra in textu a *Rumphio* adnotatur, hanc esse Arealu *H. Malab. part* 1. *Tab.* 27. quæ in notis ibi vocatur Ficus Malabarensis folio cuspidato, fructu rotundo, parvo, gemino, ut & a *Plukn* in *Almag. p.* 144 *T.* 178. *Fig.* 1. & *Boerh. Ind. H. L. Bat. part.* 2 *pag.* 158. Vocaturque Ficus foliis cordatis, integerrimis, acuminatis. *H. Cliff. p.* 471. & *Royeni Fl. Leid. prodr. p.* 212.

AANMERKING.

Boven staat in de Text van *Rumphius* aangetekent, dat deeze boom is de Arealu van de *Hortus Malab.* eerste deel *Tab.* 27. welke in de aantekening aldaar genaamt wert de Malabaarsche Vyge-boom met een puntig bladt, en een kleyne ronde, dubbelde vrucht, zo als ze mede van *Pluknet* genaamt wert in zyn *Almag. pag.* 144. *Tab.* 178. *Fig.* 1. en van *Boerhave* in het tweede deel van de Index H. L. Bat. *pag.* 158. Verders wertze in de *Hortus Cliffort. pag* 471. genaamt de Vygeboom met hertformige, heele, en puntige bladeren, gelyk ook van de Heer *van Royen* in zyn *Fl. Leid. prodr. p.* 212.

CAPUT SEPTIMUM.

Caprificus Amboinensis. Goudal. Habuol.

JAm quædam describemus genera, quæ ad *Caprificum* magis accedunt, ac cum Varinga nullam aliam gerunt affinitatem, nisi quoad fructus & lac. Binæ ejus inveniuntur species, quæ mihi dicuntur *Caprificus esculenta*, & *Caprificus Chartaria*.

Primo *Caprificus Amboinensis Esculenta*, multas iterum habet varietates, ex regionum varietate, quas omnes comprehendo sub binis speciebus, *latifolia* nempe & *angustifolia*.

Latifolia Goudal alta est arbor, satis crassum gerens truncum, cortice pallide cinereo & glabro obductum, qui prope radices in magnas & sinuosas alas dividitur, ejus coma gravis est & ample extensa, paucos tamen gerens majores & incurvos ramos, qui in summo in plurimos minores dividuntur: Rami autem majores nodosi sunt, & in brevia divisi genicula, circuli vero geniculorum non undique ramum ambiunt. Nodi hi in junioribus etiam observantur truncis, ubi fructus dependerunt, sic & ramuli quoque nodosi sunt, in minora genicula divisi, ac viridi obducti cortice, atque interne albo & aquoso repleti corde seu medulla instar Sambuci, hisce folia insident arcte sibi juncta, longis insidentia petiolis, hæc autem sunt magna, cordiformia, quorum quædam sunt rotundiora, quædam acutiora, & inferius rotunde auriculata, prope petiolum quinque nervi concurrunt, ad oras autem non sunt serrata, sed integra, palmam longa & lata. Juniora vero folia longiora sunt & majora, pedem nempe & ultra longa, novem & decem pollices lata, ad oras parum serrata, rugosa, flaccida, superne pilis firmis scabra & hirta, ac prope petiolum rubra macula notata, uti & nervi ibi quodammodo rubent. Vetusta autem folia glabra sunt & æqualia, ac sine ordine ramis insident, qui in plurimos breves ac pingues dividuntur ramulos laterales.

Hæc

VII. HOOFDSTUK.

De Amboinsche wilde Vyge-Boom.

NU *zullen wy eenige geslachten beschryven, die de* Caprificus *nader komen, en met de Varingen geen ander gemeenschap hebben, dan aan de vruchten en melk. Men heeft 'er twee geslachten van, die ik noeme* 1. Caprificus Esculenta. 2. Caprificus Chartaria.

Eerstelyk: Caprificus Amboinica Esculenta, *heeft wederom veele veranderingen na de verscheidentheid der landen, die ik allegaar begryp onder twee soorten,* latifolium *en* angustifolium.

Latifolia *of breedbladige* Goudal *werd een hogen boom, met een redelyk dikken stam, een ligt-graauwe en effene schorsse, die hem by de wortel in groote en bochtige vlerken verdeelt; de kruyn is swaar en wyd uytgebreid, dog met weinige en kromme hoofd-takken, die hun aan 't uyterste in veele takjes verdeelen. De hooft-takken zelfs zyn knoestig, en in korte leden verdeelt, doch sluyten de kringen van de leden niet geheel rondom; dezelve knoesten ziet men ook aan de jonge stammen, daar de vruchten gehangen hebben, desgelyks zyn de korte takken knoestig, in korte leden verdeeld, en met een groene schorsse bedekt, binnen met een wit waterachtig hert, als Vlier, daar aan staan de bladeren, digt aan malkanderen op lange stelen, dezelve zyn groot, hartformig, zommige ronder, zommige spitzer, achter met ronde ooren, en by den steel stooten vyf zenuwen t'zamen, aan de kanten ongekerft, een staande hand lang en breed. De jonge bladeren zyn grooter en langwerpiger, te weten een voet en meer lang, negen en tien duymen breed, aan de kanten een weinig gezaagt, rimpelig, slap, aan de bovenste zyde met styve haartjes bezet, en by den steel een rood plekjen hebbende, gelyk ook de zenuwen aldaar wat rood zyn. De oude bladeren zyn glad en effen, en staan zonder ordre rondom de takken, die hun in veele korte en vette zyde-takjes verdeelen.*

Deze

Hæc arbor flores non producit, uti nec omnes Varingæ species, ejusque fructus ex trunco progerminant, atque ex vicinis ipsi crassis ramis, immo sæpe tam humiliter, ut ex radicibus elevatis excrescant, plurimi vero simul dependent ex brevibus racemis instar Uvarum, crassis brevibusque insidentes pedunculis sursum incurvatis. Formam quoque gerunt ac magnitudinem semi perfectorum Ficorum seu Grossulorum, vel instar majorum sclopeti globulorum, quorum quidam minores sunt, ex rotundo plani seu compressi, ac superius profunda notati foveola seu umbilicati. Externe pallide rubent, seu incarnatum gerunt colorem, albis maculis seu punctulis notati sunt, non protuberantibus, sed planis & glabris, intus alba repleti sunt ac dura carne instar Raparum seu Nucum avellanarum recentium, cui ad interiorem partem adhærent plurima granula more Ficorum, sed ficciora sunt, in illorum centro cavitas invenitur rhomboides, si fructus hi incidantur.

Qui penitus maturi sunt, non ita rubent, sed flavi seu sordide albi sunt, nec sapor ipsorum etiam ita valet, semi-maturi enim rubentes esui quam aptissimi sunt, ipsorum vero sapor est fatuus, & aquosus cum levi adstrictione, quasi esset mixtus ex Castaneis & Rapis, indigeno stomacho & ori satis gratus, nostræ vero nationis stomachum gravant, atque obpressionem caussant. Fructus porro, folia, & cortex sauciati, præsertim ille trunci copiosum emittunt lac album, dulce, ad Vaccinum lac sapore & colore proxime accedens, sed magis adstringens, atque mox viscosum est, si aliquamdiu steterit: Baccæ autem raro turgent lacte.

Anni tempus. Fructus potissimum Junio & Julio observantur, quo tempore juniora plerumque demittit folia, ac brevi post nova regerminant: Trunci lignum est album, molle, succosum, ac recens grave, ita ut in aqua fundum petat, sed facile exsiccatur, atque ex plurimis volvulis sibi adunatis videtur esse compositum, ita ut non sit solidum, sed fungosum, & copioso turgeat succo, quo sensim exsiccato hoc lignum leve est. Atque siccum aquæ injectum per aliquod tempus in ipsa supernatat, sed sensim hanc inbibens gravescit, ac fundum petit. Alæ solidius gerunt lignum, venarum vorticibus intricatum, ac finibus suis elegantes formant crateres & cellulas, in quibus aqua pluvialis stagnat.

Valles amat frigidas, per quas rivuli decurrunt, ut & planas & umbrosas silvas, in quibus solum est saxosum, in Lariques regione talia decurrunt flumina inter montium pedes, ita ut ibi sit via quasi inter duos altos muros exstructa, ubi plerumque hæc arbor reperitur, quæ pluviosis mensibus fructibus adeo est onusta, ut totus truncus ruber adpareat.

Secundo *Caprificus angustifolia* similis est arbor, brevibus & geniculatis ramis ornata, qualis & junior truncus est, ejus folia sunt longiora & angustiora, instar oblongi cordis formata, inferius parvis ac subrotundis auriculis donata, in medio autem latissima sunt, sex, septemque pollices longa, quatuor & quatuor cum dimidio lata, juniora vero novem pollices longa sunt, quinque cum dimidio lata, glabra penitus, nec istis rubris maculis prope petiolum notata, ubi tres nervi in his concurrunt, æqualia quoque sunt nec serrata in hac specie, tam vetusta quam juniora; rami, quibus insident, externe virides sunt, & medulla alba repleti, instar Sambuci, atque ubique lac album emittentes, uti in priore specie.

Fructus eodem modo ex trunco progerminant racemosi, sed magis vagi, & rariores, majores & planiores quam in præcedenti, instar caseoli, seu semiplani & compressi Fici, superius magna fovea impressi, pallide virentes, externe glabri, nec albis maculis notati, nec rubentes, sed sensim squallide lutei, nec unquam molles, in siccis tantum mensibus maculas quasdam contrahunt rubentes, intus vero repleti sunt alba & dura carne, granulaque & cavitas sunt uti in priore, nec crudi ita edules sunt: Contra tenera hujus speciei folia ad cibum magis expetuntur quam præcedentis, tam cruda quam cocta, quæ saporem gerunt fatuum & Rapaceum.

Deze boom bloeyd mede niet gelyk alle Varingas, en de vruchten komen voort uyt den stam, en de naaste dikke takken, zo laag, dat men ze zelfs op de uytkykende wortelen vind. Zy hangen aan korte getakte trosjes by malkanderen, gelyk druyven, aan korte dikke steeltjes, opwaarts gekromt. Zy hebben mede de gedaante en grootte van half-volwassene Vygjes, of van een groote Musquetskogel, zommige ook kleender, uyt den ronden plat gedrukt, en voor met een diep kuyltje. Van buyten zyn ze ligt-rood of incarnaat, met witte plekjes of puntjes, niet uytstekende, maar effen en glad, binnen een wit bartachtig vleesch, als Rapen of versche Hazel-noten; aan 't welke na binnen toe kleven veele kleene korltjes, na de manier der Vygen, dog drooger, en recht in de midden hebbenze een holligheid, die meest ruyts-gewys is, als men ze open snyd.

De geheel rypen verliezen veel van hare rodigheid, en werden geel of vuyl-wit, dog aan de smaak geenzints beter, want de half-rype, die nog rood zyn, agt men bequaamst om te eeten, haar smaak is laf, en waterachtig, met een kleene zamentrekking, uit die van de Castangien en Rapen gemengt, voor een Inlandse mond en maag redelyk aangenaam, dog by onze Natie drukkenze de maag wat, en maken deszelfs krop benauwt. Voorts vruchten, bladeren, en schorsse gequetst, inzonderheid de schorsse des stams, geven een overvloedige witte melk uit, zoet, ende Koe-melk aan smaak en coleur zeer gelyk, dog meer zamentrekkende, en word straks kleeverig, als 't wat staat, de bezien hebben maar weinig van deze melk.

Saysoen. *De vruchten ziet men meest in Juny en July, om welken tyd hy ook meest zyne jonge bladeren wegwerpt, en kort daar na weder jonge gewint: 't Hout des stams is wit, week, zappig, en versch zynde zwaar, zo dat het ook in 't water zinkt, maar droogt ligt op, en schynt van vele rollen over malkanderen gewonden te zyn, zo dat het niet digt is, maar voos, en vol vogtigheid stekende, dewelke metter tyd opdrogende, dit hout gantsch ligt maakt. Dit droge hout dan weder in water komende, zal 'er een tyd lang op dryven, maar 't water ingezogen hebbende, wat zwaarder, dan 't groene, en gaat te grond. De vlerken hebben een vaster hout, met eenige drayingen van aderen, en maken met hare bogten verscheide bakken, en celletjes, zo dat het regenwater daar in staan kan.*

Hy wast gaarne in koude valeyen, daar revieren doorlopen, ook in alle vlakke en schaduwachtige Bosschen, daar een stenige grond is, in 't district van Larique lopen diergelyke revieren, tusschen de kloven der bergen, zo dat men daar doorgaat, als tusschen 2. hoge muuren, en daar vind men gemeenelyk deze bomen staan, en in de regen-maanden zo vol vruchten hangen, dat den gehelen stam rood schynt.

2. De smalbladige Vyge-boom is een diergelyken boom, ook met korte en gekniede takken, gelyk den jongen stam eenigzints is, de bladeren zyn smalder, als een langwerpig hart, achter met kleene ronde ooren, dog in de midden zynze breedst, 6. en 7. duimen lang, 4. en 4½. breed, dog de jongen zyn 9. duymen lank, 5½. breed, geheel glad, en zonder voornoemde roode plekjes by den steel, alwaar 3. zenuwen t'zamenstooten, zyn ook effen, en zonder eenige tanden aan den rand, zo wel jonge, als oude, de takken, daar ze aan staan, zyn buiten groen, ook met een wit hert, als Vlier, en over al witte melk uytgevende, gelyk 't voorige.

De vruchten wasschen op dezelfste manier uit den stam, en aan trosjes by malkanderen, dog ydeler, en weiniger in 't getal, grooter en platter dan de vorige, gelyk een kaasken, of half plat gedrukte Vyg, voor met een groot kuiltje, ligt- of appel-groen, van buiten glad, en zonder witte punctjes, niet rood werdende, maar metter tyd vuyl-geel, dog nooit week, alleenlyk in de droge-maanden gewinnenze eenige ligt roode plekjes, van binnen hebbenze een wit bartachtig vleesch, greyntjes en een holligheid, als 't voorige, zo bequaam niet, om rauw te eeten, daar en tegen de jonge bladeren van deze zoort, werden meer tot de kost gebruikt, dan de voorgaande, zo wel rauw, als gekookt zynde, van smaak laf en Raapachtig.

Sub externo trunci cortice ambæ hæ species ac potissimum ultima alium solidum & lentum gerit corticem seu librum ligno incumbentem, qui nulla vi diffringi, sed in longitudinem & latitudinem extendi & deduci potest, uti postea id ulterius indicabitur. Totus vero cortex dulcem gerit saporem instar teneræ Pinangæ; Anni tempus & solum cum antecedenti convenit.

Ambæ propagantur tam per crassos ramos, quam per maxima granula; quæ per avium secessum hinc inde projecta in hortorum areis sæpe progerminant.

Nomen. Latine *Caprificus Amboinica*, prima *latifolia*, altera angustifolia, Belgice *Wilde Vygen van Oost-Indie*, Malaice *Gaudal*, Javanice *Condang*, aliis vero Malaiensibus & Macassaris *Birani* & *Virahi* vocatur. Ternatice *Tsjorro*, Amboinice in Hitoea *Habuol* & *Malabuol*, in Leytimora *Malabuur*: ultima vero species seu angustifolia peculiariter vocatur *Sacca*, quod nomen potiore jure subsequenti tribuo, in Loehoea *Mattabe* & *Mattabu Malamabo*, & *Malamabulo*; Macassarenses quidam hanc quoque vocant *Krótje*, angustifoliam nempe, in Banda *Burang*, in Baleya *Haät* dicitur.

Locus. Hæ arbores per totam aquosam Indiam notæ sunt, plurimæ vero in Orientalibus obcurrunt insulis, & licet in quibusdam locis varietas quædam in hisce observetur, ad has tamen binas species commode reduci possunt. Exempli gratia *Birani* in Macassara crescens est ex angustifoliis, ejus vero fructus sunt magni & rotundi, ac sensim obscure rubentes, qui coqui etiam possunt & edules sunt, ejus folia quoque minora sunt & oblongiora Amboinensi, ad Varingæ folia magis adcedentia.

Usus. Hoc lignum recens gravius est, sed molle, nullique tigno aptum, iis autem conducit, qui continuum alere ignem tenentur, qualis ad Aracæ & calcis exustionem requiritur & desideratur, si enim fere sit siccum, lente ardet instar cespitis, sique semel ignem conceperit, constanter hunc alit & fovet, aliis vero lignis addendum est, si clara desideretur flamma; Rubri fructus tam latifoliæ Amboinensis, quam angustifoliæ Macassarensis apud vulgus magno in usu sunt ad cibum, ac potissimum tempore penuriæ & famis: Crudi eduntur cum Sale, Canariis, & siccis piscibus, meliores autem sunt dissecti, & a granulis depurati, quæ abjiciuntur, restansque alba & duriuscula caro cum aliis herbis in aqua ebullitur.

Baleyenses conscissos & depuratos siccant fructus, quos servant in usum penuriæ tempore, quos simul cum Oryza coquunt, ut copiosius exhibeant nutrimentum; sæpius cum admiratione conspexi, incolas tantopere hosce expetere fructus, ac tam avide illos comedere, quum Europæorum stomachum adeo adgravent, ac tam difficile digerantur quam panis ab Amboinensi.

Tenera autem præfero ac mollia folia, quæ a cunctis hisce indigenis eduntur tam cruda cum Bocassan & piscibus, quam cocta cum viridi Cadjang; Æthiopes Hitoenses trunci lac propinant pueris, qui incipiunt laborare variolis Amboinensibus, ut melius erumpant, rubri quoque hujus arboris fructus seu poma antidotum sunt piscium noxiorum, ac præsertim Utricularii, si incaute comesti fuerint.

In insula Bandensi Poekeron dicta hæc arbor copiose obcurrit, quæ radicibus suis ac alis supra terram mirum in modum concrescit, multasque format foveas & crateres, in quibus semper aqua pluvialis stagnat, quæ optimum hominibus præbet potum, ex quo vivunt. Hujus radices etiam eduntur tanquam antidotum, si venenati quidam fructus vel pisces comesti fuerint. Ex dicto cortice lento, qui ligno incumbit, Alphorenses Boeronem & Ceramam inhabitantes norunt ope subactionis & extensionis tenuem formare texturam, ex qua *Tsjedakkos* seu campestria fabricant, quæ circa medium circumvolvunt corpus, ac porro nudi sunt. Quum *Tsjedakkos* hæc Amboinice vocentur *Sakka*, hinc quidam hanc arborem *Sakka* vocant, ac cum subsequenti confundunt.

Ejus cortex comestus, vel aquæ incoctus, ac propinatus vim habet refrigerandi in febribus & Dysenteria sistenda, quem in finem Amboinenses quidam

Onder de buitenste schorsse des stams hebben beide deze zoorten, dog voornamentlyk deze laatste, een andere vaste en taye bast, naast 't hout leggende, die met geen gewelt in stukken getrokken, maar wel in de lengte, en breedte van malkander uitgerekt kan werden, gelyk wy hier na zullen zeggen. Den gebelen bast is zoet van smaak, als een jonge Pinang. Sayssoen en grond zyn een en 't zelfde met 't voorgaande.

Beyde worden ze voortgeplant, zo door dikke takken, als door de grootste van de greyntjes, die door den afgang der vogelen hier en daar gesmeten werden, en ook dikwils op de bedden van de Thuynen opkomen.

Naam. *In 't Latyn* Caprificus Amboinica, *d'eerste* latifolia, *en de tweede* angustifolia, *in 't Duits* Wilde Vygen van Oost-Indiën, *op Maleyts* Goudal, *op Javaans* Condang, *by andere Maleyers en Macassaren* Birani *en* Virahi, *op Ternataans* Tsjorro, *Amboinsch op Hitoe* Hahuol *en* Malahuol, *op Leytimor* Malahuur, *dog de laatste zoorte of* angustifolia *noemenze in 't byzonder* Sacca, *welken naam ik met beter reden de naastvolgende geef. Op Loboe* Mattahe *en* Mattahu Malamaho, *en* Malamahulo; *zommige Macassaren noemen hem ook* Krótje, *te weten de* angustifolia. *Op Bandanees* Burang. *Baleys* Haät.

Plaats. *Deeze boomen zyn bekent door geheel water-Indiën, dog wel de meeste in deze Oostersche Eylanden, en alhoewel men hier en daar eenig verschil onder dezelve ziet, zo konnenze egter gevoeglyk onder deze twee zoorten gebragt worden. By voorbeeldt, de* Birani *op Macasser is een* angustifolia; *maar haare vruchten zyn groot en rood, ja metter tyd donker of bruyn-rood, bequaam om te koken, haare bladeren zyn ook wat kleender en langwerpiger dan de Amboinsche, en de Waringen gelyker.*

Gebruik. *Dit hout versch zynde is wel swaarder, dog week, en tot geen timmerhout bequaam, maar wel voor die gene, die een gestadig vuur moeten houden, gelyk by 't Arak en kalk branden, want wind-droog zynde brand het langsaam, gelyk turf, en eens ontvonkt zynde gaat 't niet ligt uyt, dog men moet 't altyd onder ander hout mengen, als men een ligte brand hebben wil: De roode vruchten, zo van de* latifolia *hier in Ambon, als van de* angustifolia *op Macasser, zyn by 't slegte Volkje zeer in gebruik tot de kost, dog meest een steunzel en zober behulp in hongersnood. Zy werden rauw gegeeten met zout, Canaris, en droge visschen, maar beter zynze, als menze opsnyd, de binnenste korl wegsmyt, en het resterende witte, en hardachtige vleesch met ander* Sayor *en water wat opkookt.*

De Baleyers drogen de opgesnedene en gezuyverde vrugten, en bewarenze tegen de duren rys-tyd, om als dan te zamen onder rys te koken, op dat dezelve te meer strekke. Ik hebbe dikwils met verwonderinge aangezien, dat de Inlanders zo veel werk van deze vruchten maken, en dezelve zo graag eeten, daarze nochtans een Europeaanze maag zo merkelyk beswaren en drukken, of immers zo qualyk bekomen als een Amboinees het brood eeten.

Meer houde ik van de jonge malsse bladeren, welke by alle deze Eylanders gegeten worden, zo rauw met Bocassen en visschen, als gekookt, onder groene Cadjang. De Mooren op Hietoe, geven de melk uyt den stam de kinderen die de Amboinsche pokken beginnen te krygen, om dezelve uyt te dryven, zo werden ook de roode appeltjes voor een tegengift gehouden, tegen de schadelykheid van den visch Opblazer genaamt, als men daar van gegeten heeft.

Op 't Bandaaze Eyland Poekeron vind men deze bomen zeer veel, dewelke met hare wortelen of vlerken boven de aarde wonderlyk tot malkander wassen, en veele kuylen en bakken maaken, waar in altyd regenwater staat, dat goed versch drinkwater geeft, daar van men kan leven; men vind zulke kuylen dewelke altemet een pot water inhouden. De wortelen werden ook gegeeten als een tegengift, als men eenige venynige visschen of vruchten gegeeten heeft. Uyt de voornoemde taaye bast, die tegen 't hout aanleyt, weten de Alphoerezen van Boero en Ceram, alleenlyk door kneden en rekken, een dun geweef te maken, waar uyt zy haare Tsjedakkos *maken, en die zy om 't middellyf gewonden dragen, en voorts naakt lopen. Dewyl men nu deze* Tsjedakkos *in 't Amboinsch* Sakka *noemt, zo komt het, dat zommige dezen boom* Sakka *noemen, en met de volgenden vermengen.*

De schorsse gegeeten, of in water gekookt en gedronken, heeft een verkoelende kragt in koortzen, en stopt de roode-loop, tot welken einde hem dan zommige Amboinezen

hanc prope ædes suas plantant, cæterum hic cortex cum Siri & calce masticari potest defectu junioris Pinangæ, cujus saporem optime æmulatur.

In Banda piscatores ejus lignum siccum multum adhibent ad ignem fovendum in navigiis suis, pali etiam ex hoc ligno fabricati in aqua marina & litore quam durabilissimi sunt. Fructus semi-maturi tam crudi quam cocti cibo inserviunt, penitus enim maturi rubedinem perdunt, squalide lutescunt, & insipidi sunt.

Tertia hujus generis species est omnino silvestris, nec ullius usus, unde & hanc tantum conmemoro, ejus folia illis angustifoliæ sunt similia, sed paulo latiora, obscure virentia, externe rugosa, saporis amaricantis, unde sunt edulia, in Hitoea vocatur *Tollat*. Apud Hitoenses alia insuper *Habuol* obcurrit species, forte eadem cum Macassarensium *Birani*. Ejus folia paulo sunt acutiora, firmiora, & glabriora illis *Habuol*, fere instar illorum *Ovifera*, inferius binas gerentia auriculas rotundas, quæ tam arcte sibi incumbunt, acsi folii petiolus cum ipsis concretus esset. Altissimæ sunt arbores, ipsarumque fructus illos *Habuol* referunt, sed sunt majores, ex fusco nigricantes, quique semi-maturi edules sunt, maturi enim & nigri arenosi sunt & insipidi. Lignum est instar illius *Habuol*, sed solidius, cortex crassus est, lentus, & lactescens, qui cum Pinanga masticatur contra Diarrhæam. Ex frustis nodosi ligni & alarum mulierculæ patinas formant parvas, quibus fila conglomerant.

Habuol radices aquæ incoctæ & propinatæ acrimoniam & ardorem Gonorrhææ temperant, radix autem *Accar Cussu* cum Siri Pinanga simul masticanda est ac succus deglutiendus.

Peralu *Hort. Malab. part.* 1. *Fig.* 28. descripta hujus videtur esse species, ipsarum varietas potissimum hac in re sita est, quod *Goudal* nostra fructus gerat racemosos ex ipso trunco & radicibus, nec longa ista fila ex ramis emittat, uti *Peralu*. Sic etiam mihi non obstat silvestres hasce Ficus *Sycomorum Indicam* vocari, uti commentator in istud caput adnotat.

nezen by haare huyzen planten, anders kan men dezelfde schorsse met Siri en kalk eeten, by gebrek van jonge Pienang, wiens smaak hy zeer wel nabootst.

In Banda gebruiken de Visschers dit drooge hout veel, om vuur daar mede in haare Praauwen te houden. De palen van dit hout gemaakt, zyn in zee-water en op strand zeer durabel: Tot 't eeten, 't zy raauw of gekookt, moet men altyd de half rype vruchten kiezen, want de geheel rype verliezen haare roodigheid, worden vuyl-geel en onsmakelyk.

Daar is nog een derde zoort van dit geslagt, doch gansch wilt, en van geen gebruyk, dierhalven ikze maar tot memorie hier stel. De bladeren zyn die van angustifolia *gelyk, wel zo breed, donker-groen, van buyten ruyg, van smaak wat bitter, en dierhalven niet eetbaar; op Hitoe noemen ze het* Tollat. *By de Hitoeëzen is nog een zoorte van* Hahoul, *en misschien 't zelve met der Macassaren* Birani. *De bladeren zyn wat spitzer, styver, en gladder dan die van* Hahuol, *bykans als die van* Ovifera, *agter met twee ronde ooren, zo digt op malkander gesloten dat het schynt of den steel onder dan 't blad vast wast. Het werden zeer hooge boomen, de vruchten zyn als die van* Hahuol, *wat grooter, uyt den bruynen na den swarten toe trekkende, die men half ryp raauw eeten moet, want ryp en swart geworden zynde, wordenze zandig en onsmakelyk. Het hout is als dat van* Hahuol, *doch wat vaster, den bast dik, taay, en melkig, dewelke gebruykt word met Pienang gegeten tegens de buyk-loop. Uyt de stukken en 't warrige hout van de vlerken, maken de Vrouwen kleyne hordjes, waar op zy garen winden.*

De wortelen van Hahuol *in water gekookt en gedronken, verzagten de scherpigheid en brand in de Gonorrhea, doch men moet de wortel* Accar Cussu *met Siri Pinang daar by knouwen, en 't zap daar van inzwelgen.*

Peralu *in* Hort. Malab. part. 1. Fig. 28. *beschreven, schynt een slag hier van te zyn, bestaande 't verschil meest hier in, dat onzen* Goudal *zyne vruchten troswys by malkander draagt, zelfs aan den stam en wortelen, ook geene lange draden uyt zyne takken geeft, gelyk van* Peralu *gezegt werd. Zo heb ik 'er ook niet tegen, dat men deze wilde Vygen voor een* Sycomorus Indica *houde, gelyk den Commentator op 't zelfde Kapittel ook toestemt.*

Tabula Nonagesima Tertia

Ramum exhibet *Caprifici Amboinensis*, quæ est Ficus foliis ovatis integerrimis obtusis, caule inferne radicato *Linn. H. Cliffort. p.* 471. ubi & huic jungitur Ficus Bengalensis, folio subrotundo, fructu orbiculato. *Comm. H. Amst. part.* 1. *p.* 119. *T.* 62. & Ficus Americana, latiore folio venoso ex Caracao. *Plukn. Almag. p.* 144. *T.* 178. *Fig.* 1.

De drie- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Amboinsche wilde Vyge-boom*, welke is de Vygeboom met heel breede, en stompe bladen, wiens stam zig van onderen in veele wortelen uytspreydt by *Linn.* in de *Hort. Cliffort. p.* 471. alwaar deze ook toegevoegt wert den Bengaalsche Vyge-boom, met een rondachtig bladt, en een ronde vrucht van *Commel.* in de *Hort. Amst. eerste deel. p.* 119. *Tab.* 62. en de Americaanse Vygeboom met een breedt dik bladt uyt Curassauw van *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 144. *T.* 178. *Fig.* 1.

CAPUT OCTAVUM.

Caprificus Chartaria. Sakka.

IN præcedenti capite indicatum est, latifoliam speciem Amboinensibus itidem vocari *Sakka*, hoc vero nomen huic proprie arbori competit, quam hic describemus, & quæ cum utrisque prioribus speciebus magnam gerit adfinitatem, præsertim cum angustifolia; est enim adulta arbor, corticem gerens glabrum & albicantem, raras parvasque alas prope radices & ad ramos, qui glabro ac viridi obducti sunt cortice, ex quo album ac dulce exstillat lac, si vulneretur, rarius autem ex trunco, quodque alba lintea fuscis inficit maculis.

Ejus folia minora sunt illis *Malabuols* primæ speciei, ex oblongo cordiformia, plerumque septem, decem, & undecim pollices longa, quinque, sex, & septem lata, ac sensim in apicem angustata, magisque flavescentia prioribus, prope petiolum tres majores nervi concurrunt, longisque insident petiolis inordinata circa ramos. In junioribus arboribus oblongiora sunt, undecim nempe ac duodecim pollices longa, septem lata, & integra, quædam vero ex vetustioribus breviora sunt & rotundiora, semper vero pollicem longiora sunt quam lata.

Fructus plani sunt Fici, superius profunda fovea notati seu umbilicati, illis præcedentis latifoliæ omnino similes, externe pallide virentes, paucisque albis maculis variegati, maturi vero flavescunt. Hi fructus non in trunco observantur, uti in prioribus binis *Habuol* speciebus, sed in ramis inter & post folia. Hæc quoque arbor peculiarem internum gerit corticem ipsi proximiorem ligno, qui tenuior & lentior est priore, ac proinde aptior est ad texturam quandam ex illo formandum, uti id postea indicabitur, ejus lignum est album, molle, multisque ex verticibus & intricatis venis constat.

Nomen. Latine *Caprificus* seu *Sycomorus chartaria*, sunt enim hæ species Ficuum silvestrium Indicarum, quibus bina hæc competunt nomina: Malaice & Amboinice *Sakka* vocatur.

Locus. In Cerama hæ arbores obcurrunt in campis planis & tenuibus silvis, raro in Amboina, ibique in Hitoes ora.

Usus. Hisce in insulis fructus non eduntur, sed a Bandensibus illi Saccæ, ni modo sit angustifolia species, contra arboris cortex ab Alphorensibus magno in pretio habetur, liber ejus enim seu cortex internus, qui tranversaliter nullo modo frangi potest, sed quodammodo per longitudinem findendus est, succosus ac dulcis, instar junioris Pinangæ, hunc per aliquod tempus in aqua macerant, extenduntque quam tenuissime instar lintei rudis, nullam instituentes texturam, est autem tali modo præparatus hic liber durabilissimus, atque ex hoc silvestres populi *Tsjedakkos* seu campestria formant, Amboinensibus *Sakka* vocata, quibus partes pudendas obvelant, ac porro nudo incedunt corpore; hunc in finem corticem eligunt rectorum ramorum vel juniorum arborum, quæ rectos gerunt truncos, hi enim succosiores sunt, meliores, aptioresque huic operi, recens arboris lignum adeo grave, ac succo repletum est, ut in aqua fundum petat, facillime autem siccatur.

Sacca Javana arbor est ab Amboinensi haud multum diversa, paulo minora gerens folia, ex ejus cortice rudiores formant chartas, sordide albicantes, & rugosas instar chartæ emporeticæ, Malaice & Javanice *Daluwan* dictas; sic quoque in tota Celebes parte Orientali præsertim circa *Tambucco*, ut & ad occidentalem ejus plagam in sinu Cajeli binæ obcurrunt arbores, ex quibus vestes chartaceæ fabricantur, nihil vel parum a Javanorum *Daluwan* diversæ.

Prima frutescit, seu arbuscula est, uti puto ex genere silvestris Gossypii, quæ postea *libr.* 6. describetur, & Tamboccanis *Wôo* dicitur, altera est arbor alta, viri crassitiem gerens, *Topikki* vocata, quæ quodammodo convenire videtur cum *Sacca* nostra; ex relatu autem incolarum comperi, diversam esse arborem. Magna gerit cordiformia folia non laciniata, sed ad oras serrata, rugosa, & pilosa, quæ cutis pru-

VIII. HOOFDSTUK.

Papier gevende Vyge-Boom.

IN *'t voorgaande Kapittel is gezegt, dat de breedbladige by de Amboinezen ook* Sakka *genaamt werd, maar die naam komt eygentlyker deeze boom toe, die wy hier beschryven zullen, en met beyde zoorten van de voorgaande* Hahuol *groote gemeenschap heeft, inzonderheid met de smalbladige. Het werd mede een volslagen boom met een effene witachtige schorsse, weynige en kleene vlerken, by de wortel en de takken met een effene groene schorsse bekleed, waar uyt witte en zoete melk loopt, als men ze quetst, doch weinig uyt den stam, die op 't witte linnen bruyne vlakken maakt.*

De bladeren zyn wat kleender dan van Malahuols *eerste zoorte, als een langwerpig hart, in 't gemeen* 7. 10. *en* 11. *duymen lang,* 5. 6. *en* 7. *breed, allengskens in een spits toelopende, geel-groender dan de voorige, met* 3. *hoofd-zenuwen by de steel t'zamen lopende, en staan op lange steelen, zonder ordre rondom de takken. Aan de jonge boomen zyn ze wat langwerpiger, te weten* 11. *en* 12. *duymen lang, een dito breed, beyde met geheele kanten, zommige van de ouden werden korter en ronder, dog altyd ruym een duym langer zynde dan breed.*

De vruchten zyn platte Vygen, met een merkelyken kuyl voor aan, die van de voorgaande breedbladige geheel gelyk, van buyten ligt-groen, met weinige witte puntjes, ende ryp wordenze geelachtig. Deze vruchten vind men niet aan den stam, gelyk aan beyde de voorgaande zoorten van Hahuol, *maar aan de takken, tusschen en agter de bladeren. Zo heeft ook dezen boom nog een byzondere binnen-bast, naast 't hout leggende, fynder en tayer dan de voorgaande, en dierhalven bequamer om eenig geweef daar van te maken, gelyk gezegt zal werden, 't hout is wit, week, vol drayingen en verwerde aderen.*

Naam. *In 't Latyn* Caprificus *of* Sycomorus Chartaria, *want 't zyn zoorten van wilde Indiaansche Vygen, die men onder die beyde namen kan brengen. Op Maleyts en Amboinsch* Sakka.

Plaats. *Men vind deze boomen op Ceram, op vlakke velden en ligte bosschen, weinig in Amboina, en aldaar op de Kust van Hitoe.*

Gebruik. *In deze Eylanden werden de vruchten niet gegeeten, maar van de Bandaaze Sakka wel, zo dezelve misschien niet de smalbladige is; daar en tegen de schorsse is by alle Alphoerezen in groot gebruyk, namentlyk de binnen-bast, dewelke over-dwers gantsch niet te breken is, maar wel eenigzints in de lengte te scheuren, zappig en zoet van smaak als jonge Pinang. Dezelve weken zy een poos in water, rekkenze en makenze zo dun als grof linnendoek, zonder iets daar aan te weven: Dit is zeer durabel, en daar uyt maken de voornoemde Wilde bare* Tsjedakkos *of breede banden, by de Amboinezen* Sakka *genaamt, waar mede zy de schamele leden omwinden, en voorts naakt lopen; tot dezen eynde nemen zy de bast van de regte takken of jonge bomen, die een regte stam hebben, want dezelve zyn zappiger, beter en bequamer tot dit werk, 't versche hout is zo swaar en vol vochtigheid, dat het in 't water zinkt, maar het droogt zeer ligt op.*

Sakka Javana *is een boom van de Amboinsche niet veel verschillende, wat kleender bladeren hebbende, uyt wiens bast zy een slag van grof papier maken, vuyl-wit en ruyg, gelyk ons pak-papier, in 't Maleyts en Javaans* Daluwan *genaamt; zo heeft men ook op Celebes geheele Oost-kust, inzonderheid omtrent* Tambucco, *en aan de West-zyde in de bogt van Cajeli, tweederley bomen, waar van men papiere kleedjes maakt, niets of weinig van 't Javaanze* Daluwan *verschillende.*

De eerste is een heester of kleen boomje, na myn gissing uyt 't geslagt van wild Cattoen, 't welk wy hier na in 't zesde Boek beschryven, in 't Tamboccaans Wôo *genaamt; de andere is een hooge boom, in de dikte van een man, genaamt* Topikki, *dewelke schynt eenige gelykenisse met onze* Sakka *te hebben; doch uyt 't verbaal der Inlanders bemerk ik, dat het een byzondere boom zy. Hy heeft groote hertvormige bladeren, zonder kepen, maar aan de*

ritum excitant. Ejus fructus forte erunt juli longi instar illorum *Caudæ felis*, non rubri, sed albi vel virescentes, nullum notabile gerentes semen. Sauciatus truncus lac quoque fundit, estque circa cor concavus, lignum ejus leve est & inutile, immo ipsi foco non utile est, quum ignem non alat.

Ob magnum ejus usum, & ut continuo multæ ejus arbores ad manus essent, vetusti trunci prope radices excidebantur, quum hi multos emittant surculos, qui transplantantur. Horum medius cortex seu liber eodem maceratur modo, contunditur, subigitur, inque mensa extenditur, & ad solem exsiccatur, uti supra memoratum est. Ejus frusta dein in quadratam scinduntur formam, quorum partes adglutinantur, ac lapide poliuntur, unde tam compactam adquirunt massam, acsi unica esset vestis, ex qua amplos formant saccos, qui duobus sufficerent hominibus: Hi sonitum edunt chartaceum, nihilominus sunt lenti, nec rimas facile agunt, si modo ab humido præserventur. In hisce dormiunt tam viri quam feminæ, quum leves sint, & refrigerio inserviant, sique aliquamdiu tractati fuerint, istum sonitum non edunt ac mollescunt, rudiores sunt præcedentibus, sed non ita crassi, quam vulgaris nostra charta emporetica, coloris sordide albentis, seu flavescentis, omnino instar Javanorum *Dalawan*, unde & optime valent ad quævis hisce involvenda & inpingenda. Tam subtiles vidi saccos, ut nullas suturas exhiberent iis in locis, in quibus adglutinati essent, quum vero sordidi sint, in aqua marina leniter eluendi sunt, non autem circumvolvendi, sed iterum explicandi, & ad solem exsiccandi, dissolutæque suturæ iterum sibi inponendæ, ac levi lapillo seu porcellano corniculo poliendæ.

Hæc secunda vestimentorum species in Tambocco vocatur *Inike*, Malaice *Boedja*, utraque vero Javanis *Daluwan* dicuntur.

kanten gezaagt, ruyg en hayrig, dewelke op de huyd een jeuken maken. Zyne vruchten zullen zyn lange staarten, gelyk die van Cauda felis, *niet rood, maar wit of groenachtig, zonder kennelyk zaad. De gequetste stam geeft meede melk, omtrent 't hert hol, 't hout is ligt en ondeugent, zelfs tot het branden onbequaam, om dat het geen vuur houd.*

Wegens zyn groot gebruyk, en om dat men gestadig veele boomen by der hand zoude hebben, zo plag men de oude stammen by de wortel om te houwen, wanneer dezelve veele scheuten uytgeeft, die men dan afsteekt en verplant. De middelste bast hier van werd op diergelyke manier geweekt, gekneed, op een tafel uytgebreyd, en in de Son gedroogt, als voren. De stukken werden daar na vierkant gesneden, met de aarden op malkander geplakt, en met een steen gelikt, zo werd het zo vast als of het een kleed was, daar uyt ze dan groote wyde zakken maken, waar in twee perzonen gemakkelyk konnen gaan. Deeze kleedjes rammelen als papier, niet te min zyn ze tay, en scheuren niet ligt, als men ze maar voor vogtigheid bewaart. Hier in slapen zo wel mannen als vrouwen, om dat ze ligt en koel zyn, ook door 't handelen dat rammelen verliezen, en gedweeg werden; zy zyn wat groover dan de vorige, dog qualyk zo dik als ons gemeen pak-papier, vuyl-wit of geelachtig van coleur, t' eenemaal als 't Javaanze Daluwan, *daarom ze ook zeer bequaam zyn om alderhande goed daar in te winden, en te pakken. Men vind zodanige zakken, die zo subtiel op malkander gepapt zyn, dat men de voegen qualyk bekennen kan; wanneerze vuyl geworden zyn, moet men ze in zeewater zagjes kneeden, zonder wringen weder uytbreyden, en in de Son drogen, de losgegane voegen weder op malkanderen leggen, met een ligt-steen of Porcellaan hoorntje weder overstryken.*

Deze tweede zoorte van kleedjes, noemt men op Tambocco Inike, *op Maleyts* Boedja, *en alle beyde op Javaans* Daluwan.

CAPUT NONUM.

Caprificus aspera. Gobi.

HÆc species Ficuum Indicarum silvestrium peculiare constituit genus, ab antecedentibus quam maxime diversum, atque in binas dividitur species, in latifoliam nempe & angustifoliam.

Primo *Gobi* latifolia mediocris est arbor, obscure viridi seu nigricante cortice obducta: Ejus folia inæqualis sunt magnitudinis, quædam enim novem & decem pollices longa sunt, sex digitos lata, quædam quinque & sex pollices longa, quatuor digitos lata, sed cuncta prope summum latissima, & citissime angustata in acutum definunt apicem, inferius binis rotundis auriculis donata, ad oras non quidem dentata, sed hinc inde angulosa & sinuosa sunt acsi dentata essent, in junioribus vero arboribus maxime dentata sunt: Sunt autem obscure viridia, sicca, & firma, ad tactum rugosa, ac fere spinosa, præsertim ab inferiore ipsorum parte. Paucis pertexta sunt costis transversalibus, quæ late distant, interstitia vero sunt inæqualia, multisque venulis repleta instar *Varingæ*, brevibus ac crassis insident petiolis, plerumque obposita, sed non certum observant ordinem.

Fructus non tantum ex cunctis excrescunt ramis, sed ex ipso etiam trunco usque ad radices, & ubi denudatæ sunt, qui vero ex surculis progerminant, solitarii dependent, grossulos referentes ex foliorum alis, suntque rotundi instar globuli sclopeti, ac superius umbilicati, pallide virentes, albis ac cæruleis maculis notati, ad tactum rugosi.

Caro exterior alba est & granulosa, & dentibus incisa viscosa, sed lacte caret, intusque granula continet uti Fici, qui vero ex trunco propullulant, racemosi sunt plures simul dependentes. Ex minoribus ramis & foliis nullum exsudat lac, sed tantum succus penitus viscosus & lacteus ex trunco exfluit, uti & ex fructibus ab illo pendulis.

Sponte crescit in vallibus, quidam vero ipsam plantant prope ædes per arbusculas.

Hæc

IX. HOOFDSTUK.

De ruyge wilde Vyge-Boom.

D*Eze zoorte van wilde Indiaansche Vygen, maakt een byzonder geslagt op zig zelfs, van de voorgaande merkelyk verschillende, en verdeeld in twee zoorten, grootbladige en kleenbladige.*

Eerstelyk: Grootbladige Gobi, *is een middelmatige regte boom, met een donker-groene of swarte schorsse. De bladeren zyn van ongelyke grootte, want zommige zyn* 9. *en* 10. *duymen lang,* 6. *vingers breed, zommige* 5. *en* 6. *duymen lang,* 4. *vingers breed, alle na voren toe op 't breetst, schielyk in een langachtige spitze toelopende, agter met twee ronde billen, aan de kanten wel niet gekerft, evenwel hebbenze hier en daar bogtjes en hoekjes als tanden, maar aan de jonge boomen zyn ze merkelyk getand. Zy zyn donker-groen, droog, en styf, ruyg in 't aantasten, en bykans stekelig, byzonderlyk aan de onderste zyde. Zy hebben weinige dwars-ribbetjes, en die wyd van malkander, de spatien tusschen dezelve zyn ongelyk, en met veele adertjes doorregen, als* Varinga; *zy staan op dikke en korte steelen, meest tegen malkanderen, dog houden geen vaste order.*

De vruchten wassen niet alleen aan alle de takken, maar ook aan den stam, tot aan de wortel, en waar dezelve bloot leyd; die aan de ryskens wassen, hangen enkeld, gelykende jonge Vygen, uyt den oorspronk der bladeren, rond als een Musquet-kogel, en voor met een kleen kuyltje, bleek-groen, met witte en blaauwe stippeltjes, ruyg in 't aantasten.

Het buytenste vleesch is wit en korlig, kleverig in 't byten, doch zonder melk, binnen met korls gelyk andere Vygen, die aan de stam wassen, hangen met trosjes by malkander. Uyt de kleene takjes en bladeren vloeyd geen melk, maar slegts een weinig kleverig en melkachtig zap uyt den stam, als mede uyt de vruchten daar aan wassende.

Hy wast van zelfs in de Valeyen, zommige planten hem ook by haare huyzen, met de jonge boompjes.

Deze

Hæc ſpecies iterum ſubdividitur in albam & rubram, foliorum & fructuum forma haud multum diverſa, harum una albas & pallide virentes gerit foliorum venas & coſtas, altera vero coſtas & venas habet rubentes ſeu fuſcas, quales & fructus ſunt. Hæc latifolia ſpecies, ac præſertim juniores hujus arbores aliquando folia producunt quatuordecim pollices longa, octo lata, ſuperius latiſſima, ad oras parum ſinuoſa vel fere integra & æqualia, ab utraque parte rugoſa & fere ſpinuloſa, in vetuſtioribus vero arboribus ſuperne glabra ſunt.

Secundo, *Gobi* anguſtifolia, quæ mas habetur, folia gerit quinque, ſex, & octo pollices longa, tres digitos lata, in longum apicem deſinentia, integra, nec ſerrata niſi in junioribus arboribus, quæ raros gerunt & amplos dentes, ſique retrorſum fricentur, ſpinulæ obſervantur, quorundam vero oræ ſunt ſinuoſæ, ſuperius glabra ſunt, inferius rugoſa, ac prope petiolum tres nervi concurrunt, quorum bini laterales prope oras decurrunt, tenuibus porro pertexta ſunt venulis uti Varingæ; ex ſingula folii ala fructus dependet *Siri Boppar* fructum referens, ſed minor eſt, ac rotundus, & magnitudinem globuli ſclopeti obtinet, externe viridis, albisque maculis punctatus, rugoſus, ac fere ſpinoſus, ſi retrorſum fricetur, intus granulis repletus, inſtar *Siri Boppar.* Ex abrupto fructu copioſum exſtillat album lac, ex foliis vero rarum.

Hæc ſpecies etiam ſubdividitur in rubram & albam, harumque varietas tantum in colore venarum adparet.

Tertia inſuper *Gobi* ſpecies obcurrit, quæ glabra vocatur, a præcedentibus maxime diverſa; ejus enim folia ſunt oblonga, ſenſim acuminata, in medio latiſſima, inferius auriculata, ubi & tres nervi concurrunt, hujusque folia, petioli, & fructus omnino glabri ſunt, ac porro anguſtifoliæ *Habuol cap.* 7. deſcriptæ adeo ſimilis, ut potius ad illam referrem, quam ad *Gobi*, ſed vulgarem hac in re ſequi cogor morem.

Anni tempus. Cunctæ *Gobi* ſpecies fructus Junio producunt & ſubſequentibus menſibus pluvioſis.

Nomen. Latine *Caprificus Amboinica aſpera.* Malaice & Ternatice *Gobi.* Amboinice in Hitoea *Sajor Waſſa* & ſimpliciter *Waſſa.* In Leytimora *Utta Saſuum*, h. e. Sajor coctus. Baleyice *Haät Adam.* Macaſſarenſes quidam hanc vocant *Krotje*, quæ ambo nomina communia ſunt cum antecedente *Caprifico anguſtifolia*, & ſubſequenti *Muſſu.*

Locus. Creſcit potiſſimum in inſulis Moluccis, in aliis etiam aquoſæ Indiæ obcurrit locis, in Java, Baleya, &c. rugoſa vero ejus ſpecies ibi non ita nota eſt quam in hisce Orientalibus regionibus.

Uſus. Utræque ſpecies ad cibum adhibentur, tenera nempe ipſarum folia mollia adhucdum, ſive cruda cum Bocaſſan, ſive cocta cum alio Sajor, fructus autem crudi non ſunt edules, unde in aqua fortiter coquuntur, donec molleſcant, ſed rugoſus ipſorum cortex abraditur vel abſcinditur, tumque cibus eſt plebejus, defectu nempe alius cibi, ſatis bonum itaque ſubſidium eſt in ſolitariis inſulis vel ſilvis, novique incolas, qui per tempeſtates in tales prolapſi locos, diu vitam ſuſtentarunt foliis fructibusque hujus arboris, ac præſertim Ternatenſes hos maxime ad cibum adhibent. Aquam, in qua fructus ac folia incocta ſunt, Indicæ epotant mulierculæ, ſi tempus puerperii adſit, compertum enim eſt, fœtum quam maxime depurare a naturali muco, præſertim ſi matres tales nimium fructus vel pituitoſos cibos comederint, ſemi-maturi autem fructus coquendi ſunt, qui enim penitus ſunt maturi, arenuloſi quaſi ſunt. Ex corticis libro fila quædam tenuia fabricari poſſunt, uti ſunt retium, ſimiliaque. Idem cortex cum radice *Socci Batu* aquæ incoctus, & propinatus Dyſenteriam curat, per ſtipites propagari poſſunt hæ arbores, unde & ſæpe ad hortorum ſepes adhibentur.

Caju Djurang in Java creſcens eſt *Gobi* latifolia, cujus folium decem pollices longum eſt, octo digitos latum, non ſerratum, ſed obtuſis dentibus notatum, ab utraque parte rugoſum, ſed maxime ab inferiore ipſorum parte, ubi venæ fuſcæ ſunt. Truncus vix ultra crus craſſeſcit, parvosque gerit fructus, nec ita rugoſos quam vulgaris *Gobi.* Ejus

Deze zoorte werd wederom onderdeeld in witte en roode zoorte, aan gedaante van bladeren en vruchten niet veel van malkander verſchillende, waar van 't eene heeft witte en ligt-groene aderen en ribben aan de bladeren, en de vruchten ligt-groen, aan 't andere zyn de aderen of ribben wat roodachtig of bruyn, als mede de vruchten. Deze breedbladige, byzonderlyk aan de jonge boomen, heeft zomtyds bladeren 14. *duymen lang,* 8 *dito breed, voor breetſt, aan de kanten met weinige donkere boeken, of bykans effen, aan wederzyden ruyg, als ſtekelen, dog aan de oude boomen werdenze glad aan de boven-zyde.*

Ten tweeden: Het kleenbladige Gohi, *'t welk men voor 't manneken houd, heeft bladeren* 5. 6. *en* 8. *duymen lang, en* 3. *vingers breed, met een lange ſpits, aan de kanten niet gezaagt, behalven die van de jonge bomen, die wyde tanden hebben, dog in 't agterwaarts ſtryken voelt men korte doorntjes; aan zommige zyn de kanten ook bochtig, boven glad, van onderen ruyg, en by den ſteel ſtoten* 3. *zenuwen t'zamen, waar van de* 2. *ter zyden digt langs de kanten lopen, voorts met fyne adertjes uytgevult, gelyk de Varinga. Uyt ieder ſchoot hangt een vrucht, gelyk de* Siri Boppar, *dog kleender, en zo rond en groot als een roer-kogel, buyten groen, en met wit gepuncteert, ruyg en bykans ſteekelig als men ze agterwaarts ſtrykt, van binnen met korls uytgevult, als* Siri Boppar. *Uyt de afgebrokene loopt veel witte melk, uyt de bladeren weinig.*

Deze zoorte is mede onderdeelt in roode en witte, zynde 't onderſcheyt alleen te merken in de coleur der aderen.

Nog heeft men een derde zoorte van Gohi, *'t welk men het gladde noemt, van de voorgaande merkelyk verſchillende, want de bladeren zyn langwerpig, allengskens toegeſpitſt, in de midden breedſt, en agter toegebild, alwaar ook* 3. *zenuwen te zamen ſtooten, gantſch glad aan bladeren, ſteelen, en vruchten, voorts 't ſmalbladige* Hahuol cap. 7. *beſchreven, zo gelyk, dat ik 't liever daar onder wilde brengen dan onder de* Gohi, *dog ik moet hier de meeste ſtem volgen.*

Sayzoen. *Alle* Gohis *dragen haare vruchten in Juny, en de volgende regen-maanden.*

Naam. *In 't Latyn* Caprificus Amboinica aſpera. *Op Maleyts en Ternataans* Gohi. *Amboinſch op Hitoe* Sajor Waſſa, *en ſlegts* Waſſa. *Op Leytimor* Utta Saſuum, *dat is Kook-Sajor. Baleys* Haät Adam. *Zommige Macaſſaren noemen hem* Krotje, *beyde namen gemeen met het bovenſtaande* Caprificus anguſtifolia, *en 't volgende* Muſſu.

Plaats. *Hy waſt meeſt in de Moluxe Eylanden, ook vind men hem op andere plaatzen van water-Indiën, op Java, Baley, &c. doch de ruyge zoorte is daar zo bekent niet als hier in de Ooſterſche quartieren.*

Gebruik. *Beyde zoorten werden in de koſt gebruykt, namentlyk de jonge bladeren die nog week zyn, 't zy raauw met Bocaſſan, 't zy gekookt met andere Sajor, maar de vruchten kan men niet raauw eeten, dies men dezelve ſterkelyk in water opkookt, tot dat ze week worden, alvorens de ruyge ſchelle afvryvende, of afſnydende, en dan is 't nog een koſtje voor arme luyden, te weten by gebrek van andere koſt; 't is dan wel een goed behulpmiddel als men op eenzame Eylanden, of in 't boſch vervalt, en ik kenne wel Inwoonders, die door onweder op zodanige plaatzen gevoerd zynde, 't leven lang onderhouden hebben met de bladeren en vruchten dezes booms, inzonderheid by de Ternatanen is hy in groot gebruyk tot de koſt. Het water, daar de bladeren en vruchten in gekookt zyn, drinken de Inlandze Vrouwtjes, en eeten dezelve als ze op 't uyterſte ſwanger gaan, want zy hebben ondervonden, dat 't zelve de vrucht zeer reynigt van de natuurlyke ſlymerigheid, inzonderheid als de moeders van eenige vruchten of ſlymerige koſt geſnoept hebben, men moet altyd de halfrype vruchten nemen tot koken, want de geheele rype zyn wat zandig. Uyt de binnenſte baſt van de ſchorſſe, kan men ook eenige dunne touwen, als Viſch-lynen, &c. maken. Dezelfde ſchorſſe met de wortel van* Soccum Batu, *in water gekookt en gedronken, geneeſt de roode-loop, men kan deze bomen planten met ſtokken, daarom ze dikwils tot thuyn-ſtaken gebruykt werden.*

Caju Djurang *op Java, is een breedbladige* Gohi, *het blad* 10. *duymen lang,* 8. *vingers breed, ongekerft, dog met ſtompe tanden, te weder-zyde ruyg, dog meeſt van onderen met bruyne aderen. De ſtam werd niet boven een dye dik, met kleyne vruchten, zo ruyg niet als 't gemeene* Gohi.

Zyn

Ejus liber ſeu cortex internus cum *Aniſo* & *Palaſſari* contritus, ejusque ſuccus inflammatis inſtillatus oculis ardorem tollit & curat illos. Granula quædam reſinoſa ſeu gummoſa aliquando, ſed raro in hac inveniuntur arbore, Javanice *Blondoe* dicta, quæ cariſſima ſunt. Hæc in aqua macerata propinantur contra omnes iſtos morbos, qui ex inflammatione ortum ducunt, depurantque probe puerperas poſt partum.

Zyn binnen-baſt gewreven met Anys *en* Palaſſari, *het zap in verhitte en roode oogen gedroopen, geneeſt dezelve. Zelden vind men eenige gryntjes hers of gom daar aan, op Javaans* Blondoe *genaamt, 't welk zeer duur is. Het zelve in water gelegt, werd gedronken tegens allerhande ziekten, die uyt hitte ontſtaan, en zuyvert mede de Kraamvrouwen na 't baren.*

Rumphius in *Adpendice* hæc adnotavit.

Parvifoliæ fructus diſſecti & a granulis depurati, atque cum ſaccharo calefacti, gratum præbent cibum.

Rumphius *heeft in het* Byvoegzel *dit ter neergeſtelt.*

De vruchten van de kleenbladige opgeſneden, de korrels daar uyt genomen en met Suyker geſtooft, geven een aangename koſt.

Tabula Nonageſima Quarta

Ramum exhibet *Caprifici aſperæ latifoliæ, Gobi Daun Bezaar* dictæ.

De vier-en-negentigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *ruyge breedbladige wilde Vygeboom, Gobi Daun Bezaar* genaamt.

OBSERVATIO.

Videtur hæc eſſe Teregam *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 60. quæ in notis vocatur Ficus Malabarica foliis rigidis, fructu rotundo, lanuginoſo, flaveſcente, Ceraſi magnitudine, ut & in *Commel. Fl. Malab. pag.* 29.

AANMERKING.

Deze Vygeboom ſchynt te zyn de Teregam van de *Hortus Malab.* derde deel *Tab.* 60. welke in de adnotatie genaamt wert Malabaarſche Vygeboom met ruyge bladeren, en een ronde wollige geelachtige vrucht, in de grootte van een kars, als meede in de *Flor. Malab. pag.* 29.

CAPUT DECIMUM.

Caprificus viridis. Muſſu.

Hæc arbor mixtam gerit formam proxime antecedentis *Gobi*, & ſubſequentis *Siri Boppar*. Ejus folia optime illa *Siri Boppar* referunt, ſed ſunt anguſtiora, a ſex ad novem pollices longa, tres & quatuor lata, inferius ſenſim anguſtata, ſuperius & in medio latiſſima, ac ſubito in apicem deſinentia, ſuperne glabra, inferne protuberantes & obliquas multas gerentia coſtas, ad tactum quodammodo rugoſa, ac tenuibus cancellatisque venis pertexta, inſtar Varingarum omnium.

Fructus racemoſi arcte dependent ex ramis, rotundi, ac paulo minores globulo ſclopeti, externe virentes ac punctulis notati, inæquales, ac fovea ſuperius notati, interne duriuſcula repleti carne ac granulis inſtar *Habuol*, circa mediam vero cavitatem obſcure rubent, dulcioremque habent ſaporem quam *Habuol*. Petioli ac folia raro repleta ſunt lacte, quod in fructibus copioſius eſt, & ſiccum flaveſcit, ſi rami nempe per noctem fuerint abrupti: Fructus Auguſto obſervantur, amatque frigidas valles, & planas ſilvas.

Hujus & altera minor invenitur ſpecies, in perfectam excreſcens arborem, ejus autem folia non ultro palmam longa ſunt, immo breviora & latiuſcula, copioſo turgida lacte, ſordide albicante, inſtar illius *Siri Boppar*: Ejus fructus ſunt puſilli, magnitudine piſorum fuſcorum, copioſi ex ramis dependentes, externe obſcure virentes, punctulisque notati, arboresque hæ ſatis craſſos gerunt truncos, non autem ſunt altæ, ramosque ſuos extendunt ample & inregulariter. Fructus vero plerumque per totum conſpiciuntur annum in ramis, creſcunt autem juxta fluminum ripas in ſterili ſolo.

Nomen. Latine *Caprificus viridis*, quum ejus fructus ſint ſemper obſcure virentes; Amboinice *Muſſu*: Secunda ſpecies nondum proprium & peculiare ſortita fuit nomen, niſi quod Amboinenſes hanc pro parvifolia habeant *Muſſu*; interim mihi dicitur *Caprificus riparia*.

Locus. Ubique in imperio Amboinenſi obcurrit, uti quoque in Baleya.

Uſus. Tenera folia, læte rubentia, cruda eduntur ad *Bocaſſan*, & piſcibus adcoquuntur inſtar oleris, fructus itidem eduntur tam crudi quam cocti, & Baleyenſes hos tantopere expetunt, quam Amboinenſes & Moluccani illos *Gobi*, aliosque ſilveſtres Ficos;

X. HOOFDSTUK.

De Vyge-boom met groene vruchten.

Deze boom heeft een gemengt fatzoen van de naaſtvoorgaande Gohi, *en de volgende* Siri Boppar. *De bladeren gelyken ook na* Siri Boppar, *dog zyn ſmalder, van 6. tot 9. duymen lang, 3. en 4. breed, agterwaarts allengskens toeſmallende, na voren en in de midden breetſt, en ſchielyk in een ſpits eyndigende, boven glad, van onderen veel uytſtekende, en ſchuynze ribben hebbende, wat ruyg in 't aantaſten, en met fyne adertjes ruytsgewys doorweven, als alle Varingas.*

De vruchten hangen in trosjes gedrongen by malkander aan de takken, rond, en wat kleender dan een Musquetkogel, buyten groen, met eenige ſpikkeltjes, oneffen, en met een kuyltje voor op, van binnen met een hardachtig vleeſch, en korltjes als Hahuol, *dog omtrent de middelſte holligheid zynze donker-rood, van ſmaak wat zoeter als die van* Hahuol, *de ſteelen en bladeren hebben weinig melk, de vruchten wat meerder, en droogt bykans geheel op, als de takken een nagt afgebroken zyn. De vruchten ziet men in Auguſtus, en 't waſt geern in koele Valeyen, en in vlakke boſſchen.*

Daar is nog een kleene zoorte, mede een volſlage boom werdende, dog de bladeren zyn niet boven een hand lang, de meeſte korter, en breedachtig, veel melk uytgevende, die vuyl-wit is, als die van Siri Boppar. *De vruchten zyn kleen, in de grootte van graauwe erweten, overvloedig langs de takken ſtaande, buyten donker-groen, en mede met pukkeltjes bezet; de boomen hebben redelyke dikke ſtammen, dog werden niet hoog, en breyden hun takken wyd en ongeſchikt uyt. De vruchten ziet men meeſt 't gehele jaar door aan de takken, en zy waſſen langs de oevers van de rivieren, op een magere grond.*

Naam. *In 't Latyn* Caprificus viridis, *om dat zyne vruchten altyd donker-groen blyven. Op Amboinſch* Muſſu. *De tweede zoorte heeft nog geen eygen naam, als datze de Amboinezen voor een kleenbladige* Muſſu *houden. Ik noemze by proviſie* Caprificus riparia.

Plaats. *Men vindze overal in 't Amboinſche gebied, als mede op Baley.*

Gebruik. *De jonge bladeren, die ligt-rood zyn, werden raauw gegeeten tot Bocaſſan, en by Viſſchen gekookt, als ander moeskruyd; zo werden ook de vruchten gegeeten, zo wel raauw als gekookt, en de Baleyers maken daar zo veel werks van als de Amboinezen en Moluccanen van 't* Gohi,

Tab. XCIV.

cos: Fructus vero hi prohibentur illis, qui cutis quandam habent aperturam vel exulcerationem, quæ per horum foliorum usum exacerbatur.

Altera species nulli hucusque inservit usui, saltem is nondum innotuit, estque indicium fructus non multum valere, quum tam diu ex arboribus dependeant, nec ab avibus expetantur.

Gohi, *en andere wilde Vygen; deze vrucht werd verboden die geene, die eenige opening of schilffering des huyds hebben, die door 't eeten van deze bladeren grooter zullen werden.*

De tweede zoorte is tot niets bequaam, immers zyn gebruyk tot nog toe onbekend, een teken dat de vruchten niet veel deugen, om datze zo lang aan de boomen, en van de Vogelen ongemoeyd hangen blyven.

Tabula Nonagesima Quinta

Ramum exhibet *Caprifici viridis*, quæ sine dubio est Peru Teregam *H. Malab. Tom.* 3. *Tab.* 61. uti ex Figurarum comparatione, & descriptione patet, estque Ficus Malabarica, foliis asperis, fructu rotundo lanuginoso majore *Ray. Hist. pl.* p. 1435.

De vyf- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *groene wilde Vygeboom*, welke zonder twyffel is de *Peru Teregam* van de *Hortus Malab. Tom.* 3. *Tab.* 61. zo als uyt de overeenkomst der Figuren en beschryving blykt, welke verders by *Ray.* in zyn *Histor. der planten. pag.* 1435. genaamt wert Malabaarze Vygeboom, met ruyge bladen, en een ronde en ruyge grootere vrucht.

CAPUT UNDECIMUM.

Ficus Septica, Siri Boppar.

VUlgaris hic obcurrit Ficuum silvestrium species, quæ non perfecta est arbor, sed potissimum frutescit, uno alterove incurvo & crasso exsurgens trunco, qui cortice glabro & pallide cinereo obducitur, vulgo vocatur *Siri Boppar*, varietatem quandam habet, cujus communem hic describemus formam: Frutex autem raros, crassos, pingues, & fragiles gerit ramos, late & inregulariter extensos. Folia inordinata sunt, magna, lata, & pinguia, septem, octo, & decem pollices longa, quatuor & quatuor cum dimidio lata, sex septemve crassis venis pertexta, uti in Varinga; nervus autem medius notabilior est quam in reliquis lactescentibus arboribus, qui amplus est, albus, & ab utraque protuberat parte. Ex foliorum alis unus alterve fructus excrescit fere sessilis, Ficis simillimus, sed magis compressus, supra latus & umbilicatus, primo pallide virens, punctulis albis notatus, parum rugosus, sensim flavescens, glaber, & ad tactum mollis, instar maturorum Ficorum. Intus repleti sunt hi fructus similibus granulis, sed semper parvam formant in centro cavitatem: Maturorum sapor fatuus est ac dulcis, ad Ficos magis adcedens, quam ullus alius præcedens fructus, qui ori satis gratus est, excepto quod siccior sit, & ventriculo magis nauseosus, ex toto frutice sauciato spissum, flavescens, & amaricans exstillat lac, multo magis noxium quam in ullis Varingis.

Arbuscula est ubivis obvia tam in silvis quam in hortis, in quibus contra hominum voluntatem crescit ex granulis seminalibus, quæ ab avibus ac præsertim a vespertilionibus per secessum hinc inde disperguntur, immo in ipsis concavis aliarum arborum corticibus, ex quibus hic frutex, uti Varinga, propullulat: Ejus lignum est album, molle & inutile, intus cor gerens aquosum; radix transversaliter nec profunde per terram prorepit, externe rubens, interne albicans. Folia in superiore parte albas aliquando gerunt maculas, ac ramulorum extremum terminatur in longos ac virides apices, uti in cunctis Varingis, hi vero majores sunt & crassiores, ramorum cortex glaber penitus est & albicans.

Hujus & altera silvestris obcurrit species, folia gerens longiora & angustiora, cujus fructus ex viridi rubent.

Nomen. Latine *Ficus Septica* a toxica vi, qua lac constat. Amboinice & Malaice *Siri Boppar* & *Siti Boppo*: In Hitoea *Siti Boppal*. Veri autem Malaienses ipsam vocant *Lipo*. Ternatice *Tagallo*, in Banda *Caju Tombor*, in Java & Baleya *Awar Awar*. Macassara *Tobo Tobo*.

Locus. In cunctis aquosæ Indiæ crescit insulis, in Orientalibus vero plagis magis obvia est, atque contempta arbor est.

Usus. Ex ejus rectis ramis hortorum pali formantur, qui expetuntur vegetativi ad sepes, cæterum tignis non inservit, nec utilis est hæc arbor, ejus radices sive solæ sive cum illis *Pisang Swangy* ore masticatæ, ipsarumque succus deglutitus antidotum præbet anxie-

XI. HOOFDSTUK.

De schadelyke Vyge-Boom.

NOch *is 'er een zeer gemeen slag van wilde Vygen; geen volkomen boom werdende, maar meestendeel een struyk, met een of twee kromme dikke stammen, en een effene ligt-groene schorsse; men noemtze in 't gemeen* Siri Boppar, *en zy heeft eenige veranderingen, waar van wy de gemeene gedaante hier beschryven: De struyk heeft weinige dikke, vette, en brosse takken, wyd en onordentelyk uytgespreyt. De bladeren staan zonder ordre, groot, breed, en vet, 7. 8. en 10. duymen lang, 4. en 4½ breed, met 6. en 7. dikke adertjes doorweven, gelyk aan de Waringen. De middel-zenuwe is kennelyker dan aan andere melk-bloemen, breed, wit, en aan weerzyden uytpuylende. Uyt de schoot der bladeren wassen een of twee vruchten op korte steelen, de Vygen ook zeer gelyk, dog meer gedrukt, voor breedst met een kuyltje, eerst bleek-groen met eenige witte puntjes, wat ruyg, metter tyd geelachtig, glad, en week in 't aantasten, als rype Vygen. Binnen zynze gevult met diergelyke korls, dog maken altyd een kleene bolligheid in de midden, de smaak in de geheele rype is laf en zoet, de Vygen nader komende dan eenig voorgaande, en in de mond redelyk aangenaam, behalven datze wat droger zyn, en in de maag walgelyk; uyt de geheele plante als men ze quetst, vloeyd een dikke geelachtige en bitterachtige melk, die veel zorgelyker is dan aan alle Waringen.*

Het is een boompje overal gemeen, zo wel in 't wild als in de hoven, daar 't tegen dank van de menschen groeyd van de zaatkorrels die de Vogels, inzonderheid Vleermuyzen, door den afgank hier en daar verspreyden, ja zelfs in de holle schorsse van andere bomen, daar men dit gewas, gelyk de Varingas ziet uytspruyten; het hout is week en ondeugend, van binnen een waterachtig hert hebbende, de wortel kruypt dwers en niet diep onder de aarde, buyten roodachtig, binnen wit. De bladeren hebben aan de bovenste zyde dikwils eenige witte plekken, en de takjes aan 't uytterste eyndigen in lange groene spitze, gelyk als Waringen, dog deze zyn groter en dikker; de schorsse aan de takken is gants effen, en witachtig.

Men heeft nog een wilde zoorte, met langer en smaller bladeren, en de vruchten zyn uyt den groenen wat roodachtig.

Naam. *In 't Latyn* Ficus Septica, *van de verrottende kragt, die de melk heeft. Op Amboinsch en Maleyts* Siri Boppar *en* Siti Boppo, *op Hitoe* Siti Boppal. *De rechte Maleyers noemen hem* Lipo, *op Ternaats* Tagallo, *op Banda* Caju Tombor, *op Java en Baley* Awar Awar, *Macassaars* Tobo Tobo.

Plaats. *Hy wast op alle Eylanden van water-Indiën, dog in de Oostersche quartieren wel zo gemeen, en is een verachte boom.*

Gebruik. *Uyt zyne regte takken maakt men thuynstaaken, die men hebben wil, dat uytschieten zullen, anders tot het timmeren kan men niets bekwaams daar van hebben, de wortelen, 't zy alleen, of met die van Pisang Swangy in de mond geknouwt, en het zap ingeswolgen,*

zyn

anxietati & noxiis qualitatibus venenatorum piſcium, quales ſunt Utricularii, Duriones, &c. uti & radices *Oudo* ſeu *Ubii ſilveſtris*. Alii utraſque priores ſumunt radices cum illis Caricis Lalan, quas in aqua conterunt, ipſarumque ſuccum exprimunt, quem propinant contra quemvis noxium cibum tamquam promptum antidotum, adſumptum enim venenum per vehementem ejicit vomitum.

Foliorum ac petiolorum lac inſtillatur *Herpeti exedenti*, quod in India malum eſt quam obſtinatiſſimum, & *Courap* vocatur, quodque difficillime curatur, ſi inveteratum ſit, hæc vero cura non inſtituitur niſi tali in Herpete, quæ aliis non auſcultat remediis, quum dolorifica ſit, hoc enim lac corporis tangens partem crudam vel ſanguinolentam, vi ſeptica adjacentem carnem exulcerat, & ut decidat, efficit, ſed non late ſeſe diffundit, ac ſimul acari decidunt, qui Herpetis propagationem cauſſant; ſi ulcus jam ulceretur, cataplasma componendum eſt ex *Siri Pinanga*, nucibus moſchatis, ac pauxillo Zingiberis, quod ipſi inponitur, & eſcharam cauſſat, ſub qua ulcus exſiccatur, tumque ſimul decidit: ſi vero minimus acarus in cute remaneat, herpes iterum proſerpit, atque cura tam diu repetenda eſt, donec nullum ejus ſuperſit veſtigium, hoc enim malum mirifice ſeſe abſcondit, ac difficillime eradicatur, dura vero ac robuſta incolarum corpora facilius hanc ſubeunt curam quam mollior Europæorum cutis, dolor autem leniri poteſt Oleo Ovorum. Folia cum Calappi oleo inlinita & calefacta ani prolapſum curant, ſi ipſi inponantur, ſique aliquid maligni per piſces vel fructus corpori fuerit ingeſtum, hæc radix coquitur cum Amboinenſi Catjang, quæ propinatur, ac ſimul portiuncula iſtius radicis cum Pinanga maſticatur.

In hunc vero finem præfertur radix rubra ſilveſtris ſpeciei, mirandum autem eſt hunc fruticem innoxie poſſe adhiberi tam interne quam externe, ſi modo ejus lac non crudam vel ſanguinolentam tangat carnem, quo in caſu ulcera excitat: Quidam cum apicibus, qui in tenera explicantur folia, & viſcoſi ſunt, omnem oculorum pinguem & craſſum mucum detergunt, quo oculi obnebulantur, quique illis adhæret, periculoſa vero eſt cura, quæ caute ac prudenter inſtituenda eſt ob noxium lac: Bini ejus fructus comeſti tantam in ventriculo excitant commotionem, ut vix vomitum inpedire poſſimus, licet gratum præbeant ſaporem, unde non eduntur, niſi aliquando delectationis gratia a pueris.

Aliud obcurrit *Siri Boppum anguſtifolium*, quod arbuſcula eſt mediocris, ſed multo longiora gerit folia, quodammodo illis *Gajangi* ſimillima, quatuordecim pollices longa, quinque lata, firma, intenſe viridia, glabra, albisque coſtis pertexta, cujus ramuli in longum quoque deſinunt apicem ſeu corniculum, uti in cunctis Varingæ ſpeciebus, ex alis iſtorum foliorum unus alterve excreſcit fructus, rotunda poma referentes, læte virentes, maturi autem parum flaveſcunt, magnitudine fructuum *Bintangoræ*, ſeu binos digitos lati, ex rotundo parum compreſſi, ac ſuperius circa umbilicum granuloſi, intus vero repleti ſunt carne alba & duriuſcula, quæ granulis quoque referta eſt, uti in vulgari *Siri Boppar*.

Ex foliis & ramulis vulneratis lac quoque exſtillat, maturi fructus quodammodo edules ſunt. Raro obcurrit ac potiſſimum in ſilvis, tenera ejus folia cum Siri & calce maſticari poſſunt defectu Pinangæ. Baleyenſes quidam Siri Boppar fructus in minima conſcindunt fruſtula, quæ magna copia comedunt, ad vomitum & ſeceſſum excitandum, alii folia adhibent cum dulci potu Towak ac pauxillo Zingiberis conterunt, cujus ſuccum exprimunt eundem in finem, qui commode ſatis efficitur: Aliquando etiam adcidit, ut inter oculorum curam per memoratos iſtos ramulorum apices totum oculi globum perdiderint, quod adlego, ne cura hæc inſtituatur.

Quam inutile hoc lignum in terra eſt, tam durabile eſt in aqua marina, unde & pali corbium piſcatoriorum ex hoc formantur, præſertim talium, qui circa oſtia locantur, quum amarum lac inpediat, quo minus coſſos ac teredines generent.

Am-

zyn een tegengift tegens de benauwtheid en ſchadelykheid van quade Viſſchen en Crabben, als daar zyn Opblazers, Durioens-viſſchen, &c. en de wortelen Oudo *of* Ubium ſilveſtre. *Andere nemen de beyde voornoemde wortelen, met die van 't ſny gras, wryven die in water, drukken 't zap uyt, drinken die tegens allerbande ſchadelyke koſt, als een dadelyk tegen-middel, want zy doen het ingenomen fenyn door ſterke brakingen overgeven.*

De melk uyt de bladeren of ſteelen druypt men op den Herpes Exedens, *in Indiën een balſterrig gebrek, en* Courap *genaamt, 't welk moeyelyk te genezen is, zo 't verouderd, dog deze Cure gebruykt men niet dan aan zodanige* Herpes, *die voor andere middelen niet wyken wil, om datze wat pynelyk toegaat, want deze melk over al 't lyf rakende, daar 't raauw of bloedig is, doet met haare rottende kragt 't omleggende vleeſch ſweeren en uitvallen, dog niet breed, en met eenen vallen de Sierkens mede uyt, die de omvreting in de* Herpes *veroorzaken; als 't zeer nu begint te ſweeren, moet men een papje gereed hebben van geknouwde Siri Pinang, Noote-Muſchaten, en een weinig Gingber daar op ſmeeren, zo maakt het een korſte, waar onder de Ulceratie mooytjes opdroogt, en te zamen afvalt, maar zo 't minſte Sierken in 't vleeſch verborgen blyft, zo kruypt de* Herpes *al weder voort, en men moet de Cure zo lang herhalen, tot dat men geen reſtantjes ziet, vermits dit euvel zig wonder verborgen kan houden, en moeyelyk uyt te roeyen is, dog de harde en robuſte ligbamen der Inlanders kunnen deze Cuur gemakkelyker verdragen dan de weeke huyd der Europeanen. De pyn kan men echter verzagten met olie van eyers gemaakt. De bladeren met Calappus-olye geſmeert, warm gemaakt, en opgelegt, geneezen den uythangenden agterdarm, als men iets quaats van Viſſchen of vruchten gegeten heeft, zo kokenze deze wortel met Amboinſche Catjang, en drinken 't zelve, ondertuſſchen een ſtukje van de wortel met Pienang knouwende.*

Hier toe werd de roode wortel van 't wilde geſlagt voor beter gehouden, zynde wonderlyk, dat men dit gewas binnen en buyten 't ligbaam onſchadelyk gebruyken kan, als maar de melk geen raauw of bloedig vleeſch aan ons ligbaam raakt, in welk geval alleen 't zelve ſweeren veroorzaakt. Zommige kunnen met de ſpitze, daar de jonge bladeren uyt worden, en wat kleverig zyn, allerhande vettigheyd en dikke ſlym van de oogen afvegen, die 't gezigt verduyſteren, en daar van een vlek groeyen kan, maar 't is een periculeuze handeling, en men moet voorzigtig daar mede omgaan, wegens de ſchadelyke melk. Meer dan 2. vruchten teſſens gegeten, maken zulk een onwil in de maag, dat men zig qualyk van braken onthouden kan, hoewelze aangenaam van ſmaak zyn, werden dierhalven niet gegeten dan alleenlyk uyt plaiſier voor de jongens.

Daar is nog een Siri Boppum anguſtifolium, *mede een middelmatig boompje, maar heeft veel langer bladeren, eenigſints die van* Gajang *gelyk*, 14. *duymen lang*, 5. *breed, ſtyf, hoog groen, glad, en met witte ribben doorregen; de takjes eyndigen ook in een lange ſpitze of hoorntje, gelyk alle Waringen, uyt de ſchoot van de voorſte bladeren waſſen een of twee vruchten, als ronde appeltjes, ligt-groen, dog de rype worden een weinig geel, in de groote van Bintangors vruchten, of twee vingers breed, uyt den ronden wat gedrukt, en boven rondom 't naveltje wat gekorlt, binnen hebbenze een wit en hardachtig vleeſch, en voorts met korls gevult, gelyk de gemene* Siri Boppar.

De bladeren en takjes gequetſt zynde, druypt daar insgelyks melk uyt. De rype vruchten kan men ter nood eeten. Men vind het zelden, en meeſt in 't wild, de jonge bladeren kan men met Siri en kalk eeten, by gebrek van Pinang. Zommige Baleyers nemen de vruchten van Siri Boppar, *ſnyden die kleen als hakzel, en eeten die zo op in ruyme quantiteyt, om aan 't braken en kamergang te komen, andere vryven de bladeren met zoete Towak, en een weinig Gingber, perſſen dat uyt het zap, en drinken het tot den vorigen eynde, 't welk gemakkelyk toegaat. Zo is 't ook eens gebeurt, datze in 't cureren van verdonkerde oogen, door bovengemelde ſpitzen de oogappel gantſch bedorven hebben, tot een waarſchouwinge dat men die Cure myden moet.*

Hoe ondeugend dat dit hout op 't land ſchynt, zo durabel is 't nogtans in zeewater, dies men de ſtaken van de Viſch-Serien daar van maakt, inzonderheid die omtrent de hoofden ſtaan, want de bittere melk laat geen worm daar in groeyen.

De

Amboinensium lepra *Cascoda* & *Kessi Kessi*, h. e. morbus squamosus dictus, hoc quoque lacte curari potest, si crudæ inliniatur scabiei, ut exulceret. Folia teneræ indita arundini, Bambu dictæ, atque in illa macerata, anthracibusque inposita & aposthematibus, illa adtrahunt.

Lac pedibus Hydropicorum inlinitum ulcera excitat, per quæ humores serosi exfluunt, quæ siccis turundis tam diu aperta servantur, quam diu id utile censetur.

De Amboinsche Lepra Cascoda *en* Kessi Kessi, *dat is schubbe-ziekten genaamt, kunnenze ook met deze melk genezen, als ze die op 't rauwe schurft stryken, en laten uytsweren. De bladeren in een jong Bamboesje gestoken, daar in wat gesmoort, en gebonden op bloedsweeren en* Aposteumen, *trekt dezelve op.*

De melk op de voeten van watersuchtige menschen gebonden, maakt aldaar gaten, waar uyt de zugtige humeuren tyfferen, dewelke men met droog plukzel moet open houden, zo lange men 't noodig agt.

Tabula Nonagesima Sexta

Ramum exhibet *Ficus Septicæ, Siri Boppar* dictæ, quæ est *Hondir-Alou H. Malab. Tom.* 3. *Tab.* 59. ubi & plures aliæ harum Ficuum obcurrunt species.

De zes- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *schadelyke Vygeboom Sir Boppai* genaamt, welke is de Hondir-Alou van de *Hortus Malab. derde deel, Tab.* 59. alwaar nog meer zoorten van deeze Vygeboom voorkomen.

CAPUT DUODECIMUM.

Arbor Glutinosa. Daun Caudal.

HÆc arbor Populi speciem præ se ferre videtur, breviorem vero, magis inregularem, sed crassiorem gerit truncum, ejus rami sunt longi, teretes, & recti, æquali & succoso cortice obducti, qui facile decorticari potest uti in Salicibus, trunci vero rugosus est, fissus, & squalidus, acsi adustus foret, lentus admodum, siccus, & difficile confringitur, si vero incidatur, nigrescit: Folia hinc inde inregulari locantur modo longiusculis in petiolis, illis Populi quodammodo similia, sed oblongiora, ad oras angulosa, & ample dentata, pallide virentia, paucis & obliquis admodum costis pertexta, fere uti in Siri folio. Superiora folia maxima sunt, quatuor & quatuor cum dimidio pollices longa, binos lata, inferiora tres cum dimidio longa sunt, rotundiora, minusque dentata, illisque Populi similiora, ipsorum sapor fatue dulcescit, decidua vero & sicca nigrescunt.

Flores racemosi sunt instar illorum Vitis, qui primo viridia & oblonga sunt capitula, quisque vero minorem Jasmini refert florem, seu hujus regionis Pulassari, viridi constans collo, cujus superior pars in quatuor vel quinque aperitur petala alba & angusta, retrorsum inflexa. In centro totidem locantur stamina, in interna autem parte petala pilosa sunt, ipsorum odor dulcis est, sed debilis, ac plerumque inutiliter decidunt. Floris pars inferior sensim crassescit, baccamque format, quæ diu siccum sustinet florem: Hæc bacca sensim in rotundam excrescit formam instar minoris Cerasi nigri, estque albicans vel rubens instar æris citrini seu instar margaritæ, quæ gummosa quadam rubra aqua obducta est, estque glaberrima & splendens, ad tactum mollis. Pericarpio insident stellato & folioso, ac superius brevem mollemque gerunt apicem. Sub externa tenui pellicula humor reconditur viscosus, in cujus medio longiusculum locatur officulum, uti in Cerasis, ipsarumque sapor fatuus est & aquosus, cum quadam adstrictione: Sub externo sicco trunci cortice alius succosus & viridis reconditur cortex, ligno incumbens, qui ad interiorem partem albicat, mollis est, attamen lentus in vetustis truncis, circa cor lignum cinereum est seu nigricans.

Anni tempus. Floret Octobri & Novembri: Baccæ vero diu ex arbore dependent vagæ ex racemis, quum plurima florum pars pereat. Lignum ejus est vegetabile, unde & ad hortorum sepes adhibetur, solum amat durum & argillosum, optime autem in planis crescit campis inter Caricem, non vero in montibus vel densis silvis.

Nomen. Latine *Arbor Glutinosa.* Malaice *Daun Caudal, Caudallan*, & *Sacandal*, a fructuum viscositate, quæ cum Amylo convenit. Ternatice *Totebo* & *Totebo.* Amboinice *Aypacca.* Macassarice *Cammang*, Baleyice *Candal* & *Daun Candal.*

Locus. Vulgaris & contempta est arbor, plerumque per totam aquosam Indiam obvia, præsertim in Moluccis, in Amboina potissimum obcurrit in Hitoes ora, in planis campis, circa primarium habitaculum *Hila*, in

XII. HOOFDSTUK.

De kleeverige Boom.

D*Ezen boom wil een verbeeldinge van de Populierboom zyn, hy heeft een korten, ongeschikten, doch dikken stam, de takken zyn lang, rank, en regt, met een effene en zappige schorsse, die zig ook ligt laat afschillen, gelyk aan de Willigen, maar aan den stam is ze ruyg, gescheurt, en lelyk, als of ze gebrand was, zeer taay, droog, en moeyelyk om aan stukken te trekken, als men daar in kapt, werd ze swart. De bladeren staan hier en daar zonder ordre, op langachtige steelen, die van Populier eenigzints gelyk, dog langwerpiger, aan de kanten geboekt, of wyd getand, bleek-groen, met weinige zeer schuinze ribben doortogen, bykans als in 't Siri-blad. De voorste bladeren zyn de grootste,* 4. *en* 4½ *duymen lang,* 2. *breed, de agterste zyn* 3½ *lang, ronder, min getand, en die van Populier gelyker, haar smaak is lafachtig-zoet, de afgevallene en verdroogde werden swart.*

't Bloeyzel komt aan trossen voort, gelyk dat van de Wynstokken, zynde eerst groenachtige en langwerpige knoppen, yder bloem gelykt een kleene Jasmyne, of hier te lande die van Pulassari, te weten met een groen balsken, en 't bloemken zelfs bestaat uyt 4. a 5. *kleene, witte, en smalle blaadjes, die agterwaarts gekrult staan. In de midden ziet men even zo veele draatjes, en aan de binnenste zyde zyn de blaadjes wat hayrig, haren reuk is zoet, dog slap, en vallen meest vergeefs af. Het groene balsken begint daar na dik te worden, en formeert een besie, het welke de gedroogde bloeme nog lang boven opdraagt; deze besie wert metter tyd rond, als een kleene Krieke, witagtig of ligt-rood, gelyk bleek koper, of als een peerl, die met eenig rood gomwater overtrokken is, zeer glad glimmende, en week in 't aantasten. Zy staan op een gesternt en bladig bordje, en boven op hebbenze een korte weeke spits. Onder 't buytenste dunne huydeken, werd een gantsch slymerige vochtigheid begrepen, en in de midden een langachtige steen, gelyk in de Krieken. De smaak is laf en wateractig, met eenige zamentrekking. Onder de buytenste drooge schorsse des stams, leyt een andere vochtige en groene bast, dicht tegen 't hout, dewelke na binnen wit is, week, en niet te min taay aan de geheel oude stammen, omtrent 't hert asch-graauw of swartachtig.*

Sayzoen. *Het bloeyd in October of November, de besien ziet men lang aan den boom hangen, staande ydel aan de trossen, dewyl 't meeste deel der bloemen bederft. Het is een groeyzaam hout, dies men het gebruykt tot thuyn-staken, doch het wil een harde kleyachtige grond hebben, en 't wast liefst op vlakke velden, in 't sny-gras, maar niet in 't gebergte of digte bosschen.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Glutinosa. *Op Maleyts* Daun Caudal, Caudallan, *en* Sacandal, *alles van de kleverigheid der vruchten, die styfzel gelyken. Ternaats* Toteho *en* Totebo. *Amboinsch* Aypacca, *Macassaars* Cammang. *Baleys* Candal *en* Daun Candal.

Plaats. *Het is een gemeene en verachte boom, meest door geheel water Indiën, inzonderheid in de Moluccos. In Amboina vind men hem meest op de Kust van Hitoe, in de vlakke velden, rondom de hoofd-residentie Hila,* ct

in Leytimora non multum crescit, quum solum ibi sit arenosum.

Usus. Ubi in sufficienti copia ad manus est, sepes hortorum ex ejus ramis plantantur, qui & circa ædes terræ etiam committuntur, quo autem magis ejus rami amputantur, eo densiorem gerit comam instar Salicum. Mensibus Februario & Martio tot fructibus onusta est, ut ejus rami deorsum vergant, si ejus cortex abradatur vel disrumpatur, ingratum ac fortem fundit odorem, at potissimum cortex, nihilominus tamen folia optime sapiunt, & in cibo adhibentur, præsertim in quodam piscium cibo *Boboto* dicto, quum pisces diversis obvolvuntur foliis, quæ simul coquuntur, viscoso succo utuntur incolæ ad levia opera conglutinanda, uti papyrum, floresque in sertum conlecti diebus festivis & in nuptiis, quæ res tamen brevi iterum dissolvuntur.

Folia porro hujus arboris refrigerantem habent virtutem, multumque adhibentur interne ad æstum refrænandum tam in febribus quam Cephalalgia vel aliis in morbis, hoc autem refrigerium temperatum est ac simul dolorem sedat, hunc in finem recens foliorum succus cum aqua subactus & expressus propinatur, vel folia aquæ incoquuntur, & hoc decoctum quotidie hauritur: Hocce Julapium itidem conducit iis, qui ex crapula cephalalgia laborant. Succus hic etiam valet in variolis, interne enim refrigerat, atque optime variolas expellit. In Æthiopum quodam libello Spodium inveni descriptum, quo nubeculam oculorum detergunt, quod componitur ex cinere foliorum, & exusto *Tsjavonys*, quod tenue est Bengalensium linteum, cum pauxillo Cubebarum, & aqua rosarum mixtum, quod oculis instillatur, adnotatum porro erat, hoc quoque optimum esse senibus, quibus oculi obnebulantur. Crassissimus vetustarum arborum cortex quam maxime laudabatur contra Dysenteriam, si hic cum corticibus semi-maturorum Granati pomorum in aqua ebullitur, & quotidie bibitur. Hunc in finem Ternatenses utrosque hosce cortices conterunt, quos secum ducunt in longis itineribus marinis, liber seu cortex internus hujus arboris cum Calappi nucleo tostus, addito pauxillo seminis Anisi cum aqua, propinatur ad febrilem æstum refrænandum, & exstinguendum illum, qui ex calefacientibus potibus contrahitur. Vetusti corticis decoctum sæpius propinatum corpus agile reddit, decoctum vero cinerei cordis, quod circa meditullium veterum truncorum reperitur, conducit morbo *Rostong* dicto, qui Ozæna est, seu nasi tumor, ex quo fauces simul inflammantur.

Decidua integra folia in cinerem comburuntur, qui cum Calappi oleo conmiscetur, quo inliniuntur pueri scabie prorepente laborantes, tam in corpore quam in capite, ut exsiccetur, fructus ob omnibus fere avibus eduntur, uti & ab apris, quos venatores investigant eo tempore, quo hujus arboris fructus maturescunt. Viridis ramorum cortex in ramenta fissus ad ligamen adhibetur, uti apud nos cum Salicum viminibus fit, quique hinc in usu est apud Oryzæ messores ad mergites conligandas, hoc autem post meridiem instituendum est, ante meridiem enim nimis est mucilaginosus. Ejus lignum ad costas minorum navigiorum itidem adhibetur, quum lentum sit, nec findatur; atque in aqua marina durabile.

Baleyenses ex levibus hujus arboris segmentis aratrum fabricant, atque vomerem ejus formant loco ferri ex duro Sagueri ligno, quod pauco obducunt ferro. Juga quoque ex hoc fiunt, quæ bubulis inponunt.

Supra indicatum fuit, florendi tempus hic in Amboina esse menses Octobrem & Novembrem, qui menses hisce in terris sunt vernales, in aliis vero insulis contra mense Martio floret, ac fructus Julio maturescunt, quum ibi aliud sit anni tempus.

In *Rumphii Adpendice* hæc adnotantur.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 37. vocatur *Vidimaram.* Portugallice *Fruta d'Entrude*, Belgice *Kleefpruymen*, hocque discrimen observo, quod Malabarenses fructus sint majores & oblongiores, nec apud istos incolas in usu, neque ad cibum, neque ad *Atsjar.*

op Leytimor heeft men hem weinig, dewyl 't aldaar zandig is.

Gebruik. *Daar men hem in overvloet heeft, maakt men thuyn-staken van zyne takken, en men laat hem ook omtrent de huyzen groeyen, en hoe meer men hem van takken berooft, hoe digter hy uytschiet, op de manier van Willigen. In de maanden February en Maart is hy zo vol vruchten, dat de takken nederwaarts gebogen hangen, als men hem schilt of afbreekt, zo geeft hy een onaangenamen en sterken reuk, meest uyt de schorsse, niet te min zyn de bladeren van een goeden smaak, en werden in de kost gegeeten, inzonderheid by zekeren visch-kost* Boboto *genaamt, daar men de visch met verscheide bladeren bewint, en te zamen kookt; den kleverigen slym gebruyken alle Inlanders, om verscheide ligte werken te plakken, als papier, en bloemen aan kranzen op bruyloften, 't welk egter in korten tyd weder afvalt.*

Voorts is 't loof van dezen boom van een verkoelende kracht, en werd veel gebruykt tot allerbande inwendige brand, 't zy in koortzen, hooft-pyn, of anders, doch is deze verkoelinge maar matig, en met eenen de pyn stillende, men neemt het zap uyt de versche bladeren, met water gewreven en uytgedrukt in, of men kookt de bladeren in water, en drinkt daar van dagelyks. Dezen koel-drank doet ook goed aan den genen, die verbuyst, en pyn in 't hoofd heeft van dronkenschap. Het zap is ook goed in de kinderpokken ingedronken, want het verkoeld inwendig, en dryft de pokken te gemakkelyker uyt. In een Moors boekje vond ik een Spodium *beschreven, waar mede zy de verdonkerde oogen afvegen, 't welk gemaakt werd van de asch dezer bladeren, asch van gebrande* Tsjavonys, *dat is fyn Bengaals linnen, met een weinig* Cubeben *en rooze-water gemengt, en in de oogen gedaan, en daar by stond, dat 't veel gebruykt wierd van oude luyden, die 't gezigt van buyten begint te verduysteren. De dikste schorsse van oude bomen wierd zeer geprezen tegens rodeloop, als men dezelve met de schorsse van half-rype Granaat-appelen in water kookt, en dagelyks drinkt. Tot dien eynde voeren de Ternatanen deze beyde schorssen meest by haar op verre Zee-reyze; de binnenste schorsse met Calappus-pit gebrand, een weinig Anys daar by gedaan, en met water gedronken, verkoeld den brand in de koortzen, en die uyt heete drank ontstaat. Het Decoctum van de oude schorsse dikwils gedronken, maakt het lighaam fris, maar de Decoctie van 't graauw hout, dat men omtrent het hert van de oude stammen vind, is goed gedronken in de siekte* Rostong, *'t welk is een* Ozæna *of neus-gezweer, waar van de keel mede geinfecteert werd.*

De afgevalle geheele bladeren brand men tot assche, vermengtze met Calappus-oly, en bestrykt daar mede de kinderen, die het vloeyende schurft hebben, zo aan 't lyf, als op 't hooft, om die op te drogen; de vruchten werden van allerhande Vogels gegeten, als mede van wilde Swynen, daar dan de Wild-schutten op weten te passen, als de tyd is, dat deze bomen dragen; met de groene bast van de takken in riemen getrokken, kan men ook binden, gelyk met die van de Wilgen, gebruykelyk by de rys-Mayers om haar Rys-schoven te binden, doch dit moet na de middag geschieden, want voor de middag is ze te slymerig. Dit hout werd ook tot ribben aan kleene Vaartuygen gebruykt, dewyl het tay is, niet scheurt, en in zeewater durabel.

De Baleyers maken uyt de ligte houten, haare ploegen tot de schare, in plaats van yzer nemenze het harde hout van Sagueer-bomen met een weinig yzer beslagen. Zo werden ook de jokken daar van gemaakt, waar mede zy haare Buffels inspannen.

Boven is gezegt, dat zyn bloeytyd hier in Amboina in de maanden October en November is, 't welk hier Lentemaanden zyn, maar op andere Eylanden in tegendeel in de Maand Maart, en de vruchten werden in July ryp, dewyl 't aldaar een andere Mousson maakt.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit 'er bygevoegt.

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 37. *werd hy genaamt* Vidimaram. *Portugeesch* Fruita d'Entrude. *Duytsch* Kleef-pruymen, *aldaar alleen met dat onderscheid, dat de Malabaarze grooter en langwerpiger beschreven werden, en by deze Inlanders niet gebruykelyk zyn, nog tot de kost, nog tot Atsjar.*



Tabula Nonagesima Septima

Ramum exhibet arboris glutinosæ *Daun Candal* dictæ.

OBSERVATIO.

Hæc est Sebesten Offic. *Dal. Pharm. p.* 424. & Sebesten domestica. C. B. P. 446. *Prosp. Alp. de pl. Ægypt. p.* 130. Myxon & Sebesten *Dod. p.* 1262. & Prunus Malabarica fructu racemoso, calice excepto *Ray Hist. pl. p.* 1563. estque Cordia foliis subovatis, serrato-dentatis. *Linn. H. Cliffort. p.* 63. ubi reliqua inveniuntur Synonyma & auctores.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Bancudus angustifolia. Bancudu Lakki Lakki.

Bancudus duplex est, prima vulgatissima est angustifolia, quæ mas habetur: Altera est latifolia seu femina, forma autem non multum differunt, quum vero diversum præbeant usum, cuique singulare tribuemus caput.

Bancudus angustifolia mediocris est arbor; recto adsurgens, sed gracili trunco, ejus rami sunt lenti, inferius rotundi, superius quadrati, virides, ac quodammodo in ampla divisi genicula, interstitia vero bisulca sunt, foliaque bina sibi sunt ad genicula cruciatim opposita, ita ut bina paria crucem forment, non autem semper certum hunc ordinem observant. Vulgaris sunt formæ, octo novemque pollices longa, binos & tres lata, sensim acuminata, ac Lansii foliis quodammodo similia, superne obscure viridia & glabra, paucis incurvis costis distincta, saporis amaricantis & ingrati.

Ex foliorum alis viridia excrescunt capitula, forma strobulorum Pini, magnitudine Prunorum, quæ ex meris verrucis videntur composita, quævis autem verruca papillam refert, ad basin inregulariter pentagona est, superius vero capitulum albicat, & foraminulo notatum est. In cujusvis apice longum, angustum, & albicans erigitur petalum, in summo latissimum instar remi, atque etiam simul aliud albicans capitulum, quod sese aperiens flosculum exhibet ex quinque, rarius ex sex albis minoribus petalis constructum, in cujus centro totidem brevia locantur stamina, petala ista oblique & extrorsum flexa posita sunt uti in Papayæ floribus, cum quibus hi flores multum conveniunt, licet multo sint minores. Superiora ista petala remiformia remanent, licet flos adpositus decidat, uti &, antequam flores progerminent, excrescunt, atque capitulum undique squamosum seu radiatum constituunt; hoc vero dein excrescit ex rotundo oblongum, formam referens Nucis Juglandis, quæ a gluma depurata est, estque plerumque viride & durum, sensim vero flavescit, ac squamæ decidunt, colorem servans maturarum Uvarum. Sub quavis autem verruca intus locatum est officulum fuscum uti in Malis Cydoniis, restansque caro aromatica est, saporis austeri & amaricantis.

Arboris lignum albicat seu flavescit circa cor, in inferiore trunci parte rubet, estque satis durum & lentum. Radices interne magis rubent, uti & ipsarum cortex ab interiore parte: Folia, fructus, cortex, omnesque hujus arboris partes recentes abruptæ vel abrasæ peculiarem fundunt odorem non quidem ingratum, sed ad recens fœnum accedentem. Fructus non edulis est, excepto apud silvestres Ceramenses.

Nomen. Latine *Bancudus angustifolia.* Malaice *Mancudu & Bencudu Lakki Lakki.* Ternatice *Comi Comi,* Baleyice *Tiba.* Amboinice *Nenu Kiri* & simpliciter *Nenu.* Macassarice *Beugcudu.* Javanice *Wangcudu.*

Locus. In cunctis crescit silvis, potissimum vero circa loca maritima in Moluccis, & Amboina, in occidentalibus insulis minus nota est.

 Usus.

De zeven- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de kleeverige Boom *Daun Candal* genaamt.

AANMERKING.

Dit is de Sebesten in de Apotheken van *Dale* in zyn *Pharm. p.* 424. en de tamme Sebesten van C. B. in zyn *Pinax. p.* 446. en van *Prosp. Alp. de pl. Ægypt. p.* 30. de Myxon en Sebesten van *Dodon. p.* 1262. en de *Malabaarsche Pruymboom*, met vruchten en trossen, die op een kelk staan van *Ray* in zyn *Hist. pl. p.* 1563. en is de Cordia met rondachtige getande of gezaagde bladen van *Linn.* in de *Hortus Cliffort. p.* 63. alwaar de overige benamingen en Schryvers aangehaalt werden.

XIII. HOOFDSTUK.

Naauwbladige Bancudie-Boom.

Bancudus *is tweederley, het eerste 't gemeenste of smalbladige, 't welk men voor het manneken houd. Het tweede is 't breedbladige of wyfken; zy zyn aan gedaante niet veel verschillende, doch dewyl zy een verscheyden gebruyk hebben, zullen wy yder een byzonder Kapittel geven.*

Bancudus angustifolia *of smalbladige, is een middelmatige boom, met een regten dog niet dikken stam, de takken zyn taay, agter rond, voor vierkant, groen, eenigzints in wyde leden verdeeld, de tusschen-plaatzen hebben aan de twee zyden een voorn, de bladeren staan in knien* 2. *en* 2. *tegen malkanderen, en maken met het volgende paar een kruys, doch houden geen precieze order. Zy zyn van gemeen fatzoen,* 8. *en* 9. *duymen lang,* 2. *en* 3. *breed, allengskens toegespitst, en de Lanze bladeren eenigsints gelyk, boven donker-groen, en glad, met weinige kromme ribben, en onlieffelyk van smaak.*

Uyt den schoot der bladeren komen groene bolletjes voort, in de gedaante van Pyn-appels, en de grootte van Pruymen, die van enkelde vratten zamengezet zyn, yder vrat gelykt een tepeltje, aan den voet vyfkant, 't bovenste hoofdeken is witachtig, en heeft een kleen gaatje. Op 't hoofdeken draagt ieder een lang, smal, en witachtig blaadje, na voren toe breetst, als een riem, en daar by nog een wit knopje, 't welk hem openende, vertoont een bloempje, van 5. *of zelden* 6. *witte kleene blaadjes gemaakt, nevens zo veel korte draadjes in de midden, de blaadjes staan ook wat scheef, en uytwaarts gekromt, gelyk aan de Papaye-bloempjes, met dewelke deze zeer overeenkomen, hoewel ze veel kleender zyn. De voorste blaadjes of riempjes blyven staan, al is 't nevenstaande bloempje afgevallen, gelyk ze ook voor de bloempjes uytkomen, en het bolletje rondom geschubt of gestraalt maken, 't zelve word daar na groot, uyt den ronden langwerpig, in de grootte van een Okker-nood, die van de bolster berooft is, blyft meest groen en hard, ten laatsten word het geelachtig, en de schubben vallen af, behoudende de coleur van rype druyven. Binnen onder yder wrat leyd een harde bruyne steen, als in de Quee-appels, en 't resterende vleesch is kruydachtig, van smaak wrang, en wat bitter.*

Het hout is witachtig of bleek-geel omtrent het hart, in den onderston stam trekt het na den roden, matig hard en taay. De wortelen van binnen zyn nog roder, gelyk ook haar schorsse aan de binne-zyde; bladeren, vruchten, schorsse, en wat men van dezen boom versch afbreekt, of wryft, heeft een byzonderen reuk, juyst niet moeyelyk, echter na versch hooy trekkende. De vrucht is niet eetbaar, behalven by de Wilden op Ceram.

Naam. *In 't Latyn* Bancudus angustifolia. *Op Maleyts* Mancudu *en* Bencudu Lakki Lakki. *Ternaats* Comi Comi. *Baleyts* Tiba. *Amboinsch* Nenu Keri, *en slegts* Nenu. *Macassaars* Beugcudu. *Javaans* Wangcudu.

Plaats. *Het wast in allerhande bosschen, doch liefst omtrent de Zeekant, in de Moluccos en Amboina; in de Westersche Eylanden is het minst bekent.*

 Gebruik.

Usus. Plurimum usum præbent hujus arboris radices, quæ multum adhibentur ad lintea & fila rubro tingenda colore, tam solæ quam cum ligno Sappan mixtæ. Moluccani crassarum radicum cortices sumunt cum tertiâ parte corticis & foliorum arboris *Lebæ*, ac parum aluminis, in qua mixtura lintea macerant, quæ pallidam exhibet rubedinem, ad Minium adcedentem, nihilominus tamen persistentem & perpetuam, quos colores Amboinenses præferunt vivacibus. Malaienses & Javani meliorem habent methodum, qui has radices cum ligno Sappan vel alio quovis rubro tinctorio ligno conmiscent, hæc enim *Bancudus* cunctis rubris coloribus firmitatem & intense rubrum coloris gradum conciliat, qui inde instar Rubiæ rubent, folia quoque ad Cassombæ colorem adhibentur, ut constans sit. Si minius color vel igneus desideretur, cortex inferioris trunci eligitur cum cortice & foliis *Lebæ*, excoquiturque sine Sappan ligno, sine hoc enim nunquam adquiritur Rubiæ color.

Recentes fructus quidam pueris exhibent comedendos ad abdominis vermes expellendos. Si radices in aqua marina nudè fluctuent, incarnatum plerumque adquirunt colorem: Hujus maris folia aliquando magnitudine diversa sunt a vulgari forma, ita ut mediocria subsequentis feminæ referant. Mercatores has sæpe radices in fasciculos conlectas magna copia ex Amboina in Javam deferunt ad rubrum colorem tingendum, quum ibi non ita sint præstantes, nec ita copiosæ. Ternatenses hanc habent congenerem *Bancalo* & *Mamelo*, ac proinde uno indigitant nomine.

Gebruik. *Het meeste gebruik van dezen boom bestaat in de wortelen, die veel gebruikt worden tot rood-verwen van linnen en garen, zo alleen als met Sappan-bout gemengt. De Moluccanen nemen de schorsse van de dikke wortelen gekookt, met een derdedeel schorsse en bladeren van den boom* Leha, *en een weinig Aluin, daar in zy dan 't linne weken, 't geeft een bestorven rodigheid, een weinig na de Menie trekkende, niet te min vast en bestendig, van welke coleuren de Amboinezen meer houden, dan van de levende. De Maleyers en Javanen doen beter, die deze wortelen met Sappan-bout of ander roodverwend-bout vermengen, want dit* Bancudu *aan alle rode coleuren de vastigheid, en bogen graad van rodigheid geeft, dewelke daar door Crab-rood werd, de bladeren werden ook onder 't Cassomba-verwen gebruikt, om dezelve vastigheid te geven. Als men Menie of vuurrood wil verwen, zo neemt men de schorsse en bladeren van* Leha, *en kookt het zonder Sappan-bout, want zonder dit werd de coleur nooit Crab-rood.*

De versche vruchten geven zommige de kinders te eeten, om de wormen des buiks af te jagen. Als deze wortelen bloot in Zee-water dryven, zo werdenze doorgaans incarnaat rood. De bladeren van dit Manneken verschillen zomtyds in grootte van de gemeene gedaante, zo datze de middelbare bladeren van 't volgende Wyfken gelyk worden. De Koopluiden voeren zomtyds deze wortelen met veele bossen uit Amboina na Java, om tot rood-verwen te gebruiken, dewyl 't aldaar zo goed, en veel niet valt. De Ternatanen rekenen 't voor een mede-zoorte van Bancal *en* Mamelen, *en geven 't derhalven eenderley naam.*

Tabula Nonagesima Octava

Ramum exhibet *Bancudi angustifoliæ.*

De acht- en negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *naauwbladige Bancudie-Boom.*

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Bancudus latifolia. Bancudu daun Bezaar.

HÆc arbor non ita alta ac recta est ac præcedens, sed crassior, magisque sinuosa, obscuro cortice obducta. Ejus folia multo sunt majora, plerumque spithamam longa, binas palmas lata, quædam binas spithamas longa sunt, ac fere unam lata, quædam vero minora, sunt enim diversæ magnitudinis, bina sibi sunt obposita & cruciata, brevissimis & curtis insidentia petiolis, firmis in ramis intus concavis, seu aquosa medulla repletis. Hi rami peculiarem crescendi habent modum, sensim enim ad superiorem partem quadragonam adquirunt formam, ac virescunt, in summo flaccidi & herbacei, in ampla divisi genicula.

Ex quavis ala inferiorum foliorum alter excrescit ramulus, quorum quatuor simul crucem formant, sunt autem multo tenuiores, nihilominus tamen firmi, inferius rotundi, in superioribus geniculis quadrati.

Latus autem majorum ramorum lateralibus ramulis obpositum per longitudinem sulcatum est, acsi ramuli isti in hoc fuissent obclusi, latera vero bina externa plana sunt seu ventricosa, in subsequenti autem geniculo econtra eadem latera sulcata sunt, horumque folia multo sunt latiora & rotundiora, quam præcedentis, oris æqualibus, flaccida, glabra, & fere splendentia, intense seu obscure viridia, quinque ac sex costarum obliquarum & sinuosarum paribus pertexta, quæ flaccidum folium in superiore ejus parte inæquale reddunt, extremum ramulorum herbaceorum terminatur in capsulam, in lateralibus vero ramulis fructus conspicitur: Foliorum odor gravior magisque molestus est præcedentibus, ad Sambuci odorem adcedens, qualem & recens gerit decorticatus cortex.

Fructus solitarii dependent, semper folio directe obpositi, acsi locum decidui folii subplerent, magnitudine & forma vulgaris ovi, istis quoque verruculis ac papillis donati, uti in præcedente, inferius sunt crassissimi, viridis coloris, & duriusculi, hi vero squamosis istis petalis destituuntur, quæ in mare observantur,

XIV. HOOFDSTUK.

De breedbladige Bancudie-Boom.

D*Ezen boom werd zo hoog en regt niet, als de voorgaande, maar dikker, en meest bogtig, met een donkere schorsse. De bladeren zyn veel grooter, in 't gemeen een span lang, twee banden breed, zommige zyn twee spannen lank, en bykans een breed, zommige daar en tegen kleender, want zy zyn zeer ongelyk van grootte, zy staan twee en twee tegen malkanderen, en regt in 't kruis, op zeer korte en dikke stelen, aan styve takken, die van binnen bol zyn, of met een waterachtig bert uitgevuld. Deze takken bebben een byzondere manier van wasschen, want zy worden allenxkens na voren toe vierkant en groen, tegen 't einde slap en kruidachtig, in wyde leden verdeeld.*

Uit yder schoot van de agterste bladeren groeit een ander taxken, die dan met baar vieren ook een kruis maken, maar zyn veel dunder, niet te min styf, agter rond, en aan de voorste leden mede vierkant.

De zyde nu aan de boofdtakken tegen over de zyde-takjes beeft een geut lanks henen, als of deze takjes daar ingelegen badden, maar de twee buitenste zyden zyn plat, of wat buikig, en aan 't volgende lid ter contrarie zyn dezelfde zyden gevoornt; de bladeren zyn dan veel breder en ronder, dan 't voorgaande, met effene kanten, slap, glad, en bykans glimmende, boog of swart-groen, met 5. en 6. paar schuynze en bogtige ribben doorregen, die 't slappe blad aan de bovenzyde wat beuvelachtig maken, 't uytterste der kruydachtige takken eyndigen in een doosken, maar aan de zyde-takjes is een vrucht; de reuk der bladeren is swaarder dan aan 't voorgaande, en naar de Vlier trekkende, als ook de versche afgetrokkene schorsse.

De vruchten bangen enkeld, en altyd tegen over een blad, als ofze de plaats van 't afgevallene vervulde, in de grootte en gedaante van een middelbaar Ey, ook van diergelyke wratten of tepeltjes gemaakt, als 't eerste, agter 't dikst, gras-groen en bardachtig. Deze bebben die schubachtige blaadjes niet, die men aan 't manneken ziet, evenwel

A

tur, cuivis autem papillæ flosculus inponitur longo collo donatus, ex quinque, rarius ex sex, albis petalis constans extrorsum flexis; maturi fructus mollescunt quodammodo, coloremque adquirunt uvarum maturarum, intusque similia gerunt granula, qualia mas habet, sed majora, hujusque caro succosior est. Sapor melior est, ac quodammodo edulis incolis, neutiquam vero nostræ nationi, quum amaricet, ac maturi hujus fructus facile putrescunt, si in terram decidant, fœtidumque adquirunt odorem instar stercoris; Lignum magis albicat & mollius est quam maris, ac paucam vel fere nullam habet rubedinem.

Nomen. Latine *Bancudus latifolia.* Malaice *Bancudu daun Bezaar.* In Banda vocatur *Meucudu.* Reliqua nomina sunt uti prioris, cum adjectione latifoliæ seu feminæ. Macassarice *Baya* dicitur.

Locus. Hæc arbor non ita copiose crescit in silvis quam præcedens, sed potius circa pagos & agros cultos, in hortis etiam & circa ædes plantatur ob vulgarem ejus usum in re Medica.

Usus. Hujus arboris folia potissimum sunt in usu, sed ejus radices ad tinctoriam artem non valent. Maxima & latissima ejus eliguntur folia, cumque Calappi oleo obliniuntur, quæ ad ignem calefac, ac circa totum abdomen & lumbos colliga, ad ventos cruditatemque abdominis expellendam, contra dolorem Colicum, illumque, qui post partum mulieres excruciat, vulgatissimum est remedium apud incolas talibus in morbis. In doloribus quoque, qui a tenesmo & Dysenteria caussantur, calefacta hæc folia bis de die dorso & lumbis sunt adplicanda, unde dolores mitigantur.

In dysuria, quæ quibusdam in annis morbus hic est Endemius, ita ut acris, calcea, & pituitosa ejiciatur urina, unde meatus urinarius excoriatur, quotidie hujus arboris fructus in aqua conteritur, ejusque succus per linteum cribratur, cujus cyathus propinatur, addita prius pauca calcis albæ quantitate; idem quoque fructus cum aceto contritus & propinatus consumit & restaurat lienem induratum, morbumque *Theatu* dictum, alii hunc in finem maturos edunt fructus, qui incolis sapiunt, nostro vero populo ingrati sunt.

wel op yder tepeltje staat een bloempje met een lang halsje, van 5. en zelden 6. witte blaadjes, die uytwaarts gebogen zyn; de rype worden wat week, en bekomen de coleur van rype druyven, van binnen hebbenze diergelyke korl, als 't manneken, dog groter, en 't vleesch is zappiger. De smaak is verdragelyker, en eenigzints bequaam tot eeten van de Inlanders, maar voor onze Natie geensints, want hy is nog al bitter, ook rotten deze rype vruchten ligt, als ze op de aarde vallen, en krygen een vuylen reuk, als stront, 't hout is witter en weeker als aan 't manneken, daar men niets of weinig rood aan ziet.

Naam. *In 't Latyn* Bancudus latifolia. *In 't Maleyts* Bancudu daun Bezaar. *In Banda* Mencudu. *De andere namen zyn als boven, met byvoeging van grootbladige, of 't wyfken.* *Op Macassaars* Baya.

Plaats. *Dit wast zo wel niet in de bosschen, als 't voorigen, maar liefst omtrent de Negoryen, en bebouwde lande, zelfs word het in de boven, en omtrent de huyzen geplant, wegens zyn gemeen gebruyk in de Medicyne.*

Gebruik. *De bladeren van dezen boom zyn meest in gebruik, maar de wortelen tot het verwen ondienstig. Men neemt de grootste en breedste bladeren van dezen boom, smeertze met wat Calappus-oly, warmtze over 't vuur, en bindze over den geheelen buyk en lendenen, om te verdryven allerley winden en rauwigheid in 't lyf, de pyne in de Colyk, en de weën, die de vrouwen na de geboorte behouden, zynde dit alleen 't aldergemeenste middel in diergelyke ziekte by den Inlander. Insgelyks in de pyn, die men in de persing en Rodeloop gevoeld, zal men deze warm gemaakte bladeren tweemaal 's daags op de rug en de lendenen binden, om de pyn te verzachten.*

In Dysuria, *'t welk in zommige jaren een gemene plaag is, dat men een scherp, kalkabtig, en slymerig water maakt, 't welk de passagie en monden rauw maakt, en verzweert, zal men nemen dagelyks een van deze vruchten, wryvende die met water, druypen 't zap door een doek, en drinken van 't zelve een roemertje vol, eerst een weinig witte kalk daar by doende, dezelfde vrucht met Azyn gewreven, en gedronken, verteert en geneest de geswolle Mild, en den koek* Theatu *genaamt, andere eeten de rype vruchten tot dien einde uit de vuist, dat den Inlander met smaak, maar onze Natie niet ligt doen kan.*

Macassarensium *Baya* Amboinensi omnino similis est, excepto quod ejus fructus magnitudinem gerat Limonis nigri, multum crudus editur instar Lactucæ contra lienem induratum, vulgarem angustifoliam vocant quoque *Cancudu*, uti & Baleyenses & Javani: *Bancudi* folium cum illo *Caju Boaraus* conscissum, coctum, & propinatum Colicam curat, hujus feminæ cortex radicum adhibetur ad filum rubro colore tingendum, si coquatur cum cortice arboris *Lebæ*, cum foliis *Prunellæ* seu *Ay Leaha*, tinctura autem extrahitur ex cineribus, uti in pigmento *Cassomba.*

Het Macassaarse Baya *is 't Amboinse gantsch gelyk, behalven dat de vrucht zo groot is als een zwarte Lemoen, die werd veel rauw gegeeten, als Salade, tegens de mildzugt, 't gemeen kleenbladige noemen zy ook* Bancudu, *gelyk mede de Baliers en Javanen:* Bancudus-*blad, en* Caju Boaraus-*blad gesneden, gekookt, en gedronken, geneest 't Colyk, de schorsse der wortelen van dit Wyfken, werd ook gebruikt tot 't rood-verwen van gaarn, als menze kookt, met de schorsse van* Leha-*boom, met de bladeren van* Prunella, *of* Ay Loaha, *en de loog moet gemaakt zyn van asch, gelyk in 't* Cassomba *verwen geschiet.*

Bontius libr. 8. cap. 7. illam Javanice vocat *Maccondou*, quod sine dubio corruptum est nomen *Maucudu*, ubi dicit Javanos illam adhibere contra dysenteriam & Choleram. Item contra vitia pectoris, Phthysim, laterisque dolores, si ejus fructus sub cineribus tostus edatur. Ipse hunc comprobavit contra Hæmoptoem, ejusque folia ulceribus & vulneribus imposita cutim generant & cicatrisant. Sal per artem Chemicam ex foliis extractus depurat & curat omnes malignas ulcerationes, ad quas in nosocomio Batavico multum adhibentur, ibique vocatur *Arbor Consolida Indica.*

Bontius lib. 6. cap 7. *noemt hem in 't Javaans* Maccondou, *'t welk buiten twyffel bedorven is van* Mancudu, *alwaar hy zegt, dat het de Javanen gebruiken tegen de Rodeloop, en het Bord. Als mede tegens gebreken van de borst, Teeringen, en Zyde-steeken, als men de vrucht onder de asch gebraden eet. Hy zelfs heeftze goed bevonden tegens 't Bloedspouwen, en de bladeren op wonden en ulceratien gebonden, doen het volwassen, en cicatriseren. Het zout door de Chymische konst uit de bladeren gehaald, zuivert en geneest alle quaadaardige ulceratien, daar toe hyze in 't Bataviasche Ziekenhuys veel gebruikt heeft, en noemtze in 't Latyn* Consolidam arborem Indicam.

Tabula Nonagesima Nona

Ramum exhibet *Bancudi latifoliæ*
Ubi Litt. A. ejus *fructum separatum* repræsentat cum floribus ac papillis enatis.

De negen-en-negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de *breedbladige Bancudie-Boom.*
Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht* met de *bloemen* daar op afzonderlyk verbeeldt.

OBSERVATIO.

Hæc est Cada-Pilava *H. Mal. Tom.* 1. *Tab.* 52. ubi pag. 98. vide notas: Estque Arbor Indica fructu aggregato conoide *Cada Pilava* dicta *Ray hist. pl.* p. 1442. quæ est Arbor Conifera *Macandou* Javanensium *Bont. pag.* 97.

AANMERKING.

Dit is de *Cada-Pilava* van de *Hortus Malab Tom.* 1. *Tab.* 52. alwaar op pag. 98. verders ziet de aantekeningen, en is de Oost-Indische-Boom met een byeen vergaderde kegelvormige vrucht *Cada Pilava* genaamt van *Ray* in zyn *hist. pl.* p. 1442. en de boom met kegelvormige vruchten Macandou by de Javavanen genaamt van *Bontius pag.* 97.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Arbor Aluminosa. *Leha.*

HÆc est pusilla arbor, crus plerumque crassa, raro viri crassitiem habet. Ejus truncus non vere rotundus est, sed angulosus, instar Gajani; corticem gerit tenuem, externe glabrum, interne album, siccum, & fragilem, ita ut vetustus cortex integer ab arbore separari nequeat. Rami sunt duri & firmi, folia inregularia sunt, Lansii foliis quodammodo similia, sed minora, magisque cum Cerasinis vetustis convenientia, ab utraque parte acuminata, non crassa, attamen firma, glabra, & læte virentia, sex pollices longa, binos lata digitos, ad oras maxime & tenuiter serrata, non autem acute, subtilibus & incurvis costis donata, saporis primo dulcescentis, dein ingrati. Ex foliorum alis brevis progerminat petiolus, qui in quatuor vel quinque alios minores subdividitur, quibus acuta & viridia insident capitula, magnitudine seminis Sinapios, quæ sese in flosculos aperiunt minimos, in sex apices divisos, nunquam in totum apertos, sed semi-clausos, in hisce stamina quædam conspiciuntur parva, antheras luteas gerentia. Fructus itidem sunt pusilli instar Pisi, sed plani & apice incurvo ornati, instar tenerorum Mangæ fructuum. Intus officulum reconditur fuscum & nigricans, superius planum, ~~inferius angustum, granulosum quasi.~~

Arboris lignum est pallidum, album, durum, & lentum instar Cofassi; floret autem pluviosis mensibus.

Nomen. Latine *Arbor aluminosa.* Amboinice *Leha.*

Locus. Raro hæc obcurrit arbuscula, immo vix in Amboina, & tantum hinc inde in locis apertis ac montibus. In occidentalibus insulis penitus ignota est.

Usus. Amboinenses hujus arboris foliis ac cortice utuntur loco aluminis ad rubrum colorem tingendum, quod peragitur supra memoratis radicibus *Bancudu* & *ligno Sappan*, cunctis enim pigmentis constantiam addit, uti in ora Cormandelensi hunc in finem adhibetur herbula *Say*, præsertim si supra memorato *Caju Nenu* utantur, tum hujus arboris folia ac cortex summi sunt usus, quorum defectu pigmentum nimis pallide rubens esset. Idem quoque cortex & folia exsiccari possunt, inque usum adservari, atque in alias mitti regiones ad tingendum.

Tabula Centesima

Ramum exhibet *Arboris aluminosæ.*

XV. HOOFDSTUK.

De Aluyn-Boom.

DIt is een kleene boom, meest in de dikte van een dye, en zelden van een man. De stam is niet regt rond, maar boekig, gelyk de Gayang-boom; de schorsse is dun, van buyten glad, en van binnen wit, droog, en breekzaam, zo dat men de oude schorsse niet gebeel van den boom kan brengen. De takken zyn hard en styf, de bladeren staan zonder order, en Lanze-bladeren wat gelyk, doch kleender, en nader met die van de oude Kersse-bomen over een komende, agter en vooren even spits, niet dik, egter styf, glad, en blyde-groen, 6. duymen lang, 2. vingers breed, aan de kanten digt en fyn gezaagt, dog niet scherp, met subtiele en kromme ribben, van smaak eerst zoetachtig, daar na onaangenaam. Uyt den schoot der bladeren komt een kort steeltje voort, 't welk zig weder in 4. a 5. kleendere verdeeld, aan dezelve zitten spitze groene knopjes, in de grootte van Mostaart-zaad, die haar in zeer kleene bloempjes openen, in 5. spitzen verdeeld, nooit ter degen geopent, maar half gesloten, daar inne men kleene draadjes met geele nopjes ziet. De vruchten zyn insgelyks kleen, als een Erwete, dog een weinig plat, en met 't spitze na voren gekromt, als jonge Mangus. Binnen leyd een bruyne swarte korl, boven breed, onder spits, en als gegranuleert.

Het hout ~~is bleek, wit, hard, en taay, als~~ Cofassu; *zyn bloeytyd is in de regen-maanden.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor aluminosa. *Op Amboinsch* Leha.

Plaats. *Men vind dit boompje zeer weinig, zelfs in Amboina bier en daar op lugtige heuvelen en bergen. In de Westersche Eylanden is 't onbekent.*

Gebruik. *De Amboinezen gebruyken deze schorsse en bladeren, in plaats van Aluyn, by 't rood verwen, het welk ze doen met de bovenstaande wortelen van* Bancudu *en* Sappan-hout, *want het geeft alle verwen een vastigheid, gelyk men op de Kust Cormandel doet met het kruydeken* Say, *inzonderheid als ze 't bovengemelde* Caju Nenu *gebruyken, zyn deze bladeren en schorsse noodzakelyk, zonder dewelke de verwen ligt-rood of al te bleek werden. Dezelfde schorsse en bladeren kan men ook drogen, bewaren, en uyt de Landen voeren, om by het verwen te gebruyken.*

De hondertste Plaat

Vertoont een Tak van de *Aluyn-Boom.*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Ganitrus. *Ganitri.*

GAnitrus inter altissimas silvestrium arborum numerari meretur, estque proportionaliter crassa, sed non amplam gerit comam, quum ejus rami majores plerumque in altum erigantur, qui in longos gracilesque dividuntur ramulos flagellosos, quibus folia insident solitaria, aliquando autem per ordines obposita, quædam vero inregularia, Cerasinis foliis similia, seu illis præcedentis *Lebæ*, sed longiora, sex septemque pollices longa, binos lata, ad oras obscure ac tenuiter serrata, ita ut vix dignosci possit, ac plerumque in summo serrata sunt, suntque porro glabra, tenuibus pertexta venis, brevibusque insidentia petiolis, in inferiore parte angustata; decidua vero rubent instar cancri cocti, immo multa in ipsa rubent arbore eo tempore, quo fructus maturescunt, quo colore hæc arbor e longinquo dignosci potest, eoque magis, quum coma sua supra alias emineat arbores.

Flores post folia progerminant, qui breviores sunt, & adunati in ramulorum summo conjunguntur, racemi autem floriferi simplices sunt petioli, tres, quatuor, ac quinque post folia in ramulis progerminantes uti in Ribesiis.

Quis-

XVI. HOOFDSTUK.

De Ganiter-Boom.

GAnitrus *is mede eene van de hoogste Wout-bomen, en dik na advenant, doch met geen breede kruyn, dewyl de hooft-takken meest om hoog staan, verdeeld in lange en ranke gaerten, daar aan staan de bladeren enkeld, zomtyds in ryen tegen malkander, zommige verwerd, mede na de Kersse-bladeren gelykende, of na 't voorgaande* Leha, *dog langer, namentlyk 6. en 7. duymen lang, twee dito breed, aan de kanten zo donker en fyn gezaagt, dat men 't qualyk bekennen kan, en dat meest na voren toe, voorts glad, met subtiele ribbetjes, en op korte steelen staande, na agter toe smal; de afgevallene worden zo rood als een gekookte Kreeft, ja zelfs veele die nog aan den boom hangen, omtrent de tyd dat de vruchten ryp zyn, waar aan men dezen boom van verre bekennen kan, te meer, alzo hy met zynen kruyn boven anderen uytsteekt.*

Het bloeyzel komt voort agter de bladeren, dewelke als dan wat korter zyn, en digt op malkander aan 't uytterste der takskens, de bloem-trosjes zyn enkelde steeltjes, 3. 4. en 5. agter de bladeren aan de ryskens, gelyk aan de Aalbesiën.

Ieder

Quisque vero flosculus singulari insidet longiusculo petiolo, calicis formam gerens, vix digiti unguem longus, ex quinque albis & acutis formatus petalis, quæ nunquam penitus aperiuntur. Inter hæc quinque alia locantur petala, superius in multa tenuia divisa filamenta, cætera interna pars repleta est penicillo minore ex similibus filamentis composito. Si flores per semi-diem fuerunt abrupti, purpurascunt vel rubent, totusque simul decidit flosculus, relinquens capitulum pistillo coronatum, quod in fructum excrescit.

Folia tum sine ordine locata sunt, sed arcte sibi juncta in ramulorum summo, qui in longum desinunt apicem, uti in Varingis. Fructus solitarii dependent longis ac tenuibus ex petiolis, qui perfecte sphærici sunt globuli, paulo majores globulo sclopeti, primo virides, dein cærulei, intermixto purpureo colore, exterius quodammodo glabri, sed rugosis simul maculis notati, ac sæpe minoribus tuberculis & venulis distincti, intus ingens reconditur ossiculum rotundum, pauca viridi tectum carne, non autem succosa, sed fragili, acsi arena adspersa esset, saporis austeri, in penitus vero maturis ac deciduis, vinosi quodammodo, qui fere edules sunt, ossiculum durum est, sed in quatuor vel quinque segmenta dividi potest, inque medio perforatum fere totum est foramine, estque porro per totam ejus peripheriam foraminulis ac foveis notatum, unde penitus granulosum adparet, acsi a vermibus exesum esset, quod tamen ipsi elegantem præbet formam, putaret enim inperitus tali modo per artem esse elaboratum, inæqualis autem sunt hæc ossicula magnitudinis, instar vulgaris globi sclopeti, plerumque rotunda, quædam vero pyriformia, media sunt instar globuli sclopeti manualis, minima vero instar pisi fusci; quæ in una eademque tali modo crescunt arbore. Invenitur autem ejus species, quæ plerumque minores gerit baccas, cujus folia contra sunt majora quam in vulgari, novem nempe ac decem pollices longa, tres cum dimidio lata.

Sic quoque tertia ejus obcurrit species, sed in Amboina rarissima, quæ minora etiam gerit ossicula illis mox memoratæ speciei, haud multo majora vulgari piso, ab utraque parte parum compressa & plana, sulcis eleganter excavata, quæ etiam omnium pretiosissima sunt, & in veteri India mercaturæ haud vulgari inserviunt, quinque istæ suturæ externe vix in ossiculo adparent, si vero perforentur, facile secedunt ac decidunt, minima vero sunt duriora, ac perforationi resistunt, magna species ubique in silvis sub arboribus decidua reperitur, cujus externa vero computruit caro, cinerea est, nec æstimata, quæ autem a vaccis vel avibus comeduntur, ac per secessum iterum emittuntur, in fuscum vergunt colorem, quoque magis sunt fusca hæc ossicula, eo meliora, ac magis expetita; qui color per macerationem in aqua marina quodammodo conquiri potest.

Arboris truncus non semper rectus est, sed parum sinuosus, atque aliquando adeo crassus, ut bini vix viri ipsum ulnis complecti possint, ac prope radices parvas gerit alas.

Ejus cortex est glaber, sique incidatur, flavescit; lignum pallide albicat, porosum est, seu foraminulis perforatum, si per transversum sectum examinetur, nihilominus tamen est satis durum & grave.

Anni tempus. Fructus maturescunt Junio & Julio, usque in Octobrem sub arboribus decidui inveniuntur.

Nomen. Latine *Ganitrus.* Malaice & Javanice ac Baleyice *Ganitri* & *Ganiter*, quæ nomina per totam Indiam sunt nota. In Celebe apud populum Boegensem vocatur *Boa Sima.* Amboinice *Aymanu*, h. e. avium arbor, dum magni volucres, inprimis aves annuæ ac Vespertiliones, ejus comedunt fructus, quibusdam *Amale* dicitur, h. e. arbor annua, quum Amboinenses putent gallinas quotannis ista in domo morituras esse, in quibus hoc lignum ardet.

Locus. Hæc arbor in multis aquosæ Indiæ locis nota est, maxima ejus species in cunctis montibus, & altis silvis Amboinæ, parva vero species rarior est, & in Amboina fere ignota, minima mediæ speciei in quibusdam etiam obcurrit locis Amboinæ, maxime in montibus *Oerimessing* in Leytimora, inter cujus ossicula sæpe etiam illa minoris speciei inveniuntur.

Majori

Ieder bloempje staat op een byzonder langachtig steeltje, in gedaante van een kelkje, schaars een nagel van een vinger lang, gemaakt van 5. witte en spitze blaadjes, die zig nooit ter degen openen. Binnen dezelve staan 5. andere, die zig boven in veele vezeltjes verdeelen, en de rest na binnen toe is mede uytgevuld met een penceeltje, van diergelyke vezeltjes gemaakt. Het bloeizel een halve dag afgebroken zynde, werd paars of roodachtig, en het geheele bloempje valt af, nalatende een knopje met een stilet boven op, waar uyt de vrucht werd.

De bladeren staan alsdan zonder order, en digt agter malkanderen, aan 't uytterste der ryskens, met een lange spits voor uyt, gelyk aan de Varinga. De vruchten hangen ydel, en aan dunne lange steelen, het welk zyn regt ronde bollekens, wat grooter dan een Musquets kogel, eerst gras-groen, daar na blaauw, zo nogtans dat 'er wat purper onder schynt, van buyten wel effen, dog met ruyge plekken, en dikwils met kleene heuveltjes en aderen; binnen leyd een groote ronde steen, omgeven met weinig vleesch, 't welk groen is, doch niet zappig en bryzelig, als of het zandig was, van smaak wrang, maar in de geheele rype, die afgevallen zyn, wat wynachtig en eenigsints bequaam om te eeten, de steen is hard, doch kan in vieren en vyven verdeeld werden, en heeft in de midden een gaatje, dat bykans doorgaat; voorts over 't geheele lyf vol kuyltjes en groeven, die hem gansch korlig maken, en als of hy van Wormen doorwreten was, 't welk hem egter een mooy fatzoen geeft, want men zoude zeggen, dat hy door konst alzo gegraveert was. Zy zyn van ongelyke grootte, want de grootste zyn als een gemeene Musquets-kogel, meest rond, zommige peervormig, de middelbaare zyn als een Pistool-kogel, en de kleenste als een graauw Erwete, en groeyen onder malkanderen aan een boom. Men vind echter een zoorte, die doorgaans kleene besien draagt, wiens bladeren daar en tegen grooter zyn als aan de gemeene, te weten 9. en 10. duymen lang, 3½ breed.

Zo is 'er ook nog een derde zoorte, dog in Amboina gantsch raar, dewelke nog kleender steenen draagt, dan die van de naastgenoemde zoorte, niet veel grooter dan een gemeene Erwete, aan wederzyden wat plat, met groefjes zeer aardig uytgehold, dewelke ook de kostelykste van allen zyn, en in oud Indien tot een groote Koopmanschap dienen; de vyf voegen kan men van buyten aan den steen qualyk bekennen, maar als men daar aan begind te boren, zo vallenze ligt van malkander, doch de kleene zyn harder, en kunnen 't boren verdragen; 't groot geslagt over al in de bosschen onder de bomen leggende, en daar 't buytenste vleesch afgerot is, zyn graauw en ongeagt, maar die van de Koebeesten of Vogels gegeeten worden, en door den afgang weder uytgeworpen, trekken na den bruynen, en hoe bruynder deze korls, hoe beter zy zyn, en meer geagt, welke coleur men met het weeken in zeewater eenigsints kan te wege brengen.

Den stam is niet altyd regt, maar wat bogtig, en somtyds zo dik, dat hem twee mannen pas omvademen konnen, hebbende by de wortelen eenige kleene vlerken.

De schorsse is effen, als men daar in snyd, geelachtig; het hout is bleek-wit, poreus, of vol gaatjes, als men 't over-dwers gekapt aanziet, niet te min redelyk hart en swaar.

Sayzoen. *De vruchten werden ryp in Juny en July, en tot in October vind men ze onder de bomen leggen.*

Naam. *In 't Latyn* Ganitrus. *Op Maleyts, Javaans, en Baleyts* Ganitri *en* Ganiter, *welke namen door geheel Indien bekend zyn. Op Celebes by de Boegische Volkeren* Boa Sima. *Amboinsch* Aymanu, *dat is Vogel-boom, dewyl de groote Vogelen, als Jaar-vogels en Vleermuyzen, deze vruchten gaarn eeten, by zommige* Amale, *dat is Jaar-boom, om dat de Amboinezen geloven, dat de Hoenderen jaarlyks in dat huys zullen sterven, daar men dat hout brand.*

Plaats. *Dezen boom is op veele plaatzen van water-Indien bekent, de groote zoorte op alle bergen, en hooge bosschen van Amboina, maar de kleene zoorte weinig, en in Amboina meest onbekend. Ik zegge de alderkleenste, want de middel-zoorte vind men ook hier en daar in Amboina, en dat in 't gebergte van* Oerimessing *op Leytimor, daar onder men somtyds eenige korls van de kleenste vind.*

Meer-

Majori autem copia obcurrit in Celebe, in inperio Boegensi. In orientali Javæ parte circa urbem Balimbangam, in Madura, Bima, & quædam etiam, sed raræ arbores, inveniuntur in ipsa Baleya, ubi major species cæterum vulgaris est.

Usus. Hujus arboris lignum aliquando ædificiis inservit, potissimum vero ad trabes & superiores ædium partes adhibetur, circa solum enim non est durabile, raro autem ex silvis petitur, quum grave sit, nec facile deferri possit, atque etiam oportebat esse lignum arborum, quæ per aliquod tempus fuere prolapsæ: Fructus, uti dictum fuit, a cunctis avium majorum generibus eduntur, quique decidunt, a vaccis, in quarum stercore officula depurata inveniuntur. Hominibus edules quoque sunt, sed potissimum ex lusu, & ad tempus terendum, uti pastores ac rusticorum pueri in Baleya illos edunt.

Plurimum commodum præbent hujus arboris officula & nuclei, qui ob miram ipsorum formam grati sunt, atque in silvis ab exteriore carne depurati inveniuntur, oportet autem, ut non diu fuerint prolapsi, quum sordidum ac pallide cinereum alioquin adquirant colorem. Cuncta autem hæc officula non bonæ sunt notæ, sed illa tantum, quæ haud multo majora sunt piso, & eleganter fusca, quæ ut conquirantur, toti sacci hisce officulis conligendi sunt, minimique horum eligendi, vel cuncta simul vili venduntur pretio mercatoribus. In Java, Baleya, & Madura tota horum vulgarium massa seu tria millia ponderum venduntur pro sexaginta inperialibus, sique media & minima species sint electa, cætera abjiciuntur. Media species plebi venditur, minima vero species expetitur a Benjanis & Codjis pro flaminibus & Bramineis, qui magnam pecuniæ quantitatem pro hisce inpendunt, ita ut florenos aliquot pro manipulo horum dent, si eleganter sint angulosa & fusca juxta ipsorum sententiam. Hæc autem perforant, inque lineas ducunt, atque ex regionis istius more collo vel pectori adpendent, uti apud alios cum Coralliis id fit. Æthiopum flamines ex his quoque formant *Tassiebees* seu rosaria ad preces fundendas. Divites vero inter binos Ganitros aureum interligant corallium, unde & Chinensibus dicuntur *Kimkungdsi* h. e. aurea & dura semina. Codjæ optime norunt veros Ganitros a spuriis distinguere, ob ingens enim pretium adulterarunt hæc ex duro quodam ligno.

In Java norunt artem, qua Ganitros cogunt crescere in minorem formam, si nempe fructus modo progerminent, majorum ramorum corticem deglubunt, uti & quandam trunci partem, tali autem modo, ne arbor pereat, hinc Ganitri non multum excrescunt, sed pusilli sunt & granulosi, quum alimentum fructibus subtrahatur, quod novo inservit cortici. Bangi tres quatuorque simul uni adligant amento, quod puerorum brachiis & pedibus circumducunt contra incantamentum seu *Catogoran*, caro exterior ab his quoque editur.

Meerder heeft men daar van op Celebes in het Boegische gebied. Op 't Oostersche deel van Java omtrent de Stad Balimbangan, op Madura, Bima, en ook weinige op Baley zelfs, daar anders de groote zoorte gemeen is.

Gebruik. *Het hout van dezen boom dient zomtyds tot den huysbouw, meest tot balken en bovenbouten, want omtrent den grond is 't niet durabel, doch het word weinig uyt het bosch gehaald, om dat het swaar valt om te slepen, en dan moet het nog van bomen zyn, die een tyd lang omgelegen hebben: De vruchten, als gezegt, werden van alderbande groot Gevogelte gegeten, en die afvallen van de Koebeesten, in wiens drek men dan de schoongemaakte korls vind. Menschen kunnenze ook eeten, doch meest tot tyd-verdryf, gelyk de Herders en Boere-jongens op Baley doen.*

Het meeste profyt heeft men van de korls en steenen, dewelke wegens haar fatzoen aangenaam zyn, en die men in 't bosch van 't buytenste vleesch gezuyvert vind, doch die moeten niet lang geleegen hebben, want anders wordenze leelyk, en doots-graauw. Zy zyn dan nog niet alle goed, maar alleen die geene, die niet veel grooter dan een Erwete, en mooy bruyn zyn, om welke te hebben, moet men geheele zakken vol van allerbande slag vergaderen, en als dan de kleenste uytzoeken, of zo te zamen voor een geringe prys aan de Kooplieden overlaten. Men koopt 'er op Java, Baley, en Madura, een geheel last of 3000. ponden van dit gemengt goetje voor 60. realen, en als men 't middel en kleenste slag uytgezogt heeft, smyt men de rest weg. De middel-zoorte werd voor de slegte luyden verkogt, maar de kleenste zoorte zoeken de Benjanen en Codjas voor haare Priesters en Braminees, die veel geld voor deze korls spenderen, zo datze wel 10. realen voor een hand vol geeven, die mooy geboekt, bruyn, en na haren zin zyn. Zy doorboorenze, rygenze aan snoeren, en dragenze na haar lands manier om 't lyf en den hals, gelyk wy de Koralen doen. De Moorse Priesters maken ook hare Tassibees *of Pater-nosters daar van, om hare gebeden te lezen. De ryke voegen telkens tusschen twee Ganiters een goude Koraal, en daarom noemen het de Chinezen* Kimkungdsi, *dat is goude harde zaden. De Codjas zyn zeer geslepen om de regte Ganiters van de valsche te onderscheyden, want wegens de groote prys heeft men dezelve beginnen na te maken uyt eenig hart hout.*

Op Java hebbenze dit Konst-stuk om kleene Ganiters te doen wasschen, als de kleene vruchten even beginnen voor den dag te komen, dan schillenze van de groote takken den bast af, als mede een partye van den stam, doch zodanig, dat den boom niet uytgaat; hier door werden de Ganiters kleen en gekorlt, wordende het voedzel de vrucht onttrokken, en tot een nieuwe bast aangewent. De Bangis rygen 3. en 4. te zamen aan een snoertje, en hangenze de Kinders om de armen en de beenen, tegens Belesing of Catogoran, *het buytenste vleesch eetenze ook.*

Tabula Centesima Prima

Ramum exhibet *Ganitri.*
Ubi Litt. A. *majus Ganitri* officulum seu spurium denotat.
B. *Medium.*
C. *Minimum* ejus officulum.

De hondert en eerste Plaat

Vertoont een Tak van de *Ganiter-boom.*
Alwaar Letter A. de grootste ofte de valse steen aanwyst.
B. De *middel-zoort.*
C. De *kleynste zoort.*


B
A
C

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Ganitrum oblongum. Catulampa, & Cantjulikan.

Ambæ hæ arbores *Ganitri* ſpecies habentur, ſed foliis maxime differunt.

Catulampa ſilveſtris eſt arbor altiſſima, haud multo minor *Ganitro*, folia inregulari locata ſunt modo in ramis, craſſiora & majora illis *Ganitri*, ipſorumque petioli prope folii ortum geniculati ſunt inſtar Durionis foliorum, inæqualis ſunt magnitudinis, a quatuor cum dimidio ad octo pollices longa, tres quatuorve digitos lata, ſuperne obſcure viridia, inferne gilva, ad tactum mollia, in medio latiſſima, atque ab utraque parte ſex ſeptemve gerunt coſtas oblique admodum decurrentes, ipſorumque oræ ſunt obſcure & ample dentatæ, ita ut vix dignoſci poſſint: Flores fert fere inſtar Ganitri. Fructus magnitudinem ovi columbini habet, ſed inferius parum compreſſus & planus, ſuperius acutus, ſique maturi ſunt, rubent, & tandem obſcure rubrum gerunt colorem. Ipſorum caro externa eſt obſcure lutea, ſicca, ſed mollis, & viſcoſa, ſaporis dulcis & fatui cum levi adſtrictione, nec grata, intus oſſiculum reconditur oblongum, coloris pallide cinerei inſtar Nucis Moſchatæ, ſed anguſtius eſt, multisque rugis diſtinctum, & foveolis excavatum inſtar nucleorum *Ganitri*, non autem ita profunde; oſſicula hæc craſſam habent ſubſtantiam, intusque unicam tantum gerunt cavitatem, in qua anguſtus & tenuis locatur nucleus inſtar Canarii nucis, ſed minor & anguſtior eſt, ſaporis dulcis inſtar Catappæ cum levi adſtrictione.

Lignum intus albicat, in medio ex cinereo & fuſco variegatum, fibroſum eſt, durum, & grave inſtar illius *Cajoe Poeti* ſeu *Arboris albæ*.

In Macaſſara binæ hujus obcurrunt ſpecies, domeſtica nempe, quæ prope ædes plantatur, ac parvos & anguſtos gerit fructus magnitudine Gnemonis. Altera ſilveſtris eſt, ſupra memoratos profert fructus magnos, utrique ſunt edules.

Nomen. Latine *Ganitrum oblongum*. Malaice & Macaſſarice *Tay Gigi*, h. e. dentium ſordes, quum inter edendum caro mucoſa dentibus adhæreat. Baleyice *Catulampa*.

Locus. In Amboina non multum nota eſt hæc arbor, copioſior eſt in Celebe & Baleya.

Uſus. Apud Amboinenſes non eſt in uſu, neque ejus fructus, neque lignum in uſum advocantur, in Baleya vero & Macaſſara tam circa ædes plantatur, quam in ſilvis. Crudos ejus edunt fructus, qui & hinc in foro venales proſtant, licet modicam gerant carnem, magisque ex delectamento, quam ut fames ſedetur, eduntur; ipſorum ſapor maxime convenit cum prunis ſilveſtribus per gelu ſubactis.

Ejus lignum eſt ſolidum & durabile inſtar illius *Cajoe Poeti*, atque apud Macaſſarenſes & Baleyenſes uſitatum ad ædium exſtructionem, quumque grave ſit, in ſilvis exſiccatur, ut levius ſit, antequam deducatur, fructus oblongos referunt Ganitros, ſuntque duri & oſſei quaſi.

Cantjulikan in Baleya creſcens hujus ſpecies habetur, cujus folium minus eſt illo Ganitri, ad oras maxime & tenuiter dentatum, fructus illos *Catulampæ* referunt, ſed ſunt minores & rotundiores, primo virides, dein lutei, ac demum ex cæruleo nigri inſtar maturorum Canariorum, ſique maturi, mucoſi, ſaporis dulcis & fatui, intus magnum continetur oſſiculum oblongum, non excavatum vel rugoſum, uti *Ganitri*, ſed glabrum & cinereum. Truncus craſſitiem habet Canarii, ejus lignum exterius eſt albicans, interius obſcure cinereum, inque vetuſtis penitus truncis nigricans, uti in veteri *Caju Baru* ligno, eſtque porro graviſſimum & durum. Baleyenſes hanc vocant arborem *Cantjulikan*, ibique creſcit in montibus Brattanæ. In Amboina ignota eſt, ſemel tamen racemum fructibus onuſtum ex Leytimoræ montibus ad me adduxerunt, quos parvos putabam eſſe Canarios, ſed vocabatur ejus arbor *Tay Gigi Itam*, h. e. nigrum *Tay Gigi*.

XVII. HOOFDSTUK.

Ganiter-boom met langwerpige vruchten.

Deze beyde boomen werden mede voor zoorten van Ganiter *gehouden, dog verſchillen aan de bladeren merkelyk.*

Catulampa *is een zeer hooge Wout-boom, niet veel minder dan de* Ganiter, *de bladeren ſtaan zonder order aan de takken, dikker en grooter dan de* Ganiter, *en hare ſteeltjes hebben by 't begin van 't blad een knietje, gelyk de Durioens-bladeren, zy zyn van ongelyke grootte, te weten van 4½ tot 8. duymen lang, 3. en 4. vingers breed, boven donker-groen, onder vaal, en zagt in 't aantaſten, in de midden breedſt, en hebben ter wederzyden 6. à 7. ribben, die zeer ſchuyns lopen, en de kanten zyn donker en wyd gezaagt, dat men 't even bekennen kan; het bloeyd ook bykans als een* Ganiter. *De vrucht is zo groot als een Duyven-ey, dog agter wat plat, en voor ſpits, als ze ryp zyn, rood, en eyndelyk heel donker-rood. Buyten hebbenze een donker-geel, droog, dog week en ſmeerig vleeſch, zoet en ſmets van ſmaak, met een kleene t'zamentrekking, en niet onaangenaam; binnen is een langwerpige ſteen, van verwe ligt-graauw, gelyk een Note Muſchaat, doch ſmalder, met veele rimpeltjes en kuyltjes gegraveert, gelyk de korls van* Ganiters, *dog zo diep niet; de ſteenen zyn van een dikke ſubſtantie, hebben binnen maar een holligheid, daar in leyd een ſmalle en dunne korl, gelyk in de Canary-noot, dog kleender en ſmalder, zoet van ſmaak, gelyk de Catappan, met weinig zamentrekking.*

Het hout is van binnen witachtig, na binnen toe uyt den graauwen en ligt-roſſen gemengt, dradig, hart, en ſwaar, gelyk dat van Cajoe Poeti *of* Arbor alba.

Op Macaſſer heeft men twee geſlachten hier van, het eerſte tamme word by de huyzen geplant, en heeft kleene en ſmalle vruchten, in de grootte van een Gnemon. *Het tweede wilde draagt de bovenſtaande grootſte vruchten, beyde zynze eetbaar.*

Naam. *In 't Latyn* Ganitrum oblongum. *Op Maleyts en Macaſſaars* Tay Gigi, *dat is vuyligheid der tanden, om dat in 't eeten het ſmeerige vleeſch aan de tanden kleeft. Baleyts* Catulampa.

Plaats. *In Amboina is 't weinig bekent, overvloediger is hy op Celebes en Baley.*

Gebruik. *By de Amboinezen heeft hy geen gebruyk, noch vruchten, noch hout, maar op Baley en Macaſſer wert hy zo wel omtrent de huyzen geplant, als hy in 't wilde waſt. Zy eeten de vruchten raauw, daarom ze ook op de Markt verkogt werden, hoewel daar weinig vleeſch aan is, en meer uyt plaiſier dan om den honger te ſtillen, gegeeten werden. De ſmaak komt meeſt overeen met de Sleen, die een vorſt of twee hebben uytgeſtaan.*

Het hout is vaſt en durabel, als dat van Caju Poeti, *en by de Macaſſaren en Baleyers gebruykelyk tot den huysbouw, om dat het wat ſwaar is, laat men het in 't boſch drogen, dat het ligter word, eer men 't afhale; de korls zoude men voor langwerpige* Ganiters *aanzien, want zy zyn meede ſteen-hart.*

Cantjulikan *op Baley waſſende, word voor een medezoorte hier van gehouden, 't blad is wat kleender dan de Ganiter, aan de kanten ook fyn en getand; de vruchten zyn die van* Catulampa *gelyk, doch kleender, en wat ronder, eerſt groen, daar na geel, ten laatſten blaauw-ſwart, als rype Canary, als 't ryp is, mede wat ſmeerig, zoet en laf van ſmaak, binnen is een groote ſteen, langwerpig, niet gegraveerd of ruyg gelyk de Ganiter, maar glad en graauw. De ſtam gewint de dikte van een Canary-boom, van buyten heeft hy een witachtig hout, maar van binnen donker-graauw, en in de geheele oude ſtammen ſwartachtig, gelyk aan 't oude* Caju Baru, *en daar zeer ſwaar en hart. De Baleyers noemen 't* Cantjulikan, *en 't waſt aldaar in 't gebergte van* Brattan. *In Amboina is 't onbekent, echter is my eens een tros vruchten uyt het gebergte van Leytimor gebragt, die ik voor kleene Canaris aanzag, maar men noemden het* Tay Gigi Itam, *dat is ſwarte* Tay Gigi.

Baleyenses ejus fructus edunt, sed potissimum ex oblectamento. Lignum satis durabile est ad ædificia, quum vero adeo sit grave, ac tam longe petendum, vulgo non conducit, ipsorum autem reges per ingentem subditorum numerum ex montibus id deduci jubent, atque ad palatiorum postes adhibent.

Catulampa in Baleya crescens quodammodo differt ab Amboinensi *Tay Gigi* silvestri, Baleyensis enim majus & mollius gerit folium, ejusque fructus sunt dulcioris & gratioris saporis, magisque hæc arbor plantatur.

De Baleyers eeten de vruchten, doch meest uyt plaisier. 't Hout is durabel in den bouw, maar om dat het zo swaar is, en verre te haalen, dient het voor de gemeene man niet, maar haare Koningen laten het met meenigte van volk uyt 't gebergte slepen, en gebruyken het tot stylen van haare huyzen.

Het Catulampa *op* Baley *groeyende, verschild wat van de Amboinsche wilde* Tay Gigi, *want het Baleysche heeft een grooter en zagter blad, de vruchten zoeter en aangenamer van smaak, en word meer geplant.*

Tabula Centesima Secunda

Ramum exhibet *Ganitri oblongi*, fructibus onusti.

De hondert en tweede Plaat

Vertoont een Tak van de *langwerpige Ganiter-boom*, met zyn vruchten beladen.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Lignum momentaneum. Pagamatta.

HÆc arbor crassum, sed non altum, gerit truncum, plerumque tamen altiorem Limonio, glabro ac cinereo obductum cortice. Folia inregularia sunt, illaque *Daun Candal* referunt, non dentata sunt, sed integra & æqualia, juniora autem leviter dentata sunt, quorum tamen anguli sensim excrescunt, suntque quatuor pollices longa, binos & tres digitos lata, glabra, paucisque costis donata, quarum tres prope petiolum concurrunt, uti in præcedenti folio.

Flosculi sunt muscosi, brevibus racemis insidentes, qui in baccas excrescunt magnitudine nucum avellanarum, sed rotundiores, raraque carne obductæ, quæ plerumque virescit, ac cito putrescit, si in terram decidant, sub hac durissimum reconditur ossiculum, magnitudine globuli sclopeti manualis vel etiam minus est, quod foraminulis & verruculis perforatum & obsessum est, instar Ganitri, exterius autem quatuor protuberantes venæ adparent, quæ nucleum per longitudinem in quatuor dividunt partes, per bina vero segmenta aperiri potest.

Superne vero desinunt in brevem durumque apicem cum excrescentia seu alio breviore apice, e longinquo ex cinereo gilvum habent colorem, nec adeo profunde sunt excavata hæc ossicula quam Ganitri, ac quodammodo poliri possunt, intus gerunt nucleum albicantem, qui saporem habet Catappæ. Flores plerumque decidunt, ita ut hinc inde tantum unus alterve fructus in racemis excrescat.

Recens lignum pallide flavescit instar Buxi, estque solidum, grave, succosum, & viscosum, putarentque homines lignum esse durabile, sed fallit, uti infra indicabitur, e contra trunci cortex est siccus, & admodum fragilis.

Nomen. Latine *Lignum momentaneum.* Malaice & Amboinice *Pegamatta*, quod quidam interpretantur *Pegang Matta*, h. e. momentaneum, seu quam diu oculi aperiuntur & clauduntur, quum tam cito putrescat. Ternatice *Sal.*

Locus. Ubique in Amboinæ silvis crescit, etiam circa litus; in Leytimora raro obcurrit, sed copiosa est arbor in Moluccis.

Usus. Hoc fallax lignum ad primum adspectum, uti dictum est, videtur durabilissimum, quum adeo solidum & grave sit, sed cum admiratione experimur, tam cito corrumpi, intra paucos enim menses cossos generat, cujus caussa sine dubio est copiosus liquor. Ternatense autem videtur siccioris & solidioris esse substantiæ, aliquando enim ibi adhibentur ad postes vetusti arborum harum trunci. Fructuum ossicula a quibusdam ad utrosque apices poliuntur ac perforantur, ex quibus amuleta formantur, quæ Amboinensium mulierculæ brachiis circumligant, Coralliis naturalibus vel aureis interpositis, eleganter enim poliri possunt instar Ganitri, quæque, si perforentur, non facile franguntur, unde & confido, si hæc incolis veteris Indiæ essent nota, hosce gestaturos illa in amuletis æque ac ista, quæ ex Ganitro formantur.

XVIII. HOOFDSTUK.

Pagamatta-Boom.

DIt werd een dikken, dog geen hogen stam, in 't gemeen hooger dan een Limoen-boom, met een effe, ligte graauwe schorsse. De bladeren staan zonder order, en gelyken die van Daun Candal, *geensints getant, maar met effen randen, doch 't jonge blad is wyd getand, wiens hoeken metter tyd uytgroeyen, 4. duymen lang, 2. en 3. vingers breed, glad, met weinige ribben, waar van 3. agter by de steel te zamen stooten, gelyk in 't voornoemde blad.*

Het bloeyzel zyn moschagtige bloempjes, aan korte trosjes wassende, waar uyt werden besien, in de grootte van Hasel-noten, dog ronder, met weinig vleesch bekleed, 't welk meest groen blyft, en haast afrot, als ze op de aarde vallen, daar onder leyd een zeer harde steen, in de grootte van een pistool-kogel, en minder, rondom met gaatjes en wratten bezet, gelyk de Ganiters, en van buyten ziet men 4. uytbuylende aderen, de korls langs heenen, als in 4. verdeelende, doch men kan ze maar in 2. deelen openen.

Voor hebbenze een korte harde spitze, met een andere kleinder ofte een uytwasje, van verre zyn ze uit den graauwen vaal, zo diep niet gegraveert als de Ganiters, en laten zig eenigsints glad polysten. Binnen hebbenze een wit beestje, van smaak als Catappan. *Het bloeyzel valt meest af, zo dat 'er hier en daar aan de trosjes een vrucht blyft hangen.*

Het versche hout is bleek-geel, als dat van Bux-bomen, dicht, swaar, zappig, en slymerig, en men zoude zeggen, dat het een durabel hout was, maar 't bedriegt, als hier na gezeid zal worden, daar en tegen is de schorsse des stams droog, en bryzelig.

Naam. *In 't Latyn* Lignum momentaneum. *Op Maleyts en Amboinsch* Pegamatta, *'t welk zommige uytleggen* Pegang Matta, *dat is een ogenblik, of zo lang men de ogen mogte op en toedoen, om dat het zo ligt vergaat. Op Ternaats* Sal.

Plaats. *Het wast over al in 't Amboinsche bosch, ook langs de Zeekant. Op Leytimor is 't weinig, maar overvloedig in de Moluccos.*

Gebruik. *Dit bedriegelyke hout schynd (als gezegt) in 't eerste aanzien zeer durabel, om dat 't zo digt en swaar is, maar met verwondering werd men gewaar, dat het zeer ligt vergaat; want in weinige maanden komt 'er den worm in, waar van buyten twyffel het overvloedige zap de oorzaak is. Het Ternataansche echter schynt van droger en vaster natuur te zyn, want 't werd zomtyds aldaar tot stylen gebruykt, als 't van oude stammen is. De korls werden by zommige aan beyde de eynden geslepen, en een gat doorgeboord, en aan snoeren gereegen, die zommige Amboinsche Vrouwen aan de armen dragen, met goude of andere Coralen gemengt, en laten zig zo glad polysten als Ganiters, die in 't boren ligt breken, dies ik vertrouwe, zo ze de Inwoonders van oud Indien wierden bekent gemaakt, dat zy dezelve zo lief zouden dragen aan snoeren geregen, als de Ganiters.*

Siccum lignum foco optime conducit, lentum enim fovet ignem, albosque exhibet cineres, si vero in silvis computruerit, ingratum & acidulum fundit odorem instar vetustæ *Sagumantæ*, tum quoque ex hoc ligno æque ac ex Sagu-medulla crassi pinguesque generantur cossi, qui in Scarabæos lucanos nigros & ingentes degenerant, atque ad alias advolant arbores, ut cibum quærant, præsertim ad Saguerum, ubi in Gorugons seu infundibulis inveniuntur, in quibus potus exstillans excipitur, ita ut hæc arbor genitrix omnium Scarabæorum nigrorum habeatur.

Het droge hout is goed om te branden, het houd een langzaam vuur, en geeft witte asch, maar als 't in 't Bosch verrot, zo geeft het een onlieflyken gooren reuk, als oude Sagumanta, *zo groeyen uit dit hout, zo wel als uit Sagumerg, dikke vette wormen of rupzen, waar uit groote zwarte Torren werden, dewelke na andere bomen vliegen, om daar haar kost te zoeken, inzonderheid na de Zagueers-bomen, daar menze in de* Gorugongs *vind, waar in men den drank tyffert, zo dat dezen boom voor de moeder van alle zwarte Torren gehouden word.*

Tabula Centesima Tertia

Ramum exhibet arboris, cujus lignum momentaneum est, & ab incolis hinc *Caju Pegamatta* vocatur.

De Hondert en derde Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, wiens hout kort van duur is, en by de Inlanders *Caju Pegamatta* genaamt werd.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Arbor rediviva. Eyparehu.

IN cunctis Indiæ locis circa æquatorem sitis omnes arbores plerumque semper virentes sunt, ac proinde rarissimum est arborem invenire, quæ ex parte vel omnino cuncta sua dimittit folia, in præcedentibus autem libris quasdam descripsimus, quæ partim illa deponebant, nullas vero, quæ ita ex toto ista amittunt, ac vicissim illis penitus orbæ sunt quam hæc, quam nunc describemus.

Mediocris est arbor, ejusque folia vulgaris sunt formæ, & inregularia quatuor, & quinque pollices longa, binos lata, paucis ac subtilibus costis pertexta, atque prope ortum ad petiolum geniculata sunt, instar foliorum Canarii. Fructus racemosi sunt, sed pauci simul dependent forma ac magnitudine ovorum Lacertæ seu cordium avicularum, primo cærulei, dein nigricantes, & uti maturi Canarii, punctulis quibusdam obscuris & albis notati. Sub pauca insipida exteriore carne oblongum reconditur ossiculum, formam gerens minoris Canarii, magnitudinem vero Olivæ ossiculi vel paulo minus, quod hexagonum est, quorum tres anguli magis protuberant, atque nucleum potissimum trigonum formant, in acutum durumque desinens apicem, qui in toto quoque fructu erigitur, angulorum porro interstitia rugosa & foraminulis excavata sunt, acsi granulosa & elaborata, vel a vermibus exesa essent, uti in *Canario decumano* id observatur, in tota autem arbore nulla pars reperitur, quæ *Canarium* spirat vel sapit, totaque nux in tres partes divisibilis est, in qua oblongus, siccus, & durus reconditur nucleus, in apicem quoque desinens, cui adpendix quasi alterius nuclei additur, officula quædam maxime trigona sunt, quædam hexagona ac breviora. Lignum satis grave est, solidum, & tignis quodammodo utile.

Anni tempus. Fructus in Orientalibus observantur mensibus.

Nomen. Latine *Arbor rediviva.* Malaiensibus ignota est, Amboinice in Leytimora vocatur *Typarehu* & *Tette Palehu*, h. e. lignum vegetum & coma viridis, non quum ejus lignum sit durabile, sed quia aliquando videtur mortua, ac mox reviviscit, novam emittens frondem, omni enim anno sub finem pluviosorum mensium hæc arbor cuncta sua dimittit folia, ita ut mortua videatur, quod in hisce terris rarissimum præbet spectaculum, quum homines non adsueti sint arbores videre foliis destitutas, ac viventes, post mensis vero spatium novam regerminat frondem.

Locus. In Amboina raro obcurrit, atque una tantum alteraque solitaria tam circa litus crescit, quam in montibus. In Celebe etiam erit nota, quum Macassarenses ejus quandam habeant notitiam.

DE *Ternatanen rekenen dit boompje onder 't geslagt van* Clompanus minor, *by hun lieden* Marocca *genaamt, en houden het voor 't manneken van 't zelve, waar van ziet 't voorgaande* 23. *Capittel, dog ik heb 't liever voor een byzonderen boom willen beschryven. De stam is regt, rank, en hoog, zonder takken tot in den top, alwaar hy zig eerst in weinige korte en knoestige takken verdeeld, welkers voorste einden wolachtig zyn; De bladeren zyn van de grootste, die ik ooit aan eenigen boom gezien heb, te weten, twee en een half voeten lank, een en een half, en twee voeten breed, dog aan de oude bomen zynze kleender, het blad heeft de gedaante van een uitgebreyden Rog, namentlyk van agteren breedst, na voren schielyk toelopende, waar aan een kleen spitsken is, als een staartje van een Rog, aan de bovenste zyde even, aan de onderste zyde wolachtig, met acht uitstekende grove ribben, aan de kanten even, en ongezaagt. Ieder blad staat op een dikken slappen steel, die mede wolachtig, en onder 't blad gevoegt is, zo dat 't blad daar op rust, als aan 't* Arum Ægyptium, *en boven een kuyl maakt.*

Uit den schoot der bladeren komt een tros, in weinige zyde-stelen verdeeld, daar aan 't bloeizel voorkomt, 't welk nog onbekend is. Daar op volgen de vruchten, die van 't folium calcosum *gelyk, dog kleender, te weten, van twee en drie delen te zamen gezet, buiten zandig en kleeverig, vast aan de vingers hangende, binnen in drie celletjes vind men zo veel zaden, in de grootte van Coriander, met dun geel vleesch omgeven, 't welk zig ligt laat afwryven, de bladeren eenige dagen in huis bewaart, rieken wat vuyl, als spoel-water. Het hout is week, niet durabel, egter tot Tartarren of dak-Sparren, aan ligte gebouwen bequaam. Men vind twee geslagten daar van, witte en rode, van eenderley gedaanten, maar verschillen in coleur, het roode of bruinsteelige heeft wat kleender bladeren.*

Naam. *In 't Latyn* Folium Mappæ, *naar 't Maleyts* Daun Dulang, *zommige noemen 't* Totarre Palecong. *Op Ternataans* Sou en Marocca Nonau. *Op Amboins* Aylanu Sunu, *op Leytimor* Ekana.

Plaats. *Het wast aan 't opgaan der hoogte van verre afgelegene gebergten, weinig in Amboina, en meest omtrent de hoek van* Nussanive, *niet in digte, maar in ligte bosschen. Men vind 't mede op Ceram, en in de Moluccos, als mede op Celebes Oost-kust.*

Gebruik. *Beyde wordenze gebruikt van de Inlanders der Moluxe en Amboinze eylanden, in plaats van Tafellakens en Servetten, in publicque maaltyden voor yder mensch een blad leggende, waar toe zy bequamer zyn, als* Daun Medji. *Het werd ook gebruikt, om in de Rys-kassen onder de Rys te leggen, want ze bederven niet, als men over 't hoge gebergte reyst, daar 't altyd mistig en mottig is, en de lugt zig gemeenlyk in een regen ontdoet, daar plegen de Inlanders deze bladeren op 't hoofd te zetten, als een weer-hoed, om van den regen of droppen der bomen bevryd te zyn, gelyk zy gemeenlyk wasschen aan 't opgaan van zodanige bergen, waar van ziet de Veerskens voor het* 63. Cap. Lib. 10. *in* Muscus Capillaris *gezet.*

De Alphoerezen van Celebes bewinden in deze bladeren de koppen, die zy van hare vyanden halen.

De Hondert en achtste Plaat

Vertoont een Tak van de *Tafellakens-blad Boom.* Alwaar Letter A. deszelfs *driehoekig* en *driehoilige vrucht* aanwyst.

A

CAPUT VIGESIM. QUINTUM.

Corallaria parvifolia. Zaga Pohon.

NUnc binas describemus arbores, quæ ob elegantem foliorum & officulorum seminalium formam hic locari merentur, *Corallarias* has vocamus, suntque divisæ in latifoliam & angustifoliam, quibus singulis peculiare tribuimus caput.

Corallaria parvifolia harum vulgatissima est, atque in satis altam excrescit arborem, *Tamarindo* simillimam, ejus autem coma non adeo ample est extensa, quæque recreationis gratia circa ædes plantatur, humilior est, elegantemque format frondem, ramorum cortex, uti & juniorum arborum est glaber, fragilis, parumque fissus, in adultis vero truncis cinereus est, ramulique seu foliorum rachides sibi obponuntur ex tenuibus viridibusque formatæ petiolis, octo novemque pollices longis, quarum tria quatuorve paria binos cum dimidio & tres pollices a sese invicem remota sunt, raro autem inpar extremum claudit, hisce rachidibus elegantia increscunt foliola, per binos ordines sibi obposita & alternata, quorum inpar extremum est, plerumque unum cum dimidio & binos pollices longa, ultra unum lata, juniorum vero arborum sunt majora, ab utraque parte acuminata, foliis *Blimbingi Teretis*, libro primo descripti, simillima, sed minora, glabriora, & firmiora, e longinquo glauca, glabra, & splendentia, quæ jucundum præbent adspectum, brevibus vero atque incurvis insident petiolis, qui inferiori foliorum parti semper proximi sunt, ac proinde nervus medius folium in binas inæquales dividit partes, saporis dulcis leguminosi.

Foliola hæc naturam sequuntur omnium arborum, quæ minora & pinnata gerunt folia, quod nempe post solis occasum sese claudant, quædam sursum, quædam deorsum, nulla autem planta est, quæ tam præcise hanc observat legem, quam hic *Zaga frutex*, de quibus postea ulterius.

Flores ex longis ac tenuibus excrescunt spicis, palmam circiter longis, quarum quædam simul proveniunt, ita ut laxum & vagum constituant racemum, per quorum decursum flosculi conspiciuntur radiati seu rosacei, ex quinque parvis & angustis petalis formati, primo albentes, dein flavescentes, in quorum centro staminula quædam locantur flava, odoris debilis, quique facillime decidunt, hos vero insequuntur tenues & planæ siliquæ, octo pollices longæ, digitum latæ, vix cultrum crassæ, parum retrorsum incurvatæ instar falcis, quarum septem octove simul uno ex racemo dependent, primo virides, dein nigricantes externe, quæ maturæ dehiscunt, ipsarumque segmenta retrorsum incurvantur, interne vero hæ siliquæ flavescunt, ex quibus officula facile prolabuntur, quæ copiose intus locantur, Lupini officulis quodammodo similia, sed minora, magnitudine nempe unguis digiti minimi, seu instar trigonæ & semi-plenæ bursulæ, angulis rotundis donata, quæ in medio parum protuberant, suntque durissima, eleganter rubra seu corallina, glabra, & splendentia, ita tamen, ut ipsorum latera intense magis rubra sint per lineam cum ipsis parallelam, quæ similem quasi format bursulam seu speculum, ab utraque nempe parte; prope angulum acutum per brevem venulam parieti siliquarum adnectuntur, facillime autem decidunt, magnaque copia sub arbore inveniuntur.

Ipsorum substantia interna est flava, dura, & sicca uti *Lupinorum*, ejusdemque fere saporis; officula vero hæc terram tangentia in arbusculas cito excrescunt tenues & erectas, quarto jam anno florentes.

Trunci lignum est solidum, album, & vetustarum arborum circa cor fuscum, ac durius, hæ tamen raro conspiciuntur. Floret mense Septembri.

Nomen. Latine *Corallaria parvifolia*, h. e. Corallodendrum ab officulorum colore. Malaice *Zaga Pohon*, Amboinice *Aylaru* & *Aylalu*, utraque nomina a similitudine parvæ *Zagæ* & *Alaru*, qui sarmentosus est frutex. Veri Malayenses hæc officula vocant *Condori* seu *Condorin*, ac Chinenses *Tschongfidji*.

Locus. Raro obcurrit in Amboina, plerumque sponte crescit in litoribus planis, & in levibus silvis mari- timis

XXV. HOOFDSTUK.

De kleynbladige Coraal-Boom.

WY zullen nu twee bomen beschryven, die wegens de mooye gedaante van haar loof en korls alhier plaats verdienen, wy noemenze Coraal-bomen, en zyn verdeeld in Corallariam parvifoliam *en* latifoliam, *die wy ieder een byzonder Kapittel geven.*

Corallaria parvifolia *is de gemeenste, en werd een redelyken bogen boom, de* Tamarinde-boom *zeer gelyk, doch zo breed van kruyn niet, die men om plaisier omtrent de huyzen plant, blyft lager, en breyd zig uyt met een cierlyken kruyn; de schorsse aan de takken, als mede aan de jonge bomen is effen, bros, en weinig gescheurd, maar aan de volwasse stammen ligt-graauw, en de ryskens staan regt tegens malkanderen aan dunne groene stelen, 8. en 9. duymen lang, by 3. en 4. paren, 2½ en 3. duymen van malkanderen, en zelden met een alleen voor uyt, aan deze steelen hangen cierlyke blaadjes in twee ryen tegen malkander, met een voor uyt, doch de blaadjes in 't byzonder staan verwisselt, in 't gemeen 1½ en 2. duymen lang, meer dan een breed, doch aan de jonge bomen zynze grooter, agter en voor toegerond, de bladeren van* Blimbing Teres *in 't eerste Boek beschreven, zeer gelyk, doch kleender, gladder, en styver, van verre boog zeegroen, glad, en blinkende, zeer lustig om aan te zien, op een kort en krom steeltje staande, 't welk de agterste helft van 't blad altyd naast is, en dierhalven de middelste zenuwen het blad in twee ongelyke deelen verdeeld, van smaak zoetachtig, als peulen.*

Deze bladeren volgen de natuur van alle bomen, die kleene en gevleugelde blaadjes hebben, te weten datze haar na Sonnen ondergang sluyten, zommige opwaarts, zommige nederwaarts, doch geen plant die 't met zulke precieje wetten doet, als de Zaga Frutex, *waar van hier naar.*

Het bloeyzel komt aan lange dunne ayren voort, omtrent een hand lang, en ettelyken by malkanderen, aan een ydelen tros staande, aan welken langs henen kleene bloempjes wassen, dewelke zyn gesternt, van 5. kleene en smalle blaadjes gemaakt, eerst wit, daar na geel, met eenige geele draatjes in de midden, slap van reuk, en ligt afvallende, daar op volgen dunne en platte houwen, 8. duymen lang, een vinger breed, en schaars een mes dik, een weinig agterwaarts gekromt als een Sikkel, en met 7. a 8. aan een tros by malkander hangende, eerst groen, daar na swartachtig, van buyten ryp geworden splytenze van zelfs, en de deelen krullen haar agterwaarts op malkander, en aan de binnen-zyde zynze geel, waar door de korls ligt uytvallen, binnen schuylen veel korls of boontjes, de Lupinen *eenigsints gelyk, doch kleender, in de grootte van een nagel van een pink, of beter als een driezydig en half gevuld beursje, met ronde hoeken, in de midden wat uytbuylende, steen-hard, schoon Coraal-rood, glad, en blinkende, zo nochtans dat de kanten wat hoger-rood zyn, een linie, die met de kanten paralleel loopt, formeerd een diergelyk beursje of spiegeltje aan wederzyden, en by den spitze hoek hangenze met een kort adertje aan de kanten van de schale, doch vallen ligt af, en leggen met meenigte onder den boom.*

Hare binnenste substantie is geelachtig, hard, en droog, gelyk aan de Lupinen, *ook meest van die smaak, deze korls op de aarde vallende, schieten ligt op tot dunne regte boompjes, die in 't vierde jaar al beginnen te bloeyen.*

Het hout van den stam is digt, wit, en aan de oude bomen omtrent het hert bruyn, en nog harder, doch die vind men zelden. Zyn bloeytyd is in September.

Naam. *In 't Latyn* Corallaria parvifolia, *dat is kleynbladige Coraal-boom, van de gedaante des korls. Op Maleyts* Zaga Pohon. *Amboinsch* Aylaru *en* Aylalu, *beyde na de gelykenisse van 't kleene* Zaga, *en* Aylaru, *'t welk een slingerend struykje is. De rechte Maleyers noemen deze korls* Condori *of* Condorin. *De rechte Chinezen* Tschongfidji.

Plaats. *Men vindze weinig in Amboina, by wast meest van zig zelfs op vlakke stranden, en in ligte bosschen,* niet

timis tam in Hitoea, in litore ejus *Senalo*, quam in Leytimora in districtu Oerimessing.

Usus. Hæc arbor non peculiarem præbet usum, sed ob elegantem ejus formam & gratam umbram circa ædes plantatur, ubi in arenoso mollique solo citissime excrescit, & late sese extendit; ejus coma ibi quoque multo viridior est quam illarum arborum, quæ in silvis crescunt, inter quam apertæ siliquæ cum rubris officulis jucundum præbent spectaculum. Ihanenses aurifices hisce officulis utuntur ex defectu verorum *Sagi* officulorum ad cohibendum aurum, non quia hæc officula hanc habent virtutem, sed quod ipsorum farinam in amylum norunt subigere, cum quo Metallicum miscent pigmentum, quod auri frustis & segmentis firmissime adhæret.

Mulierculæ quædam officulorum angulos poliunt, quæ perforant, & in amuleta ducunt, quæ pueri loco Corallorum ad collum gerunt. Chinensis *Condorius* seu *Tschongsidji* in Australibus partibus Chamchiu, Hayting, & insulæ Aymyu crescens, officula gerit rotundiora, duriora, solidiora, & graviora Amboinensi, quæ proprie argenti ponderi inserviunt, eo quod æqualem habeant gravitatem. Colliguntur ibi quoque ex altis arboribus, quæ siliquas gerunt breviores Amboinensi, non ultra digitum longas, sed semper incurvas instar acinacis. Decem talia Condorii officula libræ momentum constituunt, decemque momenta unum *Tayl* seu sectiunculam forte, quæ apud nos decem sunt drachmæ, nostrorum vero Amboinensium officulorum quindecim unum Maas seu momentum constituunt, & centum & quinquaginta unum *Tayl* seu decem drachmas, ita ut in aliis regionibus sint graviora & majora forte. In Malabara aliisque Indostanæ regionibus quoque crescunt, atque Portugallice ibi vocantur *Gondjo* seu *Gonzo Chapete*, h. e. plana grana, ad distinctionem Zagæ officulorum, quæ *Gonho Cabeça Preta* vocant. In Java tam hæc quam Zagæ officula ad pecuniæ librationem adhibentur, atque utraque vocantur *Zaga* seu *Zoga*.

niet verre van zee gelegen, zo op Hitoe op de strand van Senalo, *als op Leytimor in 't distrikt van Oerimessing.*

Gebruik. *Men heeft geen zonderling gebruyk van dezen boom, als dat men hem om zyn fraaye gedaante, en om schaduwe te hebben, voor de huyzen plant, daar hy in een zandige losse grond haast opschiet, en zig fraay uitbreyd, ook is zyn loof veel jeugdiger-groen, dan aan de gene, die in 't wild wassen, daar tusschen dan de geborste houwen met de roode korls zeer speculatief hangen. De Ihaneze Goud-smeden gebruyken deze korls by gebrek van de regte Saga-korls, tot 't solderen van 't goud, niet als of het merg zelfs van deze korls die kragt had, maar om datze dezelve tot een styfzel weten te wryven, waar mede zy 't Metallische soldeersel mengen, en aan de stukken van 't goud kleven.*

Zommige Vrouwtjes slypen de korls wat aan de kanten, doorborenze, rygenze aan snoeren, en latenze de kinders in plaats van Coralen dragen. Der Chinezen Condorius *of* Tschongsidji, *wassende in de Zuyder-deelen van Chamchiu, Hayting, en 't Eyland Aymuy, zyn ronder, harder, vaster, en swaarder dan de Amboinsche, en werden eygentlyk tot 't wegen van zilver-gewigt gebruykt, om datze eenparig van swaarte zyn. Zy wassen aldaar mede op hooge bomen, de houwen zyn korter dan de Amboinsche, niet boven een vinger lang, maar altyd gekromd, als een Sabel, van zulke Condorius* 10. *maken een Maas, en* 10. *Maas een Tayl, 't welk by ons* 10. *Drachmæ zyn; doch van onze Amboinsche korls gaan* 15. *in een Maas, en* 151. *op een Tayl, zo datze in andere landen wat grooter of swaarder moeten zyn. Op Malabaar, en andere Indostaansche landen wassenze ook, en heten in 't Portugeesch* Gondjo *of* Gonzo Chapete, *dat is platte gondjes, tot onderscheyd van de Zaga-korls, dieze* Gonho Cabeça Preta *noemen. Op Java gebruykt men zo wel deze als de Zaga-korls, tot het wegen van 't geld, en noemen ze alle beyde* Zaga *of* Zoga.

In *Rumphii Adpendice* hæc adnotantur.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig.* 14. Malabarice vocatur *Mantsjadi*, Portugallice *Mangelins*, Belgice *Weekbomen*, ejusque descriptio ac figura cum nostra convenit; usus vero ipsorum ad cibum, ligni que ad tignum hisce incolis ignotus est. Ex relatu D. *Commelini* hæc arbor in *Surinama* quoque nota est. Javani hujus officula itidem *Zaga* vocant, a quibus etiam adhibentur ad auri & argenti librationem.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit 'er bygevoegt.

In Hort. Malab. part. 6. Fig. 14. *wert het in 't Malabaars* Mantsjadi. *Portugeesch* Mangelins, *in 't Duitsch* Week-boomen *genaamt, en de beschryving zo wel als de Figuur accordeert met het onze. Doch het gebruyk tot de kost, en 't hout tot het timmeren is by deze Inlanders gantsch onbekend. Na 't schryven van de Heer* Commelin, *zoude den boom ook in Surinamen bekend zyn. De Javanen noemen deze korls mede* Zaga, *en gebruykenze ook om goud en zilver daar mede te weegen.*

Tabula Centesima Nona

Ramum exhibet *Corallariæ parvifoliæ floriferæ.*

A. Ramulum denotat *siliquis* apertis & dehiscentibus onustum, ubi & *officulorum* situs in conspectum venit.

De hondert en negende Plaat

Vertoont een Tak van de kleynbladige *Coraaldragende-Boom*, met zyn bloemen.

A. Wyst aan een *Takje* met de *houwen* ofte *vruchten* opengeborsten, en daar in der zelver *zaaden.*

OBSERVATIO.

Hæc arbor a *Breyn.* in *Prodr.* 2. *p.* 38. vocatur Crista Pavonis, Glycyrrhizæ folio, maxima, Indica, flore subluteo, minimo, spicato, siliquis angustis, longissimis, ubi semina occultantur, protuberantibus, semine orbiculato compresso sanguineo: & est Phaseolus alatus arboreus, fructu orbiculato compresso, coccineo. *Herm. Cat. H. L. B. p.* 495. & Arbor siliquosa Indica, flore spicato pentapetalo, siliquis longis nodosis, fabis coccineis *Ray Hist. pl. p.* 1752. Hæc vero mihi in *Thes. Zeyl. pag.* 79. vocatur Crista Pavonis arbor, foliis subrotundis, alternis, flore spicato, pentapetalo, flavo, lobis longis, fructu orbiculato coccineo, ubi vide reliqua, & *Not.* ad *H. Malab. part.* 6. *pag.* 26.

AANMERKING.

Deze Boom wert van *Breyn.* in zyn *tweede Prodr. p.* 38. genaamt de Oost-Indische groote Crista Pavonis, met het blad van de Zoethout-struyk, met een geelagtige, kleyne bloem, met lange smalle peulen uytpuylende, daar de zaaden leggen, met een rond gedrukt rood zaat: en is de boomagtige gevleugelde Boon met rond-gedrukt rood zaadt, van *Herm.* in de *Catal. H. L. Bat. p.* 495. en de Oostindische peuldragende Boom met een vyfbladige bloem aan een stengel groeyende, met lange bultige peulen, en roode zaaden van *Ray* in zyn *Histor. pl. p.* 1752. en wert van my genaamt in de *Thes. Zeyl. pag.* 79. Crista Pavonis-Boom, met rondachtige bladen, die over en weer staan, met een stengelagtige bloem, die vyfbladig is, en geel, met lange houwen, en een rondt rood zaadt, alwaar het overige ziet, als mede de Aanmerking op het zesde deel van de *Hortus Malab. pag.* 26.

A

B
B
A
A
B
A

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Corallaria latifolia. Zaga Pohon.

CORALLARIA *latifolia* quoad folia parvam cum præcedenti habet similitudinem, cæterum arbor etiam est silvestris & alta, aliquando binas ulnas in diametro crassa. Ejus coma densa est per frequentes foliorum rachides. Folia autem per tria & quatuor paria sibi obponuntur, inpari extremo, quod cæteris longius est, quæ plerumque quatuor pollices longa sunt, unum lata, superius angustata in brevem firmumque apicem, suntque glabra, & firma, obliquis & intricatis venis pertexta, parumque protuberantibus, rachides quoque foliosæ ad ortum geniculatæ sunt, atque inferiora folia dimidio minora sunt superioribus, unde & a prioribus multum differunt, uti & multo etiam pallidiora sunt. Flores longis ex racemis dependent, prioribus fere similes.

Fructus a præcedentibus differunt, sunt enim parvæ rotundæ siliquæ, magnitudine biobuli, in apicem incurvum desinentes, duræ, & externe nigricantes, quævis autem siliqua unicum tantum continet ossiculum, raro geminum, ossicula vero cum antecedentibus conveniunt, sed plerumque sunt majora, & ex trigono oblonga, unum enim latus, cui venula adhæret, latius est, nec illud speculum gerunt per lineam parallelam formatum, uti præcedentia, sunt porro durissima, corallii rubrum gerentia colorem, & splendentia, interne similem habent substantiam, atque magnitudinem unguis digiti indicis; trunci cortex glaber est, lignum album, & durum.

Nomen. Latine *Corallaria latifolia*. Malaice *Zaga* & *Aylaru Pohon*, quod commune est nomen cum præcedenti, sed ad distinctionem additur latifolia & parvifolia.

Locus. Raro obcurrit in Amboina, paucæ quædam hujus arbores inveniuntur in remotis Lariques montibus, & in sinu ipsis vicino Ley, uti & in Oma. Notæ quoque sunt in Banda, Cerama Orientali, & Macassara.

Usus. Parvum quoque præbet usum, ejus enim forma haud elegans est, unde neque apud ædes plantatur; ejus vero ossicula magis expetuntur quam præcedentis, quum læte magis rubeant, & in amuleta duci melius possint, & circa collum gestari instar Corallorum, alioquin ab aurificibus etiam adhibentur ad cohibendum, uti de prioribus fuit dictum, sed ex defectu potissimum veræ Zagæ, quæ ad hoc opus melius conducit.

Radices effossas quidam servant ad usum Medicum, supra porphyritim enim contritæ, & cum aqua propinatæ, abdominis tormina tollunt, quæ ex bile vel ardore caussantur.

Tabula Centesima Decima

Ramum exhibet *Corallariæ latifoliæ*.
Ubi Litt. A. ejus *siliquam*,
B. Vero *ossiculum seminale* denotat.

XXVI. HOOFDSTUK.

De breedbladige Coraal-dragende Boom.

CORALLARIA latifolia *heeft aangaande de bladeren, kleene gelykenisse met de voorgaande, 't is anders mede een hooge Wout-boom, zomtyds twee vademen in de rondte beslaande. De kruyn is mede digt van ryskens en loof; de bladeren staan met 3. en 4. paren tegen malkanderen, met een alleen voor uyt, dat langer is als de andere, die in 't gemeen 4. duymen lang zyn, ruym een dito breed, voor toelopende in een korte styve spits, glad en styf, met schuynze en verwerde aderen, die weinig uytpuylen; ook hebben de blad-dragende telgen by haren oorspronk een dik knietje; de agterste half zo groot als de voorste; dierhalven van de voorgaande veel verschillende, gelykze ook veel doodser-groen zyn. Het bloeyzel hangt na malkander aan lange steelen, het voorgaande meest gelyk.*

De vruchten verschillen wederom van het voorgaande, want het zyn kleene ronde houwen, in de grootte van een dubbelde stuyver, voor met een kromme spits, hard, en swart van buyten, hebbende ieder houwe maar een korl van binnen, en zelden twee. De korls komen met het voorgaande over een, maar doorgaans grooter, en uyt den driekanten langwerpiger, hebbende de eene hoek, daar 't adertje gestaan heeft, wat breeder, en hebben dat spiegeltje niet van de parallele linie gemaakt, als 't voorige, voorts mede steen-hard, coraal-rood, en blinkende, van binnen van diergelyke substantie in de grootte van een nagel van de voorste vinger: De schorsse des stams is effen, het hout wit, en hard.

Naam. *In 't Latyn* Corallaria latifolia. *Op Maleyts* Zaga *en* Aylaru Pohon, *gemeen met 't voorgaande, dog tot onderscheyd met byvoeging van groot en kleenbladige.*

Plaats. *Hy word weinig gevonden in Amboina, eenige weinige vind men in 't afgelegene gebergte omtrent Larique, en de daar by gelegene bogt Ley, als mede op Oma. Zy zyn mede bekent in Banda, Oost-Ceram, en op Macasser.*

Gebruik. *Zyn gebruyk is mede kleen, want hy heeft geen mooye gedaante om by de huyzen te planten; maar de korls werden meer gezogt dan 't voorige, om datze blyder-rood zyn om aan snoeren te rygen, en als Coralen te dragen; andersints werdenze van de Goud-smeden tot 't solderen gebruykt, gelyk van de voorige gezegt is, dog mede by gebrek van regte Zaga, die daar toe veel beter is.*

De wortelen uytgegraven bewaren zommige tot Medicynen, want op een steen gewreven, en met water ingenomen, genezen zy 't krimpsel des buyks, dat van gal of hitte komt.

De hondert en tiende Plaat

Vertoont een Tak van de breedbladige *Coraaldragende-Boom*.
Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht*,
En B. de *korls* aanwyst.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Clypearia. Caju Salowacko.

ARbor *Clypeorum* seu *Clypearia* duplex est, *alba* seu vulgaris, & *rubra.*

Primo, *alba* est arbor lata, corticem gerens glabrum & albicantem, cum trunco rotundo; per comam suam facillime e longinquo dignosci potest, quæ umbellam refert fusti inpositam. Ejus ramuli sunt magni, parum striati, & albis punctulis notati, hisce rachides insident inordinatæ, quæ prope ortum geniculatæ sunt, atque tenues & firmæ, quibus foliorum pinnæ adnectuntur fere obpositæ, a duodecim ad octodecim pares, uti & folia hisce insident obposita, a decem ad viginti quinque paria. Vetustarum vero arborum rachides tantum sex septemve foliorum pinnas gerunt, ac sexdecim foliorum paria, supremæque pinnæ & rachides semper longiores sunt inferioribus. Foliorum forma cum illis *Tamarindi* convenit, sed minora sunt & angustiora, inferne albicantia, superne intense viridia, saporis fatui cum quodam acore, abruptaque ramorum folia sursum sese contrahunt & claudunt.

Flosculi sunt pusilli, ex quatuor flavescentibus petalis constructi, qui in centro gerunt plurima crassa & brevia staminula cum antheris luteis. Fructus sunt siliquæ tenuissimæ & planæ, ultra quatuor pollices longæ, vix unum latæ, externe transversaliter distinctæ, in quibus oblonga reconduntur ossicula nigricantia.

Trunci cortex est succosus & viscosus, si incidatur, non crassus est, sed tenuis, lentus, cinereus, & externe parum rugosus, odoris tetri instar putridæ aquæ. Lignum est album & parum ruffescens.

Nomen. Latine *Arbor Clypeorum alba, & Clypearia alba.* Malaice *Caju Salowacko Poeti.* Amboinice *Sye* seu *Sya.* Ternatice *Rare.* Bandice *Sikat.*

Locus. Leves amat silvas, & plana loca Soli bene exposita, numquam vero densas silvas.

Usus. Virtus ejus medica nondum innotuit. Trunci lignum magno in usu est ad Amboinensium clypeos longos, seu *Salowackos* ex ipso fabricandos, quum ejus lignum siccum sit leve & lentum, quod vix incidi potest vel perforari. Monoxyla etiam ex hoc formantur ligno, non quum sint durabilia, sed ex incolarum opinione, quod faustum sit lignum piscatoribus. Non autem conducunt in saxosis & rugosis litoribus, quum solum tangentia & adtracta filamentosa sint, unde & oportet illa omni mense levi adurere flamma; ex arboris cortice canales formantur, in quibus Sagumanta contrita pinsitur & subigitur.

Secundo rubra species maxime ab alba differt, ejus enim truncus longior est, & magis fruticosus, sensim tamen adeo crassescit, ut Monoxyla ex ipso itidem formari possint. Ejus cortex magis etiam rugosus est & fissus, atque ad fuscum adcedit colorem. Ejus rami sunt inregulares & solitarii, quorum superiores pentagoni sunt, & angulis acutis distincti, in horum summo tenues excrescunt rachides plures simul, atque in ipsis a sex ad decem foliorum paria, quæ magis distant. Folia maxime ab antecedenti differunt specie, atque inter sese etiam non multum conveniunt, inferiora enim haud longiora sunt ungue digiti. Supremum vero par ultra tres pollices longum est & latum, ab utraque acuminatum parte, illis *Utta Manu* similia, intermedia etiam variant respectu aliorum, atque peculiarem insuper habent characterem, quod nervus nempe medius non directe per folium decurrat, atque ipsum folium oblongam refert tessellam, quæ figura *Rhomboides* dicitur. Cuncta autem subtus instar serici mollia sunt, ac brevissimis insident petiolis.

Flores parvis insident racemis, qui primo capitula sunt Sinapios semen referentia, quæ in flosculos sese explicant, ex quinque sordide albicantibus petalis formatos, quæ in centro penicillum quasi gerunt ex staminulis compositum.

Fructus

XXVII. HOOFDSTUK.

De Schildt-Boom.

ARbor Clypeorum *is tweederley: Eerstelyk het* witte *of gemeene: Ten tweeden het* roode.

Eerstelyk: Het witte *is een hooge regte boom met een effene witachtige schorsse, rond van stam, by is zeer kennelyk van verre, want zyn kruyn gelykt een Kiepersol op een stok gestooken. De takjes zyn groot, wat gestreept, met eenige witte puntjes, daar aan staan de ryskens zonder order, hebbende by haaren oorsprong een wratte, dun en styf, en aan dezelve bykans tegens malkander de steelen, van* 12. *tot* 18. *paaren, dragende insgelyks de bladeren tegens malkander van* 10. *tot* 25. *paar, doch aan de oude boomen hebben de ryskens alleenlyk* 6. *a* 7. *paar steelen, en* 16. *paar bladeren, en de voorste steelen en ryskens staan altyd langer dan de agterste. De gedaante van de bladeren is als van* Tamarindus, *kleender en smalder, aan de onderste zyde wit, aan de bovenste hoog-groen, van smaak smets met eenige scherpigheyd, en de afgebrokene bladeren sluyten haar opwaarts.*

Het bloeyzel zyn zeer kleene bloempjes, van vier geelachtige blaadjes, en in de midden met veele dikke, korte, en witte draatjes met geele nopjes. De vruchten zyn zeer dunne en platte houwen, ruym vier duymen lang, schaars een breed, van buyten over-dwers geribt, binnen in gemelde houwen, leggen langwerpige swartachtige zaden.

De schorsse is sappig en slymerig, als men daar in kapt, niet dik, maar dun, taay, ligt-graauw, en van buyten wat schurft, sterk van reuk als vuyl water. Het hout is wit, en een weinig na den rossen trekkende.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Clypeorum alba & Clypearia alba. *Op Maleyts* Caju Salowacko Poeti. *Amboinsch* Sye *of* Sya. *Ternaats* Rare. *Op Banda* Sikat.

Plaats. *Hy wast geern in ligte bosschen en vlakke plaatzen, die wel ter Sonne staan, maar nooit in 't digte bosch.*

Gebruik. *Zyn gebruyk in de Medicynen is nog onbekent. Het hout van den stam is in groot gebruyk om de Amboinsche lange-schilden of* Salowackos *van te maken, om dat zyn hout droog zynde, ligt en taay is, daar men qualyk doorkappen of steeken kan. Men maakt ook de kleene Praauwen van dit hout, niet om datze durabel zyn, maar na 't geloven der Inlanders, gelukkig zyn in 't visschen. Zy en deugen niet op ruyge en steenige stranden, om datze in 't op- en afhaalen aan den grond zeer veselen, dierhalven alle maanden eens gebrand willen zyn; uyt de schorsse werden geuten gemaakt, waar in men de gekapte* Sagumanta *kneed.*

Ten tweeden: De roode zoorte verschilt merkelyk van de witte, want den stam is laager en meer struykachtig, egter met ter tyd zo dik, dat men Praauwen daar uyt maken kan. De schorsse is ruyger, meer gescheurd, en trekt na den bruynen. De takken staan wat ongeschikt en enkeld aan de boomen, de voorste zyn vyfkantig, met scherpe ruggens afgedeelt. Aan 't voorste der zelver staan dunne ryskens, veele agter malkander, en aan dezelve van 6. *tot* 10. *paar bladeren, wat wyt van malkander. De bladeren verschillen van 't voorgaande merkelyk, en onder malkanderen zelfs, want de agterste zyn niet langer dan een nagel van een vinger, 't voorste paar is ruym drie duymen lang en breed, agter en vooren toegespitst, die van* Utta Manu *gelyk, die tusschen beyde staan naar advenant, en hebben nog iets byzonders, want de groote zenuwe gaat niet regt door de midden, en 't blad zelfs gelykt een langwerpige ruyte, welke figuur men* Rhomboides *noemt. Alle zynze van onderen zagt in 't aantasten, als fulp, en hebben zeer korte voetjes.*

Het bloeyzel komt voort aan kleene trosjes, zynde knopjes als mostart-zaad, die hun openen in zeer kleene bloempjes, van vyf vuyl-witte blaadjes gemaakt, in de midden met een quastje van fyne draadjes.

De

Fructus planæ sunt siliquæ, singularis ac miræ formæ, sunt enim inregulariter contortæ & compressæ instar cochleæ, externe summi aurantii coloris, atque instar serici molles, in quibus officula reconduntur ex rotundo plana, uti *Condoryns Corallariæ parvifoliæ*, diu virentia, dein fusca, & lapidea.

Arboris lignum album est, sed magis rubet quam præcedentis; gravius est, ac crassioribus constat ex fibris, unde & Amboinensium clypeis non ita conducit ac prioris.

Nomen. Latine *Arbor Clypeorum rubra*, & *Clypearia rubra*. Malaice *Caju Salowacko Mera*. Amboinice *Sea-Cau*. Alii hanc vocant *Kellor Goenong*, & *Kellor Oetan*. In Leytimora *Menahu Cubu* dicitur, quod denotat, ubi decidit, ibi vegetat, forte quum ejus officula ubique facile progerminent.

Usus. Ex crassis arboris truncis æque Monoxyla formantur quam ex prioris truncis, illo autem laborant vitio, quod licet sint levia ac facillime ex aqua evehi possint, aquam inbibant marinam, ac tardissime exsiccentur, unde nec etiam durabilia sunt, contra trunci cortex aptus est ad quævis retia tingenda, qui plurimus hujus arboris usus est.

Alia insuper minor *Sye* species est, quæ parvas gerit rachides, in quibus folia directe sunt obposita, ultra pollicem longa, foliorumque pinnæ sibi etiam obponuntur, dimidio minores illis Tamarindi, folia etiam mox sese contrahunt & claudunt, si illæ abrumpantur uti in prioribus. Foliorum rachides duplicem gerunt verruculam instar viridis Catjangh, inter folia & ramum.

Flores videntur in ample extensis Corymbis excrescere, quos insequuntur siliquæ planæ & tenuissimæ, binos ac quatuor pollices longæ, digitum latæ, ab utraque parte sulcatæ, superius rotundæ, externe pallidæ, illis *Aymalabæ* similes, sed minores, intus semina locantur oblonga, angustata, & tenuia, viridia, glabra, & dura, vix cultri dorsum crassa.

Locus. Ad pedes montium crescit, ac Baleyenses hanc comparant cum ipsorum *Palandingan*, quæ majora gerit folia, inque similibus siliquis paulo majora officula, nigricantia, edulia, sed acria, & linguam vellicantia, unde & ab ipsis plantatur.

De vruchten zyn platte bouwen van een vreemde gedaante, klucbtig gedraayd, en gewrongen als een wenteltrap, van buyten boog oranye-geel, en mede zagt als fulp, daar in leggen uyt den ronden platte zaden, gelyk de Condoryns *van* Corallaria parvifolia, *langen tyd groen, daar na bruyn en steen-bard.*

Het bout is wit, rooder dan 't voorgaande, swaarder en grofdradiger, daarom tot de Amboinsche schilden zo bequaam niet als 't voorige.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Clypeorum rubra, *en* Clypearia rubra. *Op Maleyts* Caju Salowacko mera. *Amboinsch* Sea-Cau. *Andere noemen bet* Kellor Goenong, *en* Kellor Oetan. *Op Leytimor* Menahu Cuhu, *bet welk wil zeggen, waar bet been valt, daar groeyd bet, misschien om dat de zaden over al ligt opkomen.*

Gebruik. *Uyt de dikke stammen maakt men zo wel Praauwen als uyt bet voorgaande, maar bebben die faute, datze wel ligt zyn, en gemakkelyk om op en af te balen, maar zuygen 't zeewater in, droogen langsaam weer op, en zyn dierbalven niet durabel; daar en tegen de schorsse des stams is bequaam om alderbande netten te tanen, 't welk dan bet meeste gebruyk van dezen boom is.*

Daar is nog een kleene zoorte van Sye, *die kleene ryskens beeft, en daar de bladeren regt tegens malkanderen staan, ruym een vinger lang, aan de steeltjes staan de blaadjes ook tegens malkander, balf zo groot als die van Tamaryn, en sluyten straks t'zamen als men ze afbreekt, gelyk ook de voorige. De ryskens bebben een dubbeld wratje als een groene Catjang, tusschen de bladeren en de tak.*

Het bloeyzel schynt voort te komen aan wyd uitgebreyde trossen, daar op volgen zeer dunne platte bouwen, 2. en 4. duymen lang, een vinger breed, te wederzyde gesoomt, voor rond, bleek van buyten, die van Aymalaba *gelyk, dog kleender, binnen leggen langachtige, smalle, en dunne zaden, groen, glad, en bard, qualyk zo breed als een rugge van een mes.*

Plaats. *Hy wast aan 't bangen van 't gebergte, en de Baleyers vergelyken 't by baar* Palandingan, *bet welk grootere bladeren beeft, en in diergelyke bouwen wat grooter zaaden, swartachtig, eetbaar, doch scherp op de tong, en 't wert by bunlieden geplant.*

Tabula Centesima & Undecima

Ramum exhibet *Clypeariæ albæ* filiquis planis & erectis.

De Hondert en elfde Plaat

Vertoont een Tak van de *witte Schildt-Boom*, met platte regte peulen.

Tabula Centesima & Duodecima

Ramum exhibet *Clypeariæ rubræ* filiquis contortis.

De hondert en twaalfde Plaat

Vertoont een Tak van de *roode Schildt-Boom*, met gedraayde peulen.

CAPUT VIGESIM. OCTAVUM.

Catti-marus. Kinar.

CAtti marus Tiliæ species haberetur, licet non tam alte excrescat, magnitudinem enim plerumque habet vulgaris Mali. Ejus truncus est crassus, compressus, incurvus, & nodosus, cujus cortex est rugosus, fissus, sordidus, ac plerumque musco aliisque herbis concretus, ejus rami sunt recti, ac plerumque sursum elevati, glabro obducti cortice, lento admodum & succoso, qui a ligno separari facile potest, uti in *Salicibus* ac *Novella*.

Ejus folia sunt magna & cordata, inferius nempe auriculata, superius in brevem apicem desinentia, plerumque semi-pedem lata & longa, integra, tenuia, superne glabra, inferne parum rugosa seu scabra ob plurimas venulas. Prope ipsorum petiolum quinque concurrunt nervi, petiolis autem insident longis & rotundis folia, quæ inordinata circa ramos locantur, vetusta quoque folia ad nervum medium verrucam gerunt. Malvaceum habent saporem, & contrita ad Violarum odorem adcedunt, præsertim tenera: Ipsorum succus fuscus est, cutisque pruritum excitat.

Flores longis insident racemis, qui in laterales quosdam dividuntur petiolos, quibus & foliola interponuntur.

Flosculi

XXVIII. HOOFDSTUK.

Kinar-Boom.

DE *Kinar-boom zoude men voor een Linde-zoorte kunnen aanzien, boewel zy zo boog niet werd, want by boud gemeenelyk de grootte van een gemeenen Appel-boom. De stam is dik, kort gedrongen, krom, en knoestig, de schorsse mede ruuw, schilferig, vuyl, en gemeenlyk met Mosch en andere kruyden bezet, de takken zyn regt, en meest overeynd staande, met een effene schorsse bekleet, die zeer taay en zappig is, latende zig van 't bout afschillen, gelyk de Wilge of* Novella.

De bladeren zyn groot en bertvormig, te weten agter met twee ronde billen, en voor met een korte spitze, in 't gemeen een balve voet breed, en lang, met effene kanten, dun, boven glad, van onderen wat ruyg of rimpelig, wegens de veele kleene aderen. By den steel stooten vyf zenuwen te samen, de steelen zyn lang, rond, en staan zonder order rondom de takken, ook bebben de oude bladeren aan de middelzenuwe gemeenlyk een wratte. Zy bebben een Maluwachtige smaak, en gewreven een reuk na Violen trekkende, byzonderlyk de jonge. Haar zap is bruyn, en jeukt wat op de buyd.

Het bloeyzel komt voort aan lange trossen, bun in eenige zyde-steeltjes verdeelende, daar tusschen kleene blaadjes staan.

De

Floſculi ſunt puſilli, læte purpurei, ex decem anguſtis petalis compoſiti, quorum quinque exteriora parum aperta ſunt, quinque interiora vero eriguntur, quæ piſtillum ambiunt inodorum.

Fructus pentagonæ ſunt veſiculæ, primo virides cum purpureo intermixto colore, ac demum rubeſcunt, & facillime dehiſcunt, anguli autem profundis ſulcis diſtincti ſunt, ita ut ſtellam referant. In quavis vero cellula nigricans ſemen reconditur. Si hæ arbores in remotis locatæ ſint locis, altiores & elegantiores excreſcunt, circa ædes vero humiles ſunt & inelegantes, quum ejus rami ſæpius amputentur, quos tamen cito regenerat inſtar Salicum, hinc etiam fit, quod ipſarum ſtipites adeo concreti ſint, totque paraſiticas alant herbas, plures enim ipſis increſcunt Filicis, Polypodii, & Muſci ſpecies, contra in ſummis ipſorum cavitatibus putrefactis latent angues, leguani, formicæ, ſimiliaque animalia.

Arboris lignum eſt pallidum, vetuſtorum truncorum flaveſcens, atque in quibusdam locis nigris venis diſtinctum, molle, attamen craſſum & lentum, nodoſum, nec poliri poteſt, nigræ vero iſtæ maculæ non in cunctis reperiuntur arboribus, ſed potiſſimum in talibus, quæ ſæpius detruncatæ fuere, in Java autem copioſius quam in Amboina. Ejus radices inregulares quoque ſunt, craſſæ, & nodoſæ, atque magna ex parte ſupra terram denudatæ conſpiciuntur, ejusdem itidem ſubſtantiæ.

Anni tempus. Sæpius in anno floret, ac fere nunquam fructibus deſtituta eſt, copioſiſſime autem hi Octobri & ſubſequentibus menſibus æſtivis conſpiciuntur.

Nomen. Latine *Catti marus*, juxta Malaienſe & Javanicum *Catti Mahar*. Amboinice in Leytimora *Kinar*. Hitoea *Kenal*. Macaſſara *Kauwas*. Ternata *Ngaro*. Baleya *Catti Maba*.

Locus. Ubique nota eſt arbor, ſed juxta regionum varietatem folia quodammodo differunt.

Uſus. Stipites quotidie adhibentur ad ſepes & palos hortorum ex iis formandos, lignum enim ejus quam maxime eſt vegetabile, non autem ita quam *Novellæ*. Ramorum cortex aptus eſt ad quævis ligamina, nodoſum ramorum & radicum lignum manubriis majorum cultrorum inſervit, non ob coloris elegantiam, ſed ſoliditatem ac tenacitatem, in Java vero aliisque locis, ubi hoc lignum nigras iſtas exhibet maculas, ad vaginas telorum adhibetur. Amboinenſes teneris ejus foliis caput lavant, ob violaceum ipſorum odorem, Europæi vero cutis pruritum inde ſentiunt.

Chirurgi quoque indigeni ipſorum ſuccum oculis meis inſtillarunt, quum mihi oculi inciperent eſſe caliginoſi, ad illos depurandos, quod in initio non percipiebam, ſed brevi poſt acredine ſua penetranti usque ad ipſum penetrabat cerebrum, non autem mihi ſolatio fuit, forte quod malum eſſet nimis pertinax.

In Baleya & Java has alunt arbores, ut majores ſint, nodosque præbeant vetuſtiores, ex quorum variegato ligno elegantes fabricant elaboratas telorum vaginas.

De bloempjes zyn kleen, ligt-paars, van 10. *ſmalle blaadjes gemaakt, waar van de* 5. *buytenſte wat geopent ſtaan, en de* 5. *binnenſte over eynd, omgevende een draadje zonder reuk.*

De vruchten zyn vyfhoekige blaaskens, eerſt groen, met wat paars gemengt, ten laatſten roodachtig, en berſten zeer ligt, zynde de hoeken met diepe voorns onderſcheyden, zo datze een Sterre gelyken. Binnen heeft men in yder Celletje een ſwartachtig zadeken; als deze bomen aan afgelegene plaatzen ſtaan, zo waſſen ze hoger en cierlyker, maar omtrent de woningen van menſchen blyft by kort en lelyk, om dat zyne takken zo dikwils afgekapt werden, die hy egter gaauw wederom gewind, gelyk de Wilge knoppen, daar van komt het ook, dat deze ſtronk zo bewaſſen is, en veele baſtaard-kinderen voeden moet, namentlyk veelderley zoorten van Filix, Polypodium, *en* Mos, *daar en boven in de verrotte bollen ſchuylen Slangen, Leguanen, Mieren, en andere ongedierten.*

Het hout is bleek, aan oude ſtammen geelachtig, hier en daar met ſwarte aderen of vlammetjes, week, nogtans dik en taay, werrig, en onbekwaam om glad te ſchaven. De ſwarte vlammen vind men niet aan alle bomen, en dat meeſt aan zodanige, die dikwils gekapt werden, op Java meer dan in Amboina, de wortelen zyn ook onbeſuyſt dik, en knoeſtig, en leggen een groot end boven de aarde bloot, mede van dezelfde ſubſtantie.

Sayzoen. *Hy bloeyd dikwils in 't jaar, en men ziet hem bykans nooit zonder vruchten, doch wel de meeſte in October, en de volgende Somer-maanden.*

Naam. *In 't Latyn* Catti Marus, *na 't Maleyts en Javaans* Catti Mahar. *Amboinſch op Leytimor* Kinar, *Hitoe* Kenal. *Macaſſaars* Kauwas. *Ternataans* Ngaro. *Baleys* Catta Mala.

Plaats. *Hy is overal bekent, hoewel na 't onderſcheyd der landen de bladeren een weinig verſchillen.*

Gebruik. *De ſtokken werden dagelyks gebruykt, om paggers, dat is levende heyningen daar van te maken, en allerhande ſtylen in hoven en thuynen, want 't is een groeyſaam hout, doch zo ligt niet als de* Novella. *De baſt is bequaam tot alderhande bindwerk, 't werrige hout aan de knoeſten en wortels, dient tot hegten van bouwmeſſen, zynde wel niet mooy in 't aanzien, niet te min taay en vaſt; maar op Java, en elders, daar dit hout ſwarte vlammetjes heeft, werd het gebruykt tot kris-ſcheden. De Amboinezen nemen de jonge bladeren om 't hooft mede te waſſen, wegens haare bloemachtige geur, maar de Europeanen gevoelen een jeukte daar van op de huyd.*

Ook hebben de Inlantze Meeſters het zap van de zelfde bladeren my in de oogen gedroopen, doen my 't gezigt begon te begeven, om de oogen te zuyveren, 't welk in 't eerſt niet gevoeld wierd, maar 't geen ik kort daar na met een doordringende ſcherpigheid tot in de herſſenen gevoelde, en 't holp my niet, om dat miſſchien het gebrek te halſterrig was.

Op Baley en Java voedenze expres deze boomen, om grooter en oude knoeſten te gewinnen, uyt wiens gevlamt hout zy fraaye uytgeſnedene kris-hegten maken.

Tabula Centeſima & Decima Tertia

Ramum exhibet *Catti Mari*.
Ubi Litt. A. ejus *fructum* denotat.

De Hondert en dertiende Plaat

Vertoont een Tak van de *Kinars-Boom*.
Alwaar Lett. A. deszelfs *vrucht* aanwyſt.

A

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Butonica. Boa Boeton, Huttum.

HÆc alta est arbor litorea, raro erecta, sed plerumque crasso & sinuoso trunco inclinans adeo sæpe humili, ut genibus prorepere sub hoc oporteat, ejusque coma ab aqua marina adspergatur, eodem modo uti in *Bintangora.* Corticem gerit glabrum, cinereum, ejusque rami sese amplissime extendunt, qui superius in quatuor vel quinque minores & tenuiores dividuntur instar coronæ majoris lampadis seu arboris Catappæ, folia in ramorum summo fasciculatim congesta sunt undique, inordinata, arcte sibi juncta, vestigia autem deciduorum secundum ramos notari possunt, sessilia sunt, atque ex angusto ortu sensim dilatantur ab utraque parte, juxta nervum medium crassum usque ad summum, ubi octo & sex transversales digitos lata sunt, ac subrotunda, octodecim pollices, immo binas spithamas longa, paucis lateque distantibus costis pertexta, quæ usque ad oras non excurrunt, suntque glabra, intense glauca, & pinguia; tenera folia, ex fructu primum propullulantia, pallide fusca sunt, uti & arboris, sed non ita grata, licet cruda edi possint cum Bocassan & piscibus, parvam enim habent amaritiem & adstrictionem, nec ita grata sunt ac illa *Butonicæ terrestris.*

Flos ingens est, fere instar illius Jambosæ silvestris, sæpe etiam magis dilatatus, quorum quivis singulari insidet petiolo, prope suprema folia proveniens, qui intus repletus est longis, rectis, & rubentibus staminibus, uti in Jambosis, sed multo copiosioribus, instar penicilli rubri, in horum medio longum & firmum instar cornu erigitur pistillum, haud ingrati odoris.

Rubescentes hi flores elegantissimum præbent adspectum inter glaucam illam comam, sique stamina decidant, terram sub arbore rubram efficiunt, post flores calicis binæ partes sese contrahunt, quibus flos insidebat, illisque subcrescit ingens pomum, superius acuminatum, quadragonum, inferius quatuor rotundis oris connivens, ubi & foveolam gerit, totusque fructus Jesuiticam refert mythram, qui diu virescit & glaber est, maturus vero fumeum adquirit colorem seu obscure fuscum, uti & in viridi fructu cinereæ quædam adparent venæ prope apicem, & quatuor isti anguli non semper æquales sunt, unus enim alterve sæpe deficit aut inregularis est. Maturus fructus externe crassa ac pilosa obductus est gluma, uti Calappæ nux, intus durum locatur officulum putamine destitutum, quod quadragonum fere est, bina vero ejus latera paulo latiora sunt reliquis, suntque rotunda, caro intermedia est dura, & alba instar Castanearum, parumque mucosa, insipida, seu parum salsa. Vulgaris fructus magnitudo pugnum adæquat, ita ut quodvis latus ultra palmam latum sit, in Celebe autem & Occidentalibus insulis multo major est, instar capitis nempe infantis, inveniuntur sæpe etiam fructus pentagoni. Ramorum medulla est alba uti Sambuci, sed pauca, lignum penitus molle est nec durabile.

Anni tempus. Fructus in conspectum veniunt Aprili & Majo, quique decidunt, per mare multum fluctuant, vel in litore projecti jacent, ubi & progerminant, internus nempe albus nucleus, ad partem petiolo proximam surculum emittit, in superiore autem parte radix propullulat, ita ut surculus per nucleum radici non nectatur, quumque hic fructus per maris undas in litus projiciatur, hinc fit, ut incurvus excrescat truncus.

Nomen. Latine *Butonica.* Malaice *Boa Boeton* & *Caju Boeton.* Javanice *Calappa Lupa* & *Lali.* Ternatice *Modjo.* Amboinice *Huttum.* Macassarice *Talissey.* Chinice *Tsjinckhi*, h. e. ora maritima, quum nullibi nisi in litore crescat, & ad ostia majorum fluminum.

Locus. Per totam aquosam Indiam reperitur, usque in ipsis Zephyreis Chinæ plagis, potissimum vero in insulis, nullibi in tantam altitudinem quam in Boetona, unde & nomen obtinuit, in Java quoque & Palembang crescit.

XXIX. HOOFDSTUK.

Boeton-Boom.

Sub finem mensium Orientalium fructus maturi observantur, quos Amboinenses spernunt, in Celebe autem hi a Bougensibus populis, uti & a Baleyensibus comeduntur, qui maturi sponte decidunt, Boegensium porro ridicula humanitas dictitat in conlectione horum fructuum non retrorsum arborem esse adspiciendam, tumque fructus molliores & delicatiores erunt, meo autem judicio fructuum maturitas saporem hisce addit, ut edules sint, ac præsertim si muria condirentur, vel alio præpararentur modo, odor enim ipsorum adlicit, ad maturam adcedens *Mangam fœtidam*, caro vero ipsorum est lenta, ac pastacea, si manducetur.

Hæ arbores quam crassissimæ & altissimæ excrescunt, ita ut conscendi nequeant, nisi palus ipsarum truncis adligetur, variis funibus adpensis, quibus pedes subfulciuntur, qui vulgaris est mos apud cunctos Indiæ incolas ad quasvis altas & crassas arbores adscendendas, quas complecti nequeunt.

Vidoricum silvestre sextum minima gerit folia, fructus, & semina. Folia quam maxime illa Caryophyllorum referunt, non autem ita ordinata sunt, nec in ramis cruciata, quinque pollices longa, binos digitos lata. Fructus copiosi ramis insident, sed vagi & solitarii suo ex petiolo, quales in parvifolia Varinga observantur, magnitudine globorum sclopeti, externe grisei, sique conterantur, instar pomi virescunt, plerumque sphærici & glabri, aliquando obscuris sulcis notati juxta nucleorum numerum, qui intus locantur & plerumque sunt bini, terni, quaterni, & quini, qui hilis sibi adcumbunt ejusdem coloris ac formæ cum proxime antecedente, vel paulo magis nigrescunt, sed omnium minimi sunt, haud enim majores sunt Pomi seminibus, caro eandem habet substantiam viscosam, ac sapore convenit cum illo quintæ speciei. Ejus lignum durius videtur esse illo præcedentis, quantum autem novi, nullius usus.

Nomen. Omnes hæ species ad *Vidoricum silvestre* pertinent, quod Malaice *Widoriek Utan* vocatur, quarum prima & secunda hoc in capite descripta cognominantur *Pandjang*, h. e. Vidoricum silvestre oblongum, omnes vero subsequentes species *Kitsjil* seu parvæ. Amboinensibus dicitur *Labutta* seu *Labuttan*, in Leytimora *Anaban*, h. e. Sjampadahæ folium ob foliorum formam. Quinta & sexta species peculiariter Baleyensibus dicitur *Njalatta*, h. e. viscosa, & Bœgensibus *Bolematta*.

In Amboina raro hæ arbores ad tigna adhibentur, quum recens ipsarum lignum sit succosum & grave, ac lente exsiccetur, si autem penitus sit siccum & leve, superioribus ædium partibus inservit.

Tabula Centesima Decima Octava

Ramum exhibet *Vidorici silvestris quarti*, cum ejus *fructu* & *officulo* separato.

In 't eynde van de Ooster-Mousson heeft men de rype vruchten; de Amboinezen veragten deze vruchten, doch op Celebes werdenze door de Bougise Volkeren, als mede by de Baleyers gegeten als ze van zelfs afvallen, lerende daar en boven de Boegische belagchelykheid, dat men in 't oprapen der vruchten niet agterwaarts na den boom moet zien, zo zullen de vruchten murwer en smakelyker werden; myns oordeels brengt de smaak aan de rype vruchten mede, dat ze tot het eeten bequaam konnen gemaakt werden, als men ze inpekelde, of anders toebereyde, want den reuk is aanlokkelyk, na een rype Manga fœtida *trekkende, maar 't vleesch is taay, en deegachtig in 't knouwen.*

Het werden dikke en regte bomen, die men niet beklimmen kan, of men moet een andere spar tegens den stam aanbinden, met verscheide touwen, daar men de voeten op zetten mag, 't welk een ordinarie manier is by alle Inlanders, om allerbande hoge en dikke bomen te beklimmen, die zy niet omvatten konnen.

De zesde wilde Widorik heeft de alderkleenste bladeren, vruchten, en zaden. De bladeren gelyken zeer na de Nagel-bladeren, doch staan zo ordentelyk niet in 't kruys om de takken, vyf duymen lang, twee vingers breed; De vruchten staan veele langs de takken, dog ydel, enkeld op een steeltje, gelyk men aan de kleene Waringe ziet, in de grootte van roer-kogels, van buyten mede grys, en als men ze wryft, appel-groen, meest regt-rond, en effen, of met donkere voorens geteykent, na 't getal der korls, die binnen in zyn, binnen in ziet men 2. 3. 4. en 5. korls, met de buyken tegens malkander staan, van dezelfde coleur en fatzoen als de naast voorgaande, of wel zo swart, maar de kleenste onder allen, want zy zyn niet grooter als de zaden van een appel, 't vleesch is van de zelve substantie, slymerig, en smaakt als die van de vyfde zoorte. Het hout schynt wat harder te zyn dan 't voorgaande, dog zo veel my bekent is van geen gebruyk.

Naam. *Alle de zoorten zyn een* Vidoricum silvestre. *In 't Maleyts* Widorik Utan, *waar van de eerste en tweede in dit Kapittel beschreven, bygenaamt werden* Pandjang, *dat is langwerpige wilde Widorik, alle de volgende zoorten* Kitsjil, *of kleene wilde Widorik. By de Amboinezen* Labutta *of* Labuttan. *Op Leytimor* Anahan, *dat is Tsjampadaas-blad, na de gelykenisse der bladeren. De vyfde en zesde zoorte hiet in 't byzonder by de Baleiers* Njalatta, *dat is kleverig, en by de Boegische* Bolematta.

Zy werden in Amboina weinig gebruykt tot timmeren, om dat het versche hout zeer zappig en swaar is, en langsaam opdroogt, als het evenwel ter degen uytdroogt, en ligt is, zo werd het tot bovenwerk aan huyzen genomen.

De hondert en achtiende Plaat

Vertoont een Tak van de *vierde* zoort van de *wilde Widorik-Boom*, met zyn *vrucht* en *steen* afzonderlyk.

CAPUT XXXIV.

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Restiaria alba. Caju Moron. Caju Totarra.

RESTIARIA duplex est, *alba* & *nigra*, maxime inter sese differentes, unde & utrique singulare tribuimus caput.

Restiaria alba humilis ac tenuis est arbor, raro virum crassa, cujus cortex est glaber, ex fusco & cinereo variegatus, parumque maculatus, unde & cutim Leguani quodammodo refert, interne succosus, lentus, flexilis, ac facile a ligno separandus, raros gerit ramos comamque tenuem, ramulorum ac rachidum supremum lanuginosum est. Folia ab utraque parte ramis insident inordinata, palmam longa, ultra transversalem palmam lata, ad oras subtiliter serrata, sed non profunde, multis venulis rugosa, superne ex nigro virentia nec splendentia, inferne albicantia & grisea, ad tactum mollia & lanuginosa, quædam spithamam longa sunt, quædam dimidio breviora, ac plurimum exesa, inferne etiam obsessa sunt plurimis lanuginosis verrucis seu tuberculis.

Primo propullulantia foliola longe aliam habent formam, latissima nempe, & ad latera unum alterumve angulum gerunt expansum, unde trigona & pentagona videntur, Vitis foliis similia, sed mollia, & lanuginosa, hæc plerumque progerminant, si veteres trunci amputentur, qui novos emittunt surculos. Folia contrita odorem spirant *Sampaccæ* florum, sed facile exsiccantur, ita ut sonora sint. Adulta inferius sunt subrotunda, in medio autem latissima, sex nempe digitos transversales lata sunt illa, quæ palmam longa sunt. Costæ illorum majores, seu primariæ rarissimæ sunt, & oblique admodum decurrunt, quarum tres prope petiolum concurrunt.

Flores parvis racemis insident, qui primo sunt pallide virentia, lanuginosa, & pentagona capitula, in flosculos sese aperientia albos, pentapetalos quoque, in quorum centro decem brevia & lutea locantur stamina, in quorum medio rugosum excrescit pistillum, Sambuci flores referunt, sed inodori sunt fere, saltem debilissimi.

Fructus sunt pilulæ quædam, externe pallide virentibus apicibus obductæ, instar capitum Bardanæ, qui tamen multo sunt flaccidiores, totusque fructus vix ejus magnitudinem habet, non autem acutus est, vel adhærens, sub lignoso ejus putamine quinque reconduntur cellulæ, in quibus semina continentur pusilla, fusca, & angulosa instar illorum Acetosæ, sed minora.

Arboris lignum est leve, siccum, nec durabile, nisi sicco tempore & decrescente luna cædatur, & fumo induretur, unde lentum, durum, ac durabile est.

Hæ arbores plerumque copiosæ in planis obcurrunt collibus, desertis hortis, similibusque locis, soli bene expositis, ubi & levem formant silvam, quæ apta quoque est, ut Caryophyllorum arbusculæ in hac plantentur.

Nomen. Latine *Restiaria alba*, ex foliorum colore, & *Perticaria prima*, ab ejus usu; Malaice *Caju Totarra, Caju Moran*, & *Totarra Itam*, ex corticis colore, h. e. anguina arbor & restiaria. Amboinice in Hitoea *Aymette*, h. e. lignum nigrum a corticis colore, quod nomen cum multis arboribus ipsi est commune, proprie autem vocatur *Mulæbuæ*, h. e. Leguani dorsum, quod cortex, uti dictum est, repræsentat, in Leytimora *Sappar* vocatur. In Loehœa *Amakin Abbal*, h. e. *Soccus silvestris*, vel magis proprie vocatur *Mare.* In Ternata *Disau Sayo*, & *Mohutoe.*

Locus. In hisce potissimum crescit insulis Orientalibus, ibi vulgatissima est arbor.

Usus. Hoc lignum quotidiano in usu est ad ædificationem, tam ad ædium tecta, sepes, & ad omnia opera, ad quæ fustes, pali, & tigna requiruntur; constructiones quævis ex hoc etiam formantur, quas non durabiles esse oportet, ac tandem optimum præbet foco

XXXIV. HOOFDSTUK.

De witte Londt-Boom.

RESTIARIA *is tweederley*, witte en swarte, *doch merkelyk van malkander verschillende, daarom wy ieder een byzonder Kapittel geven.*

De witte Londt-boom, is een lagen en dunnen boom, zelden een man dik werdende, de bast is effen, uyt den bruynen en graauwen gemengt, een weinig gespikkeld, en daar door de huyd van een Leguaan eenigzints verbeeldende, binnen zappig, taay, buygsaam, en laat zig van 't hout afschillen. Hy heeft weinige takken, en een ydel loof, 't voorste der takken en ryskens is wolachtig. De bladeren staan te wederzyden aan de takken, doch zonder order, een hand lang, ruym een dwers-hand breed, en aan de kanten fyn gezaagt, doch niet diep, met veele adertjes, rimpelig, boven swartgroen, en doots, van onderen witachtig en grys, mede zagt of wolachtig in 't aantasten, zommige zyn een span lang, zommige maar half zo lang, en de meeste doorvreten, van onderen ziet men ze ook behangen met veele wolachtige wratjes of knopjes.

De eerst uytkomende blaadjes zyn van een heel andere gedaante, te weten zeer breed, aan de zyde met een of twee uytstekende hoeken, waar door zy drie en vyfhoekig werden, en 't wyngaard-loof gelyk, doch zagt, en wolachtig; dit ziet men gemeenlyk als men de oude stammen afkapt, die dan jonge scheuten voortbrengen. De bladeren gehandelt, rieken wat na Tsjampacca *bloemen, maar worden ligt droog, zo datze rammelen. De volwassen lopen agter wat rond toe, zyn egter in de midden breetst, te weten zes dwers-vingers, van de gene die een hand lang zyn. De principaalste ribben zyn weinig, en lopen zeer schuyns, waar van drie agter by den steel te zamen stoten.*

Het bloeyzel komt voort aan kleyne trosjes, zynde eerst bleek-groene, wolachtige, en vyfhoekige knopjes, die hun openen in kleyne witte bloempjes, ook van vyf blaadjes gemaakt, daar binnen tien korte en geele draadjes, en in de midden een ander ruyg knopje, de Vlier-bloemen gelykende, doch zonder, of met een slappen reuk.

De vruchten zyn eenige pillen, van buyten met bleekgroene spitzen bekleed, als de groote klissen, dog veel slapper, en de geheele vrucht is qualyk zo groot als een gemene klisse, doch gantsch niet scherp of klevende, ook onder een houtachtige schaal ziet men 5. Celletjes, en daar in kleen, bruyn, en hoekig zaad, gelyk dat van Zuring, doch kleender.

Het hout is ligt, droog, en van zelfs niet durabel, het zy dan dat 't by droog weer en afgaande Maan gekapt, en een weinig berookt werd, waar door 't hard, of eygentlyk taay, en duursaam word.

Deze bomen vind men gemeenlyk veele by malkander op vlakke heuvelen, verlatene thuynen, en diergelyke plaatzen, die wel ter Sonne staan, alwaarze een licht bosje maken, bequaam om jonge Nagel-boompjes daar in te planten.

Naam. *In 't Latyn* Restiaria alba, *na de coleur der bladeren, en* Perticaria Prima, *van haar gebruyk. Op Maleyts* Caju Totarra, Caju Moron, *en* Totarra Itam, *van de coleur des schorsse, dat is Stange-boom en Londtboom. Amboinsch op* Hitoe Aymette, *dat is swart-hout van de coleur der schorsse, een naam met veele bomen gemeen; eygentlyk* Mulebuæ, *dat is Leguaans-rug, waar na, als gezegt, de schorsse gelykt. Op Leytimor hiet by* Sappar. *Op Loehoe* Amakin Abbal, *dat is wilde Soccum, of eygentlyker* Mare. *In Ternaten* Disau Sayo, *en* Mohutoe.

Plaats. *Hy wast meest in deze Oostersche Eylanden, en is aldaar over al gemeen.*

Gebruik. *Dit hout is een dagelyks gebruyk tot alderhande huyswerk, zo in den huysbouw tot het dakwerk, heyningen te maken, en alles daar toe men stangen, stokken, en sparren gebruyken moet; men maakt 'er ook alderhande stellingen van, die niet lang duren zullen, en* ten

foco lignum; Nunquam est adhibendum ad quodvis opus, quamdiu cortice est obductum, quum cossos facile generet, sed decorticandi sunt trunci & rami, qui per aliquod tempus Soli, vel quod melius, fumo sunt exponendi.

Tempore quinti Amboinensis belli, quod per Ternatensem præfectum *Quimelaha Madjira* excitatum est, alius ejus usus, non minus utilis quam necessarius innotuit, restes nempe seu igniarios funes ex ejus cortice neverunt, qui alioquin ex Calappi putamine formabantur, qui usus nobis re ipsa, istius belli tempore, multum commodi adtulit, quum antea hi sæpius quam maxime desiderabantur, primo externa rugosa pellicula abraditur, ac residuus flavus cortex seu liber decorticatur, qui recens baculis ligneis contunditur, ac per diem ad solem siccatur, ac tandem funis bombardarius ex ipso formatur, quod facile peragitur, atque a pueris, ancillis, & quibusvis instituitur hominibus. Si inter nendum nimis exsiccetur, aqua pauxillum conspergendus est; hic restis est ex fusco ruffus, vix digitum crassus, ignemque optime alit, atque omni in re tam præstans est ac ille Calappi, utrique autem in India multo aptiores sunt Belgarum reste, qui facile putrescit, &, si semel sit madidus, non cito exsiccatur. Multi cives & pauperes in Ternata, Tidora, & Amboina victum habent per restem hunc fabricandum, ita ut aliæ provinciæ hunc itidem adquirant. Hujus inventionis laus Boetonensibus est adscribenda, qui nobis primum hanc demonstrarunt arborem in Manipa anno 1654. quum illud bellum sævissimum esset.

Vocatur itidem *Caju Russa*, quia cervi ejus umbram amant, & cornua huic adfricant.

Tabula Centesima Decima Nona

Ramum exhibet *Restiariæ albæ*.

CAPUT TRIGESIM. QUINTUM.

Restiaria nigra. Mulebua.

SEcunda *Restiariæ* species tenuis quoque est arbor instar præcedentis, raro viri crassitiem adtingens, sed rectiorem gerit truncum.

Hujus cortex multo melius cutem refert Leguani quam prioris, est enim glaber, ex fusco niger, multisque parvis ac luteis maculis variegatus, multo autem fragilior est præcedenti, unde & ad restem nendum non ita aptus: Ejus folia majora sunt, ultra spithamam longa, septem & octo pollices lata, ad oras profundius serrata, & infra cordata, in medio latissima, tres autem magni nervi prope petiolum concurrunt, suntque rugosa admodum, & ad tactum lanuginosa, acsi arena essent conspersa, quales sunt & superiores surculi.

Fructus copiosiores simul dependent quam in præcedenti, nec externe molles gerunt apices, sunt autem pentagoni, seu ex quinque alis constant, qui tenui lignosoque cortice obducuntur, qui in maturis dehiscit, in quibus ex nigro splendentia conspiciuntur semina. Si rami amputentur, mucus exstillat *Papedam* referens. Hujus arboris lignum pallidius ruffescit quam præcedentis, ac fragile est.

Nomen. Latine *Restiaria* seu *perticaria nigra* & *Secunda.* Belgice *swarte Londt-boom.* Malaice *Caju Totarra Itam*, uti præcedens. Amboinice *Mulebuæ*, quod magis proprie est huic quam priori. In Hitoea peculiariter vocatur *Umarea*, *Amare*, & *Amake*, Baleyensibus *Bintano.*

Locus. In levibus itidem crescit collibus, ac desertis hortis, uti antecedens.

Usus. Altior excrescit prima, hinc ad postes, qui Malaice *Totarra* vocantur, aptior est priori, hi autem leviores sunt & fragiliores, unde & *Caju Gabba Gabba* dicitur, quod nomen ipsi commune est cum *Clompano minore*, ac subsequente *Hunut.* Ex ejus cortice restis etiam defectu alius fabricari posset, non autem ita solidus ac præstans est ac prioris. In quibusdam Hitoensibus pagis potus *Saguerus* hoc cortice amarus redditur, defectu veri Oebat: Baleyenses folia *Bintano* aliis oleribus adcoquunt & edunt.

N. B. Huic capiti nullam adjectam inveni figuram.

CAPUT

ten laatsten is 't nog goed brandhout. Men moet het nooit in eenig werk gebruyken, zo lang 'er den bast nog om is, want het ligt wormen genereerd, maar men moet hem afschillen, en de blote stangen een tyd lang in de Son, of, dat beter is, in de rook stellen.

Ten tyde van den vyfden Amboinschen oorlog, door den Ternataanzen Stadhouder Quimelaha Madjira *verwekt, heeft men nog een ander, niet min nuttig als nodig gebruyk aan dezen boom gevonden, te weten, Lonten uyt deszelfs bast te spinnen, die men anders van de Calappusbolster maakt, welke inventie ons inderdaad, ten tyde van die oorlog, groot gerief aangebragt heeft, daar men te vooren dikwils daarom verleegen was; men schraapt voor eerst de buytenste ruyge buyt af, en schilt de resterende gehele bast af, die men zo versch met houte klepels klopt, weder een dag in de Sonne droogt, en ten laatsten tot Lonten spint, 't welk ligt toegaat, en van jongens, meyden, en alderhande gesinde kan gedaan werden. Zo ze in 't spinnen te droog valt, moet men ze wat met water bevochtigen; deze bast-lond is bruyn-ros, schaars een vinger dik, houd een goede kool, en in alles zo goed als de Cocus-londt, maar alle beide in Indien veel bequamer dan de Hollandze londt, dewelke ligt verrot, en eens vochtig zynde, langsaam opdroogt. Veele Burgers en arme luyden in Ternaten, Tidore, en Amboina, generen hun met londt-spinnen, zo dat nu ook andere Provintien daar mede gerieft worden. Den lof van deze inventie moet men de Boetonders toeschryven, die ons eerstmaal dezen boom gewezen hebben op Manipa in 't jaar 1654. als de voornoemde Oorlog op 't bevigste was.*

Hy wert ook genaamt Caju russa, *om dat de Hartebeesten zig graag daar onder opbouden, en haare hoorns tegens de stammen wryven.*

De hondert en negentiende Plaat

Vertoont een Tak van de *witte Londt-Boom.*

XXXV. HOOFDSTUK.

De swarte Londt-Boom.

DE tweede zoorte van Restiaria *of Lond-boom, is mede een dunne boom, gelyk de voorige, zelden de dikte van een man bekomende, doch regter van stam.*

Deze schorsse gelykt veel beter na 't vel van een Leguaan, dan van 't vorige, want zy is effen, bruyn-swart, en met veele kleene en geele spikkeltjes bezet, maar veel brosser dan de vorige, en daarom tot het londt-spinnen zo bequaam niet. De bladeren zyn grooter, een span lang en meer, 7. en 8. duymen breed, aan de kanten dieper gezaagt, agter hertvormig, doch in de midden breedst, drie groote zenuwen stooten by den steel te zamen, zy zyn zeer ruyg, en wollig in 't aantasten, als ofze met zand bestrooyt waren, als mede de voorste telgen.

De vruchten hangen meer by malkander als aan de vorige, hebben geen weeke spits van buyten, maar zyn vyfhoekig, of uyt vyf vleugelen gemaakt, dewelke een dunne houtachtige schel hebben, die in de rype opberst, en daar in ziet men swartblinkend zaad. Als men de takken afkapt, loopt 'er een slym uyt als Papeda. Het hout is mede ligt-rosser dan 't vorige, en bros.

Naam. *In 't Latyn* Restiaria *of* Perticaria nigra *en* Secunda. *Op Duitsch* swarte Londt-boom. *Maleyts* Caju Totarra Itam, *als 't vorige. Amboinsch* Mulebuæ, *eygentlyker dan 't vorige. Op Hitoe noemt men het in 't byzonder* Umarea, Amare, *en* Amake, *de Baleyers* Bintano.

Plaats. *Het wast mede op ligte heuvelen, en verlatene thuynen, gelyk het vorige.*

Gebruik. *Hy wast hoger dan de voorgaande, daarom is hy tot stangen (die men in 't Maleytsche Totarra noemt) alzo gebruykelyk als de vorige, doch deze zyn ligter en brosser, daarom men 't ook* Caju Gabba Gabba *noemt, een naam gemeen met 't voorgaande* Clompanus minor, *en 't volgende* Hunut. *Uyt den bast zoude men ter nood londt konnen maken, doch die zyn verre zo vast en goed niet als van 't vorige. In zommige Hutueze dorpen maken ze den drank* Sagueer *daar mede bitter, by gebrek van 't regte* Oebat. *De Baleyers eeten de bladeren van haar* Bintano, *onder andere Sajor gekookt.*

N. B. Ik heb by dit Hoofdstuk geen aftekening gevonden.

XXXVI.

Tab. CXIX.

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Perticaria tertia. Hunut.

PErticaria tertia crassum, sed non altum, gerit truncum, albo glabroque cortice obductum, quo a cæteris distinguitur, & dignoscitur arboribus, atque in binas subdividitur species, latifoliam & parvifoliam, quæ utraque unam eandemque habent formam, excepto quod magnitudine differant.

Hunut parvifolia vulgatissima est, paucos gerens sinuosos & breves ramos: Hujus folia solitaria sunt, formam habentia potissimum perticariæ primæ, sed latiora sunt, nec mollia aut lanuginosa instar illius, sed rugosa admodum & scabra, ut & petioli ac superiores ramuli, unde & quodammodo spinulosa & arenosa videntur, ad oras subtiliter serrata sunt, ac porro siccissima, injucundi adspectus, & sonora.

Folia hæc inæqualis sunt magnitudinis, atque inordinata ramis insident, quædam enim spithamam longa sunt, ac sex digitos lata, quædam quinque & sex pollices longa, vix quatuor lata, inferius subrotunda, ac sinuosa prope petiolum, ubi tres magni nervi concurrunt cum aliis costis transversalibus & venulis, a quibus folium rugosum est.

Flores in ample extensis racemis excrescunt, qui singularis sunt formæ, compositi enim sunt ex decem angustis aureis petalis, instar stellæ expansis, in quorum medio alia quædam minora petala locantur circinnata, aureum referentes auris ornamentum, quod ex mulierum auribus dependet. Fructus magnitudinem Cerasi nigri habet, substantiæ lentæ, atque in quinque ejus cellulis totidem locantur tenuia, oblonga, & incurva semina, quorum anguli acuti sunt, maturescunt autem Octobri & Novembri, floresque producunt sub finem pluviosorum mensium. Fructus vero ipsi sunt pentagoni instar *Catti-Marus*, acsi ex quinque alis seu cellulis essent compositi, coloris fumei, & leves.

Arboris lignum levissimum, mollissimum, & inutilissimum est omnium lignorum, licet crassis constet fibris, & crassum sit, ad oras silvarum crescit hæc arbor ubique, tam in planitie, quam in montibus, plurimum vero in arenosis & sterilibus locis.

Latifolia præcedenti similis est forma, ejus vero truncus altior est, atque folia plerumque spithamam longa sunt, quinque & sex pollices lata, eodem modo serrata & venosa, multo autem rugosiora sunt, nec tantum arenosa, sed etiam pungentibus pilis hirta, præsertim petioli & rami, ita ut difficulter tractari possint, atque pruritum excitent. Fructus eandem gerunt formam cum prioribus, sed sunt oblongiores, digiti articulum longi: Ejus lignum magis albicat, mollius est, & fragilius quam præcedentis, nec durabile.

Ambæ arbores corticem gerunt glabrum & album, quo ab aliis facile dignoscuntur arboribus, quique lentus est uti Restiariæ.

Nomen. Latine *Perticaria tertia*, quum tertia sit ordine & virtute, a vulgo vocatur Malaice *Caju totarra*, uti præcedens, verum autem nomen Amboinense est *Hunut.*

Usus. Parvifolia vulgares præbet palos, ad opera vero, quæ per aliquot tempus durabilia esse oportet, non vel raro adhibetur, latifolia nullum subministrat tignum, sed foco utile est ejus lignum.

Tabula Centesima Vigesima

Ramum exhibet *Perticariæ*.

XXXVI. HOOFDSTUK.

De Stange-Boom.

DE *derde Stange-boom heeft een dikke, dog geen hogen stam, met een witte effene schorsse bekleed, die hun onder andere kennelyk maakt, en is onderdeeld in twee zoorten, grootbladig en kleenbladig, zynde van een fatzoen, behalven dat de bladeren in grootheid verschillen.*

Het kleenbladige Hunut *is 't gemeenste, heeft weinige, bogtige, en korte takken. De bladeren staan enkeld, van fatzoen meest als de* Perticaria Prima, *dog breeder, niet zagt of wolachtig, gelyk die, maar zeer rimpelig en ruyg, gelyk ook de stelen en voorste takken, waar door zy eenigsints stekelig of zandig vallen in 't handelen, aan de kanten ook fyn gezaagt, voorts zeer droog, onaanzienelyk en rammelende.*

De bladeren zyn van ongelyke grootte, en dat door malkander aan een tak, want zommige zyn een span lang, en 6. vingers breed, zommige 5. en 6. duymen lang, schaars 4. dito breed, agter met ronde billen, die aldaar een boesem maken, daar den steel ingelaten werd, en zig daar in drie groote zenuwen verdeelen, nevens andere dwers-ribben en adertjes, die 't blad ruyg maken.

Het bloeyzel hangt aan wyd uytgespreyde trossen, 't welk zyn bloemen van een zeldsaam fatzoen, want zy zyn gemaakt van 10. smalle goud-geele blaadjes, als een Sterre uytgebreyd, daar binnen staan nog eenige andere blaadjes in krulletjes, verbeeldende een goude oor-vercierſel, dat de Vrouwen in de ooren dragen. De vrucht is in de grootte van een krieke, taay van substantie, en in haar vyf vlerken leggen zo veel dunne langachtige, en wat kromme zaden, en de hoeken zyn van buyten aan de kanten scherp, zy zyn ryp in October en November, en bloeyen in 't eynd van de regen-Mousson. De vruchten zyn vyfhoekig, als Catti Marus, *en als uyt vyf vlerken ofte huydekens gemaakt, rookverwig, en ligt.*

Het hout is 't weekste, ligtste, en ondeugenste onder alle houten, hoewel 't grofdradig en dik is; hy wast aan de randen van 't Wout, over al, zo in de vlakte als op 't gebergte, doch meest op zandige magere plaatzen.

Het grootbladige is 't voorgaande aan gedaante meest gelyk, doch de stam wert hoger; de bladeren zyn doorgaans een span lang, 5. en 6. duymen breed, op dezelfde manier zynze gezaagt en geadert, maar veel ruyger, niet alleen zandig, maar ook met stekelige hayrtjes bezet, inzonderheid aan de steelen en takken, zo dat ze moeyelyk in 't aantasten zyn, en eenig jeuken veroorzaken. De vruchten zyn van het zelfde fatzoen, als de vorige, dog langwerpiger, een lid van een vinger lang, 't hout is nog witter, weker, en brosser als aan 't vorige, gansch niet durabel.

Beyde bomen hebben een effene witte bast, waar door ze onder andere bomen kennelyk zyn, die taay is gelyk aan den Londt-boom.

Naam. *In 't Latyn* Perticaria tertia, *of sparre-boom, de derde in order en deugt; de gemene man noemt 't in 't Maleyts* Caju Totarra, *gelyk de vorige, maar de eygentlyke naam is in 't Amboinsch* Hunut.

Gebruik. *Het kleenbladige geeft gemene sparren, maar aan werken die lang duren zullen, word het zelden of niet gebruykt, het grootbladige deugt gansch niet tot eenig timmerwerk, behalven tot brandhout.*

De Hondert en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Stange-Boom.*

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Tanarius minor. Samæ.

TAnarius nobis dicitur talis arbor, cujus cortex adhibetur ad quævis retia tingenda, unde in aqua marina durabiliora sunt, nomenque suum obtinuit, uti *Jul. Scaliger exercit.* 325. *Sect.* 12. id docet, a verbo *Tan*, quod Belgice denotat exteriorem viridem glumam Nucis Juglandis, atque contritum Quercus corticem, quo corium præparatur. Aliquot similes cortices supra descripsimus ad *arborem rubram* & *Mangium*, quum vero ab incolis binæ arbores ad hoc proprie opus in usum vocentur, quarum prima ad minora, altera ad majora adhibetur retia, hinc utrasque singulari describemus capite.

Tanarius minor vilis est arbuscula, haud multo altior frutice, ac simplicem tantum gerit truncum, haud multo crure crassiorem, totaque planta quam maxime cum *Ricino* convenit, ac subdividitur in *albam* & *rubram* speciem.

Alba seu vulgaris species simplicem gerit, tenuem, & rectum truncum ad Sambuci altitudinem, paucos emittentem ramos, qui glabro ac viridi cortice obducti sunt, qui cana quasi farina conspersus est, quæ abradi quoque potest, uti in *Ricino*.

Folia ejus sunt majora, cordiformia, sed nullum habent sinum, excepto quod interne parva fit flexura, suntque binas spithamas lata, ultra binos digitos longa, in brevem flaccidumque apicem desinentia. Juniora folia parum sunt serrata, vetusta vero non, sed angulus quasi prominet ad majorum venarum extremum, quodvis autem peculiari insidet petiolo, ulnam circiter longo, circa ramos, suntque herbacea, interne concava, externe simili conspersa farina, rami vero ac truncus interne medullam gerunt instar Sambuci. Petioli hi subtus folio inplantantur ad trium circiter digitorum distantiam a parte postica folii, ibique extenduntur in septem vel novem majores costas, quæ totum percurrunt folium uti in *Aro Ægyptiaco*, folia in plures minores dividuntur venas. Foliorum color est glaucus, qualis & tota arbuscula est. Petioli vero prope suum ortum ad truncum ab utraque parte foliolum gerunt squamosum & dentatum.

Ex alis alii longi & dependentes excrescunt petioli, qui similia gerunt squamosa foliola, quæ certa tegunt glauca capitula superius acuminata, Lini capitulis similia, in summo gerunt tria extensa filamenta instar *Ricini*, quæ ipsius sunt flores. Post foliolorum istorum lapsum, capitula hæc bina, terna, & quaterna sæpe conjuncta dependent tenui ex petiolo, in maximo autem solitaria, quæ ad magnitudinem seminum *Ricini* excrescunt, & externe brevibus & mollibus apicibus obsessa sunt, albaque conspersa farina. Matura rubescunt, inque tres cellulas dehiscunt, in quibus totidem locata sunt semina, quæ tali vi non exploduntur quam in *Ricino*. Sauciati petioli ac rami lentum ac ruffum exstillant mucum instar Papedæ, qui ferrum tangens nigrescit: Ad oras silvarum crescit, inque planis campis circa litus.

Rubra species præcedenti albæ similis est, sed paulo minora gerit folia, subtus rubentibus venulis pertexta, quales etiam petioli sunt, ubique glauca obducta farina, foliorum quoque color ex viridi ad fuscum accedit colorem, uti *Ricini rubri*. Ejus rami interne albam quoque gerunt medullam instar Sambuci. Hujus baccæ minores sunt illis *Ricini*, ex rotundo oblique compressæ, uti & capitulum oblique itidem positum est, ac binas quasi barbulas gerit. Ejus spinulæ sunt molles, breves, & vagi, ac quævis bacca externe unum alterumve obscurum gerit sulcum, matura in tres dehiscit cellulas, quarum quævis nigrum continet granulum instar seminis *Coriandri*, sed rugosum est & pellicula obductum, restans vero baccarum caro mucosa est. Granula hæc ex petiolis dependent & remanent, licet capsulæ decidant.

In

XXXVII. HOOFDSTUK.

De kleyne Taan-Boom.

T*Anarius of Taan-boom noemen wy zodanige, welkers schorsse gebruykt werd om alderbande netten te tanen, of een tanyte verwe te geven, waar door ze in 't zee water durabel werden, en heeft zyn naam gelyk* Julius Scaliger Exercit. 325. Sect. 12. *leerd van 't woord* Tan, *in 't Nederduitsch betekenende de groene bolster van een Walnoot, en gemalen eyken schorsse, waar mede men het leer bereyd. Ettelyke zodanige schorssen hebben wy boven beschreven, onder de* Arbor rubra *en* Mangium, *maar dewyl by de Inlanders eygentlyk twee bomen bekent zyn, die ze tot dit werk gebruyken, de eerste tot kleene, de tweede tot groote netten, zo zullen wy die ieder in zyn Kapittel beschryven.*

Tanarius minor *of kleene Taan-boom, is een gering boompje, niet veel hoger dan een heester, heeft ook maar een enkelde stam, die niet veel dikker dan een been werd, en de geheele plante heeft groote gelykenisse met de* Ricinus, *onderdeeld in* witte *en* roode *zoorte.*

De witte zoorte *of gemene, heeft een enkelde, dunne, en regte stam, in de hoogte van een Vlier-boom, weinige takken, en dezelve bekleed met een groene effene schorsse, die men bestrooyt ziet met een grys meel, dat men ook afvegen kan, gelyk aan de* Ricinus.

De bladeren zyn groter, hertvormig, doch zodanig, dat ze agter geen inham hebben, behalven een kleen bogtje inwaarts, twee spannen breed, en een paar vingers en meer lang, met een korte slappe spitze voor aan. De jonge bladeren zyn een weinig gezaagt, maar aan de oude ziet men niets, behalven een hoekje aan 't eynde der groote aderen, yder staat op een byzondere steel, omtrent een elle lang, rondom de takken, en zyn kruyd-achtig, van binnen hol, van buyten met diergelyk meel bestrooyt, maar de takken en stam hebben van binnen een hert, gelyk 't Vlier. Deze stelen werden van onderen in haar blad gelaten, omtrent drie vingers van de agterkant, en verdeelen hun van daar in 7. of 9. groote ribben, die zig door 't geheele blad verspreyden, gelyk het Arum Ægyptiacum, *hun in veele mindere aderen verdeelende. De coleur der bladeren is boven zee-groen, beneden blaauw-groen, gelyk het geheele gewasch ziet: De stelen hebben by haren oorspronk aan den stam te wederzyden een ander kleen blaadje, als een groote schubbe, aan de kanten getand.*

Uyt den schoot komen andere lange en afhangende stelen voort, daar aan men diergelyke schub-agtige blaadjes ziet, dewelke bedekken zekere blaauw-groene knopjes, boven spits, en de vlas-dodden gelyk, doch hebben boven op 3. uytgebreide draadjes, gelyk de Ricinus, *'t welk haar bloeyzel is. Na 't afvallen der voornoemde blaadjes, ziet men derzelver knopjes, 2. 3. en 4. digt by malkander hangen aan een dun steeltje, doch aan de principaalste steel ydel, dewelke zo groot werden als de besiën van* Ricinus, *of wel zo kleen, van buyten bezet met weinige korte en weeke spitzen, en met witachtig meel bestrooyd. De rype worden roodverwig, splyten open in drie Celletjes, daar in zo veel korls leggen, die met zulken geweld niet uitspringen, als in de* Ricinus. *De gequetste steelen en takken geven een taayen en rossen slym, gelyk Papeda, die 't yzer rakende, swart wert. 't Wast aan de randen van de bosschen, en op vlakke Velden omtrent het strand.*

De roode zoorte *is de voorgaande witte gelyk, of wel zo kleen van bladeren, van onderen roodagtige aderen hebbende, gelyk ook de stelen zyn, overal met een blaauwgroen meel bedekt, en de verwe der bladeren trekt ook uyt den groene naar 't bruyne, gelyk aan de* Ricinus Ruber. *De takken hebben van binnen ook wit merg, als Vlier. De besiën blyven kleender als die van* Ricinus, *uyt den ronden wat scheef, en gedrukt, gelyk 't hooft ook scheef staat, en twee baardekens heeft; de doorntjes zyn week, kort, en ydel, ieder besië heeft van buyten een of twee donkere voorns, de rype splyten in 3. Celletjes, ieder in hebbende een swart korltje, als Coriander, dog rimpelig, en met een vliesken omgeven, zynde 't resterende vleesch van de besiën wat slymerig. Deze korls blyven aan de steelkens hangen, al vallen de huyskens af.*

Het

A

In saxosis crescit collibus circa castellum Victoriam, ubi deserti sunt horti, qui soli bene sunt expositi, per aves ejus granula sæpius in hortis projiciuntur, quæ ibi progerminant.

Nomen. Latine *Tanarius minor alba* & *rubra*, quod nomen derivatum est a vocabulo *Tan*, de quo *Jul. Scaliger*, *l. c. colorem tanatum* componit. Belgice *Taanboom de kleyne.* Malaice & Ternatice *Samæ*, a quo cunctæ retium tincturæ *Samæ* vocantur. Nomen vero Amboinense usitatissimum est *Hanoa*, in Lariqua *Hinan*, in Loehoea *Lama.*

Locus. In Amboina raro sponte crescit, potissimum vero in desertis hortis, rubra hæc circa castellum Victoriam obcurrit ad partem Orientalem.

Usus. Plurimum usum præbent cortices harum arbuscularum ad retia tingenda, præsertim ad verricula, pro majoribus enim sufficiens quantitas conquiri nequit. Cortex hic deglubitur, aquæ incoquitur, inque illa retia bis terve macerantur, seu fila, e quibus retia nectuntur. Hinc russum contrahunt colorem *Tanyt* dictum, inque aqua marina durabilia sunt. Inter tingendum pauxillum radicis Curcumæ additur, ac raspatus Calappus, ut tinctura melius adhæreat: Folia ob amplitudinem ab Amboinensibus loco mantilium adhibentur, quem in finem cunctis majoribus utuntur foliis, atque has arbusculas circa ædes colunt, medius hujus arboris cortex cum rasura cornuum istorum bifidorum, quæ ex radice *Mangii Caseolaris* excrescunt, ac cortice *Limonis Swangi* aquæ incoctus, & propinatus illis prodest, qui Dysenteria & tenesmo laborant, hujus decocti residuum supra pannum extensum, & prolapso intestino recto adplicatum, illud in locum suum restituit & confortat, est autem hoc malum tenesmo proprium & familiare. Ejus loco etiam adhibetur *Siri Boppar* tenerum folium cum Calappi lympha oblinitum, & calefactum isti inponitur parti. Hunc in finem rubra potissimum eligitur species, alii istum medium trunci sumunt corticem, solumque in olla bene obturata coquunt, ejusque decoctum contra Dysenteriam bibunt, quod comprobatum sæpe fuit remedium.

Libro primo cap. 27. de *Socco lanoso* diximus, incolarum puerperas post partum duplicem bibere potum, quorum primus isto capite descriptus est, alter autem sequenti præparatur modo. Recipe corticem hujus *Samæ* fruticis cum cortice *Caprifici asperæ* supra *cap.* 9. descriptæ, illos simul coque & puerperis propina die circiter quarto decimo vel vigesimo post partum, primumque decoctum adhibe ad corpus siccandum & coarctandum, saporis gratia frustulum *Coelilawan* incoqui potest.

Het wast op steenige heuvels, omtrent 't Kasteel Victoria, daar verlatene thuynen zyn, en die wel ter Sonne staan, door de Vogels werden de korls dikwils in de thuynen gesmeten, die aldaar opkomen.

Naam. *In 't Latyn* Tanarius minor alba & rubra, *geleend van 't woord* Tan, *waar van* Scaliger loc. cit. zyn colorem tanatum *maakt. In 't Duitsch* Taanboom, de kleyne. *Maleyts en Ternataans* Samæ, *waar van al het tanen van netten* Samæ *genaamt werd. Doch de bekentste naam by de Amboinezen is* Hanoa, *op Larique* Hinan, *op Loboe* Lama.

Plaats. *Het wast in Amboina weinig in 't wild, maar meest in verlatene thuynen, 't roode vind men omtrent 't Kasteel Victoria, aan de Oostkant.*

Gebruik. *Het meeste gebruyk is in de schorsse dezer boompjes, tot het tanen van veele netten, gelyk werpnetten zyn, want tot groote netten kan men de nodige quantiteyt niet hebben. Men schild de bast af, kookt die in water, en doopt de netten twee a driemaal daar in, of het garen, waar uyt men de netten maken wil. Hier door krygenze de rosse coleur, die men tanyt noemt, en werden in zeewater durabel. Onder 't tanen doenze een weinig van de wortel Curcuma daar by, en wat geraspte Calappus, op dat de verwe te beter houde. De bladeren werden wegens hare grootte, by de Amboinezen mede tot servetten gebruykt, gelykze met alle diergelyke groote bladeren doen, en tot dien eynde deze boompjes omtrent haare huyzen leyden; de middelste schorsse dezes booms, met schrapzel van splits-hoorns, uyt de wortel van* Mangium Caseolare *wassende, en de schelle van een* Lemon Swangi *in 't water gekookt en gedronken, doet goed den genen, die de Rode-loop en perssing hebben. Het overblyfzel van deze Decoctie op een doek uytgespreyd en op de uytgaande agter-darm gebonden, dryft denzelven wederom te rug, en maakt hem vast, welk toeval in de perssing gemeen is. Anders neemt men ook 't jonge blad van* Siri Boppar, *met Calappus-melk gesmeerd, warm gemaakt en opgeleyd; tot dit werk verkiest men meest de roode zoorte, andere nemen de voorsz. middel-schorsse des stams, koken die alleen in een pot met water, wel toegebonden, en drinken 't zelve tegens den rode-loop, zynde dikwils goed bevonden.*

In 't eerste Boek, Kapittel 27. van Soccus Lanosus, *hebben wy gezegt, dat de Inlandze Kraamvrouwen na het baren tweederley drank gebruyken, waar van de eerste in 't zelve Kapittel beschreven is. De tweede werd aldus toebereyd: neemt de schorsse van de* Sama-*struyk, met de schorsse van* Caprificus aspera, *hier boven Kapittel* 9. *beschreven, kookt die te zamen, en geeftze de Kraamvrouwen te drinken, omtrent* 14. *of* 20. *dagen na 't baren, en gebruykt dan de eerste drank om het lyf wederom te drogen, en te sluyten; om beter smaaks wil, mag men een stukje* Coelilawan *daar by doen.*

Tabula Centesima Vigesima Prima

Ramum exhibet *Tanarii minoris.*

Ubi Litt. A. ejus *fructum maturum*, atque in tres partes dehiscentem denotat.

De hondert een-en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *kleyne Taan-Boom.*

Alwaar Lett. A. deszelfs *rype en opengebarste* vrucht aanwyst.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Tanarius major. Okir.

HÆc arbor formam & altitudinem habet *Arboris rubræ* seu *Aycau*, quæ cortice obducitur fusco, nigricante, & rugoso, qui interne est lentus, & viscosus, ac vix semi-digitum crassus, totusque decorticari potest.

Rami in multos dividuntur breves ramulos, quibus folia insident, per bina & tria paria cruciata, horum vero extremum tribus plerumque simul conjunctis clauditur. Pyri foliis sunt similia, quatuor & quinque pollices longa, binos lata, vetustarum vero arborum sunt minora & angustiora, suntque porro glabra, crassa, ac vix notabilibus venulis pertexta, ad oras leviter serrata, seu plerumque obtuse dentata.

Fructus quaterni & quini simul dependent forma semi perfectarum Uvarum parvo ex racemo, qui sunt duri, rugosi, & fusci, quasi arena conspersi, intus duri quoque sunt instar veteris Pinangæ, inque centro parvus reconditur nucleus instar seminis Catjang, sed oblongior.

Arboris lignum satis solidum est, ac tignis utile; Fructus Januario in conspectum veniunt, inque levibus crescit silvis circa *Cajoe Poeti*.

Nomen. Latine *Tanarius major.* Malaice *Oebat rede*, h. e. *Pharmacum retium.* Belgice *groote Taan-boom.* Amboinice in Leytimora *Okir.*

Usus. Arboris cortex potissimum in usu est ad majora retia tingenda, uti supra in *Aycou* fuit dictum, de quo modum vide in *Arbore rubra. cap.* 41. quumque truncus tam sæpe a cortice spolietur, hinc raro fructus profert.

Alia mihi demonstrabatur arbor pro *Oebat rede* seu *Tanario*, quæ longas gerebat rachides, quibus rara insidebant folia bina sibi obposita, ac plerumque cruciata. Cum illis *Nani* conveniebant, atque ab utraque parte erant acuminata, sed potissimum inferne, atque in ramis fere sessilia erant, intense viridia, cinereis maculis conspersa, cæterum glabra & fragilia, subtus venulis pertexta subtilibus, quæ plurimos formant sinus. Quinque, sex, & octo pollices longa sunt, tres quatuorque digitos lata, saporis quodammodo ad *Aycou* adcedentis: Trunci cortex externe sordide viridis est & fissus, interne albus, succosus, mollis, ac siccus, ruffescens, saporis primo dulcis, dein amari & inter manducandum viscosus; qui magnis in frustis ex arbore facile divelli potest, ramorum vero cortex ruffus est. Truncus binarum ulnarum crassitiem habet, atque ligni medullium rubet, estque durum vel arduum cædenti, non tamen durabile in ædificiis, quum nimis cito cossos generet.

Fructus Augusto & Septembri bini tresve simul dependent magnitudine globuli sclopeti, non sphærici, sed parum angulosi, ac superius parum umbilicati, ex cinereo virides & rugosi, instar inmaturorum Mespilorum: Intus continent ossiculum ingens & durum atque angulosum, multisque foveis excavatum, tenui obductum carne, quæ digitis cedit, & friabilis est, acsi ex arena esset composita, saporis austeri: Invenitur autem in via, quæ ad Sojam tendit in densis silvis: Kilangensibus *Ebe* vocatur, Sojenses vero dicebant neutiquam esse Oebat rede, sed latifolium *Nani*, quod verosimile videtur.

Sic quoque cortex *Arboris Clypeorum* ad retia tingenda adhibetur, potissimum vero a Sinensibus & peregrinis, quod meo judicio fit, quum veram Tanarium sufficienti quantitate conquirere vel invenire nequeant, atque hic cortex hunc in finem multo præstantior est illo *Mangil*, qui satis fortiter tingit, sed illo laborat vitio, quod retia consumat & perdat, si diu sicca fuerint suspensa, ita ut supra memorata Tanarius ulterius investiganda sit, quum forte compertum erit, Leytimorensem *Ockir* haud multum differre ab Hitoensi *Ubel.*

Tabula Centesima Vigesima Secunda

Ramum exhibet *Tanarii majoris Ockir* dictæ.

CAPUT

XXXVIII. HOOFDSTUK.

De groote Taan-Boom.

D*Eze boom is in de gedaante en hoogte van* Arbor rubra *of* Aycau, *met een bruyne, swartachtige, en ruyge schorsse, van binnen ros, taay, en slymerig, schaars een halve vinger dik, en laat zig geheel afschillen.*

De takken verdeelen hun in veele korte ryskens, daar aan de bladeren staan, 2. *en* 3. *paren in 't kruys, doch aan 't voorste of uytterste der ryskens gemeenlyk* 3. *by malkanderen. Zy zyn de Peere-bladeren gelyk,* 4. *en* 5. *duymen lang, twee dito breed, doch aan de oude bomen zyn ze kleender, en smalder; voorts zynze glad, dik, met pas kennelyke ribbetjes, en aan de kanten fyn getand, doch aan de meeste zyn de tanden stomp.*

De vruchten hangen 4. *a* 5. *by malkander, in de gedaante van half-volwasse druyven, aan een kleene tros, hard, ruyg, bruynachtig, en als met zand bestrooyt, binnen zynze doorgaans hard, als een oude Pienang, en in de midden een kleene korl, als een Catjang, doch langwerpiger.*

Het hout is redelyk massief, en tot timmeren bequaam, de vruchten ziet men in January, en hy wast in de ligte bosschen, omtrent de Cajoe Poeti.

Naam. *In 't Latyn* Tanarius major. *Op Maleyts* Oebat rede, *dat is* Pharmacum retium. *In 't Duitsch* groote Taan-boom. *Amboinsch op Leytimor* Okir.

Gebruik. *Den bast van deze boom is meest in gebruyk om groote netten te tanen, gelyk boven in* Aycou *gezegt is, waar van ziet de manier in* Arbor rubra, cap. 41. *en dewyl den stam zo dikwils van zyn bast berooft werd, zo komt het, dat hy zelden vruchten draagt.*

Nog een anderen boom wierd my getoond voor een Oebat rede *of Taan-boom, dewelke hadde lange ryskens, daar aan weinige bladeren stonden,* 2. *en* 2. *tegen malkander, en meest in 't kruys, zy gelyken die van* Nani, *waren agter en voor toegespitst, doch meest na agteren toe, schier tegen de takken aan, hoog-groen, met graauwe plekken, anders glad en bros, van onderen met fyne adertjes doorregen, die veele bogten maken. Zy zyn lang* 5. 6. *en* 8. *duymen, drie en vier vingers breed, van smaak een weinig na den* Aycou *trekkende. De schorsse des stams is van buyten vuyl-groen, en gescheurt, van binnen wit, zappig, week, maar ros berstervende, van smaak eerst zoet, daar na raauw, en in 't knouwen lymig, met groote stukken gemakkelyk van den boom af te trekken; aan de takken is ze ros, de stam is wel twee vademen dik, en 't hout omtrent het hert, trekt na den roden, hart om te kappen, egter niet durabel in 't bouwen, om dat het te haast wormstekig word.*

De vruchten vind men in Augustus en September, hangende twee of drie by malkander, in de grootte van een Musquets-kogel, dog niet rond, maar wat hoekig, en voor met een kuyltje, grauw-groen, en wat ruyg, als onrype Mispelen. Binnen leyd een groote en harde steen, ook hoekig, en vol kuyltjes, omgeven met een dun vleesch, en onder de vingers bryselig, als zand, zeer wrang van smaak; staat op de weg van Soja in 't digte bosch, die van Kilang noemen het Ehe, *dog die van Soja zeiden, dat dit geen* Oebat rede *was, maar een grootbladige* Nani, *het welk ook waarschynelyk is.*

Zo werd ook den bast van den Arbor Clypeorum *tot het tanen gebruikt, dog meest van de Chinezen en vreemdelingen, 't welk myns oordeels geschiet, om dat zy den regten Taanboom in overvloed niet konnen vinden, en deze schorsse in alle maniere nog beter is, dan die* Mangi Mangi, *dewelke wel treffelyk taand, maar die fouwt heeft, datze de netten opvreet, en bros maakt, alsze lang droog hangen, en de boven genoemde Taan-bomen moeten nog nader onderzogt werden, wanneer men misschien bevinden zal, dat 't Leytimoorze* Ockir *niet veel verschild van den Hietoeëzen* Uhel.

De Hondert twee en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *groote Taan-Boom*, *Ockir* genaamt.

XXXIX.

CAPUT TRIGESIM. NONUM.

Arbor Ovigera. Ayhosso.

A *Rbor Ovigera* silvestris penitus est, formam & magnitudinem gerens Jambosæ silvestris, & Jambosæ nigræ, atque dividitur in feminam & marem.

Femina seu vulgatissima magna gerit folia, oblonge cordata, superius sensim acuminata, novem & undecim pollices longa, sex septemve lata, inferius autem latissima sunt, nec multum sinuosa, ubi petiolus ipsis inplantatur, prope oras scabra sunt, coloris intense viridis, ac glabra. Foliorum petioli longi sunt & inordinati circa ramos, ex quorum alis alii longiores excrescunt, qui in summo in alios minores iterum dividuntur, quibus flores insident pusilli, albicantes, ex octo petalis constantes, ac semi-aperti, intus flava continentes stamina, pistillum vero fructus rudimentum externe obscure viret, interne purpurascit, ac demum nigrescit.

Vetustæ arboris folia sex pollices longa sunt, quatuor cum dimidio lata, junioris vero arboris quatuordecim pollices longa, ac undecim lata, inferius autem quinque costæ concurrunt. Quivis pedunculus in summo pomulum quasi sustinet, forma & magnitudine vulgaris *Jambosæ*, sed paulo rotundius ac magis compressum, externe pallide albicans, ad pomi colorem viridem adcedens, intus concavum penitus, ac superius fovea apertum, ita ut herbacea sit pellicula, qua fructus obtegitur, in ejus autem centro brevi in petiolo verus adparet fructus, magnitudine globuli sclopeti, qui ex rotundo parum compressus est, angulosus, & niger, sub exteriore autem cortice alius reconditur niger nucleus, obscura seu murina obductus lanugine, atque disfracto lignoso putamine duriuscula in conspectum venit medulla, substantiam habens instar veteris Pinangæ seu Nucis moschatæ, qua compressa oleum exstillat instar seminum *Ricini*. Totius fructus odor ad illum pomi adcedit vel Jambosæ, quum incipiant putrescere, tantaque copia ex arbore dependent fructus, ut ovis quasi onusta videatur; Arboris lignum est album, molle, ac facile aquam inbibens, si ad naves adhibeatur.

Mas præcedenti similis est, sed plerumque sterilis, nec ullos producens fructus, ejus folia longis insident petiolis instar prioris, inregularia in ramorum summo, ipsorumque petioli inferiori insiguntur parti, ita ut folium ipsis inpositum videatur, quod quinque magnis venis distinguitur, nec auriculatum est, sed cordiforme, spithamam longum, septem, octo, & novem pollices latum, firmum, & glabrum, cujus apex ad latus semper inclinat, si vero arbor senescat, folia multo majora excrescunt, hujus arboris medulla prope radices indurescit, ac parum nigrescit.

Nomen. Latine *Arbor Ovifera*, h. e. arbor ova gerens a fructuum forma, Amboinice *Ayhosso*, in Hitoea *Ay Lanu Hosso*, & *Holo Holo*.

Locus. Ambæ in planis crescunt silvis haud longe a litore sitis, in vallibus juxta fluminum ripas obcurrunt, ubi fructus in aquam procidentes in mare rapiuntur, & in litus projiciuntur, nullum vero animal illos edit, indicio noxiæ esse qualitatis: Femina in Hitoes ora crescit in districtu *Senalo*, Mas in litore *Assahædi*.

Usus. Hæc arbor non peculiarem præbet usum, excepto quod ex ligno asseres formentur ad superiorem Corre Corre partem, præsertim ad puppim, quæ variis exciditur figuris, quum lignum sit molle & leve, in aqua autem non valet. Oblongos ex illo etiam formant clypeos *Salowakkos* dictos: atque folia ob amplitudinem ab Amboinensibus loco ferculi adhibentur: Nigrum maris cor circa radices excrescens a Javanis ad Hæmoptoen usurpatur, si cum aqua Rosarum vel ejus defectu, cum florum aqua conteratur ac propinetur, dimidia Terræ Catechu addita quantitate, ac pauxillo Nucis Moschatæ: Arboris radix externe & interne albicat & sicca est, hanc Rhizothomi Amboinenses servant, quam exhibent cum Pinanga masticatam, si aliquis noxios comederit Cancros, similesque cibos.

Tabula

XXXIX. HOOFDSTUK.

De Eydragende-Boom.

A Rbor Ovigera *is een wilde boom, in de gedaante en grootte van de wilde Jamboes-boom,* Jambosa nigra, *verdeeld in wyfken en manneken.*

't Wyfken of meest bekende heeft groote bladeren, als een langwerpig hart, na voren toe allenkskens toegespitst, negen en elf duymen lang, ses en seven breed, en agter lopenze meest breed toe, zonder merkelyke kloven, alwaar den steel van onderen ingelaten werd, dog digt by de kant styf, van verwe hoog-groen, en glad. De stelen zyn lang, en staan zonder order rondom de takken, uit welkers schoot al wederom andere en langere ontspringen, en die verdelen haar in 't uitterste alweer in andere, waar aan het bloeizel staat, zynde kleene witagtige bloempjes, van agt blaadtjes gemaakt, die half geopent staan, binnen met geele veseltjes, de korl in de vrucht is van buiten donker-groen, binnen purper, 't welk zwart word.

De bladeren van een oude boom zyn ses duimen lank, vier en een half breed, van een jonge boom veertien duimen lank, en elf breed, agter stooten vyf ribben te zamen, yder van dezelve draagt aan 't eynde een enkeld appeltje, in de grootte en gedaante, als een middelbare Jamboes, *dog wat ronder, en gezetter, van buiten bleekwit, en wat na den appel-groene trekkende, binnen gantsch hol, en boven met een gat of opening, zo dat het maar een kruidagtige schelle is, die de vrucht bergt, want in de midden op een kort steeltje ziet men de regte vrucht, in de grootte van een roer-kogel, dog uit den ronde wat gedrukt, hoekig, en zwart, onder 't buitenste velletje leyd een andere zwarte korl, omgeven met duistere of muis-grauwe wolligheyd, en deze houtagtige schale gebroken zynde, ziet men een hartagtige heest, van substantie als oude Pinang of Note-muschaten, dewelke gedrukt zynde, geeft olie uit, gelyk de korls van* Ricinus. *De reuk van de geheele vrucht is, als die van een appel of Jamboes, die begint te rotten, en hangen met zulken menigte aan den boom, dat hy van verre schynt met eyeren beladen te zyn; 't Hout is wit, week, en 't water ligt inzwelgende, als men 't aan den scheepsbouw gebruikt.*

Het manneken is het voorgaande gelyk, dog meest zonder vruchten, de bladeren staan op lange stelen, als 't voorige, zonder ordre, aan 't voorste der takken, en de steelen zyn aan de onderste zyde van 't blad vast, zo dat 't blad schynt daar opgezet te zyn, en 't blad is met vyf groote aderen doorregen, agter zonder ooren, anders ints regt als een hert, een span lank, zeven, agt, en negen duymen breed, styf en glad, en de spitze altyd een weinig ter zyde gebogen, maar als den boom oud word, werden de bladeren veel grooter, 't hert uyt dezen boom digt by de wortel word hard, en weinig swart.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Ovigera, *dat is Eydragende boom, van gedaante der vruchten. Op Amboinsch* Ay Hosso. *Op Hitoe* Ay Lanu Hosso, *en* Holo Hosso.

Plaats. *Beyde wassenze in de vlakke bossen, die niet verre van de zeekant staan, in de Valeyen wast by langs de rivier-kanten, daar dan de vruchten in 't water vallende, voorts in zee gevoerd, en langs de strand versmeten werden, en geen gedierte wilze eeten, tot een bewys, datze geen goede hoedanigheid moeten hebben. 't Wyfken wast op de Kust van Hitoe, in 't district van* Senalo, *'t Manneken is op den strand van* Assahoe *gemeen.*

Gebruik. *Men heeft geen zonderlyk gebruyk van dezen boom, behalven dat men uyt het hout zomtyds planken maakt, tot het bovenwerk van de Corre Corren, inzonderheid aan de agterstevens, die men met verscheyde figuren uytsnyd, om dat het voos en ligt is, maar in 't water deugt het niet. Men kander ook de langwerpige schilden,* Salowakkos *van maken, en de bladeren wegens haare grootte dienen de Amboinezen tot Tafelborden; het swarte hart omtrent den onderstem stam van het Manneken vallende, werd by de Javanen gebruykt tegen 't bloedspouwen, het zelve met rooze-water (of by dessels gebrek) met bloemwater gewreven innemende, daar by doende half zo veel* Catsjo, *en een weinig Noote Muschaten. Zyn wortel is buyten en binnen witachtig en droog, dezelve bewaren de Amboineze Wortel-mannen, om in te geven, of met Pinang te knouwen, wanneer iemant schadelyke Crabben, of diergelyke kost gegeten heeft.*

De

Tabula Centesima Vigesima Tertia

Ramum exhibet arboris *Oviferæ*, *floribus fructibusque* onustum.
Ubi Litt. A. *totum* denotat *fructum*
B. Eundem *dissectum*, ut *verus fructus* in situ naturali conspiciatur.
C. *Eundem* exhibet *exemptum*.

De hondert drie- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Ey-dragende Boom*, met zyn *bloemen* en *vruchten*.
Alwaar Lett. A. een *vrucht* in 't *geheel* verbeelt.
B. *Dezelve geopent*, op dat de *waare vrucht* van binnen gezien wert.
C. Is *dezelve* daar *uytgenomen* zynde.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Lanius. Lani.

HÆc species habetur illius arboris, quæ *Rex Amaroris*, seu *Soulamou*, supra *libr.* 2. descripta invenitur, cujus femina habetur, quum vero nimium inter sese differant, hic peculiari capite eam describere volui. Diu arbuscula est humilis, ac flagellis suis sæpius juxta alias adscendit arbores, tandem vero ad Pinangæ crassitiem excrescit, cujus truncus angulosus & inregularis est, ejus cortex ex cinereo russescit, in ramis vero nigricat, siccus est, ac succo fere destitutus. Ex infimo cortice radices quædam deorsum sese extendunt, quæ in fibrillas sese dividunt, uti in Varingæ trunco id conspicitur.

Folia ad illa Canarii quodammodo adcedunt, suntque sicca, firma, a novem ad duodecim pollices longa, superius obtusa, seu subrotunda, quatuor & quinque pollices lata, atque solitaria circa ramulos brevibus insident petiolis, nervus medius utrimque protuberat, paucasque gerunt costas transversales, quæ circa oras divaricant, quarum interstitia tenuissimis venulis repleta sunt.

Flores progerminant ex longo, tenui, & recto petiolo, vix culmum crasso ac superius trifido, hujus summo tres insident flores ex quatuor petalis compositi, ad unguem fissi, ac parum extrorsum inflexi, coloris purpurascentis, qui intus repleti sunt staminulis quibusdam luteis, antheras parvas gerentibus, in quorum centro pistillum erigitur rotundum, quod in fructum excrescit similem minori *Namnam* seu reni, vel instar semi-plenæ lunæ, qui inferius tenui sulco divisus est, ac planus, sed in medio protuberans, binos cum dimidio digitos transversales longus, binos latus, externe glaber, gilvus, tenuique pellicula tectus, mollis, & lanuginosus, sub qua putamen reconditur tenuibus ex fibris compositum, sed crassum, in cujus centro nucleus planus locatus est, qui in vetustis fructibus conquassatus sonitum edit, ejusdem cæterum formæ, albus, & siccus: totus autem fructus amarissimus est, eundemque fere gerit saporem, quem *Rex amaroris* seu *Soulamoe Pohon*, unde & ejus species quoque habetur. Amarities diu manibus adhæret, si recentes tractentur fructus. Ex trunci vertice multi breves & intricati sursum & deorsum incurvi excrescunt rami, radices mentientes. Inferiores radices frequentissimæ sunt & intricatæ, quarum quædam juxta & supra solum proserpunt, instar *Mangiorum*.

Trunci & ramorum cortex primo salsus est, ac dein amarus. Lignum est pallidum, leve, & molle instar illius, quod *Rex amaroris* gerit, cum quo sapore convenit, quum observaverim similem amaritiem esse in radicibus, omnibusque trunci partibus, maximam vero in fructibus. Recens cæsum lignum amarum quoque spirat odorem, ad illum *Anticholericæ* adcedentem.

Nomen. Latine *Lanius*, juxta Hitoense *Lani*, Manipensibus generali nomine *Upas* dicitur. Ternatensibus *Onne Onne*.

Locus. In Hitoes regione obcurrit circa *Wackalam* & *Lienam*, item in *Manipa* in litore veteris *Taniwaro*, uti & in parvis *Massavoy* insulis, semper in arenoso solo circa litora. In Ternata quoque reperitur, sed rarissime, in litore etiam, ejusque fructus ibi adhibentur contra Choleram seu Upas.

Usus. Arbuscula est raro obvia, unde & paucis nota, ac primum mihi demonstrata ab Æthiopibus Hitoënsibus. Ejus lignum ad tigna inutile est, fructus autem ejus excellenti pollet virtute Medica, cum vero *Soula-*

XL. HOOFDSTUK.

De Lanie-Boom.

M*En reekent dit voor een zoorte van* Rex Amaroris, *of* Soulamou, *boven* lib. 2. *beschreven, en houden hem voor het wyfken, dewyl hy te veel daar van verschilt, heb ik hem hier in 't byzonder willen beschryven. Hy blyft lang een laag boompje, en kruypt dikwils met zyne takken langs andere boomen, eyndelyk werd hy zo dik als een Pinang-boom, hoekig en ongeschikt van stam, met een schorsse uyt den graauwen na 't rosse trekkende, doch aan de takken swartachtig, droog, en zonder merkelyk zap. Uyt de onderste schorsse schieten eenige wortelen na beneden, die zig in vezelingen verdeelen, gelyk men aan de Varinga-stam ziet.*

De bladeren zyn die van de Canary eenigzints gelyk, droog, styf, van 9. *tot* 12. *duymen lang, doch voren stomp of rond,* 4. *en* 5. *duymen breed, en staan enkelt rondom de takjes op korte voetjes, de middel-senuwe puylt ter wederzyde uyt, en heeft weinige dwers-ribben, dewelke zig omtrent de kanten zeer verdeelen, en de tussen-plaatzen zyn met fyne adertjes digt uytgeweven.*

Het bloeyzel komt voort aan een lange, dunne, regte steel, schaars een stroo-halm dik, die zig boven in drien verdeelt, dragende ieder deel een bloem uyt vier blaadjes gemaakt, die tot beneden toe van malkander splyten, en een weinig na buyten omgebogen zyn, van coleur na den paarze trekkende, van binnen uytgevult met eenige geele vezeltjes, met kleene nopjes boven op, staande op een rond kegeltje, waar uyt de vruchten worden, gelykende een kleene Namnam, *of nier, of als een volwassene nieuwe Maan, met een kleene vooren aan den buyk, plat, doch in de midden uytbuylende,* 2½ *dwers-vinger lang,* 2. *dito breed, van buyten effen, vaal, en met een dun velleken bedekt, sagt en wolachtig in 't gevoelen, daar onder legt een dundradige, doch dikke bolster, en in de midden een platten korl, dewelke in de oude vruchten schuyld, meest van dezelfde gedaante, wit, en droog; de gantsche vrugt is zeer bitter van smaak naar* Rex amaroris *of* Soulamoe Pohon *trekkende, daarom men het ook voor een zoorte daar van houd. De bitterheid blyft lang aan de handen kleven, als men de versche vruchten handelt. Uyt den bovensten stam, ziet men veele korte en verwerde takken op en neerwaarts gekromt, als of het wortelen waren. De onderste wortelen zyn zeer veel en door malkander verwert, waar van zommige langs, en boven den grond kruypen, gelyk aan* Mangi Mangi.

De schorsse van stam en takken is in't eerst brak, daar na bitter. Het hout is bleek, ligt, week, als dat van Rex amaroris, *met wien het in smaak overeenkomt, hoewel ik bevonden heb, dat eenderley bitterheid in de wortelen, en in alle de deelen des stams, doch de grootste in de vruchten is. Het versch gekapte hout heeft mede een bitteren reuk, na* Anticholerica *trekkende.*

Naam. *In 't Latyn* Lanius *na 't Hitoeëze* Lani, *Manipees, met een gemeene naam* Upas. *Ternataansch* Onne Onne.

Plaats. *Men vind hem op het Landt van Hitoe, omtrent* Wackal en Lien: *Als mede op* Manipa, *op den strand van oud* Taniwaro: *Als mede op de kleene Eylandekens van* Massavoy, *altyd op een zandige gront omtrent de stranden. In Ternaten vind men hem ook, doch zeer zelden, mede op strand, en zyne vruchten gebruykenze tegens het bord of Upas.*

Gebruik. *Het is een boompje zelden te vinden, dierhalven ook nog weinig bekent, en 't is my 't eerst van de Hitoeëzen Mooren getoont. Het hout deugt niet tot timmeren, maar de vrucht heeft een groote Medicinale kragt, 't op-*

A
B
C

A

Soulamoe conveniente ad curandos illos, qui noxium quendam adſumſerunt cibum, quod exploratum fuit in talibus hominibus, qui inprudenter venenatos ingeſſerant Boletos, hisce primum nuclei ab alio cum Siri Pinang maſticati exhibebantur, ipſorumque ſuccus propinabatur, unde adſumptum venenum per vomitum rejiciebatur, atque tres hinc reconvaleſcebant, binæ vero feminæ peribant, vel quod nimiam comederant quantitatem, vel quod nimis ſero medicamentum hoc ipſis ſubminiſtrabatur; meo autem judicio melius fuiſſet, ſi fructus hi cum aqua eſſent contriti & propinati, ſuffocatio enim & adſtrictio per Boletos exorta per Pinangam exacerbatur. Iidem quoque Æthiopes teſtantur, præſtans eſſe remedium contra omnes venenatos piſces. Manipæ incolæ radicibus ejus ac fructibus utuntur in re Medica potiſſimum contra *Upas* ſeu Choleram, puto autem cunctas trunci partes in uſum advocari poſſe, quum eundem gerant ſaporem atque odorem. Internus nucleus ſolus adſumptus ſeceſſum atque vomitum cauſſat.

't opregte Soulamoe *gelyk in 't genezen van die geene, die eenige ſchadelyke koſt ingenomen hebben, 't welk by mynen tyd geprobeert is aan Perſoonen, die onvoorzichtig ſchadelyke Campernoelien gegeten hadden; denzelven wierden de korls eerſt door een ander met* Siri Pinang *voorgeknouwt, en het zap daar van ingegeven, dewelke het ingenomen fenyn door braking dede uytwerpen, zo datter drie van opkwamen, maar twee Vrouwen ſtierven, om datze te veel gegeten hadden, of om datze te laat de Medicyn innamen; myns oordeels haddenze beter gedaan, dezelve vruchten met water te wryven en in te geven, want het worgen, dat de Campernoelien maken, ligtelyk door Pinang vermeerdert wert. Dezelfde Mooren zeggen, dat het ook kragtig zy tegens het nuttigen van alderhande ſchadelyke Viſſchen. De Inlanders van Manipa gebruyken de vruchten en wortelen tot de Medicyne, meeſt tegens het* Upas *of bord, doch ik betrouw, dat men alle de deelen des ſtams gebruyken kan, als zynde van eenderley reuk en ſmaak. De binnenſte korl alleen genuttigt, maakt purgeren en braaken.*

Tabula Centeſima Vigeſima Quarta

Ramum exhibet *Lanii.*
Ubi Litt. A. *Inferiorem trunci* arboris hujus *partem* denotat.

De hondert vier- en twintigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Lanie-Boom.*
Alwaar Lett. A. het onderſte gedeelte van de ſtam dezes booms aanwyſt.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Palacca. Caju Palacca.

P*Alacca* altiſſima & vaſtiſſima eſt inter arbores ſilveſtres, quæ in montibus coma ſua ſupra alias ſeſe elevat, acſi ipſarum princeps eſſet.

Incomptum & inregularem gerit truncum, non tantum craſſum, ſed angulis aliisque herbis obſeſſum, & cortice craſſo ac fiſſo obductum: Ejus folia ſunt magna & ampla, cum junioribus Pangii foliis convenientia, plerumque triangularia, & inferius rotundis auriculis donata, ubi & profunde ſinuata ſunt, ac petiolus inplantatur, qui in quinque ſexve magnas explicatur coſtas, quarum binæ maximæ nervo medio proximæ, prope ortum angulum formant, qui in vetuſtis foliis quam maxime evaneſcit. Interſtitia plurimis venulis transverſalibus completa ſunt, atque in inferiore inſuper parte foraminula adparent punctata quaſi. Folia vero ipſa novem & decem pollices longa ſunt, immo quædam pedem, ac fere tam lata, læte viridia, glabra, & flaccida: Quodvis autem petiolo inſidet longo, herbaceo, pentagono, ſique dorſum non bina exhiberet latera, quadragonus is eſſet. Ramuli, ex quibus hi petioli inordinati excreſcunt, ſed arcte ſibi juncti, tali quoque modo anguloſi ſunt, virides, molles, atque intus rubra repleti medulla: Folia ac petioli ingratum ſpirant odorem inſtar Ricini, atque recentes petioli viſcoſi quodammodo ſunt, vetuſtarum vero arborum folia multo ſunt minora, a ſeptem nempe ad novem pollices longa, integra, nec anguloſa, ac prope petiolum plana, nec ſinuoſa, ubi tres majores, ac bini minores concurrunt nervi: plurima vero ſimul inregulari modo ad ramorum extremum excreſcunt parum ſinuoſa.

Ex foliorum alis ſimplices dependent pedunculi, plurimis referti floſculis, quorum concavi calices poſt floſculorum lapſum diu ſuperſunt emarcidi.

Floſculi hi ex longis & extenſis excreſcunt racemis, qui flaveſcunt, & floſculis *Lingo* quodammodo ſimiles ſunt, ſed magis aperti & inodori, hosce longi inſequuntur fructus, ſiliquas *Cannæ fiſtulæ* fere referentes.

Arboris lignum ex craſſiſſimis conſtat fibris, & per longitudinem ſtriatum eſt, atque molle & fragile, circa terram non durabile, verum quodammodo, ſi ſiccum ſit & elevatum; Silvas amat altas in remotis montibus, ac citiſſime in incultam hanc excreſcit arborem, ſed non ſeneſcit ex communi regula, *quod cito fit,* cito

XLI. HOOFDSTUK.

Palacca-Boom.

P*Alacca is eene van de hoogſte en grootſte Woutbomen, die op de bergen gemeenlyk met zyn kruyn boven de andere uytſteekt, als of hy de heerſchappy daar over wilde hebben.*

Hy heeft een woeſte ongeſchikte ſtam, niet alleen dik, maar vol hoeken en ruygte, beneden met een grove geſcheurde ſchorſſe: De bladeren zyn groot en breed, met de jonge bladeren van Pangi over een komende, meeſt driekantig, agter met ronde billen, en aldaar een diepe kloof makende, daar den ſteel uytgelaten word, en zig aldaar in 5. a 7. groote ribben verdeeld, waar van de 2 grootſte, die de middel-zenuwe 't naaſt zyn, by haren uytgang een hoek maken, die zig in de oude bladeren hoe langer hoe meer verlieſt. De tuſſchen-plaatzen zyn met veele dwersadertjes uytgevuld, en daar en boven aan de onderſte zyde ziet men kleene gaatjes, als of ze met ſpelden geſprikkeld waren. Zy zyn lang 9. en 10. duymen, zommige ook wel een voet, en ſchier zo breed, jeugdig-groen, glad, en ſlap. Ieder ſtaat op een lange kruydachtige ſteel, dewelke vyfkantig is, doch zo de rug niet 2. kanten uytmaakte, zoude hy vierkant zyn; de takskens, daar aan deze ſtelen zonder order, en digt agter malkanderen ſtaan, zyn ook alzo gehoekt, groen, week, en van binnen met een rood merg uytgevuld. De bladeren en ſtelen hebben een onlieffelyken reuk, gelyk Ricinus, *ook zyn de verſche ſtelen wat kleverig in 't aantaſten. Aan de oude bomen zyn de bladeren veel kleender, te weten van 7. tot 9. duymen lang, effene kanten, en zonder eenige hoeken; agter by den ſteel vlak, zonder bogt of inwyk, alwaar 3. groote, en 2. kleene zenuwen te zamen ſtoten: Zy ſtaan zonder order, en veel op malkander aan 't uytterſte der takken, die nog maar een weinig hoekig zyn.*

Uyt den ſchoot der bladeren hangen enkelde ſtelen, bezet met het bovenſtaande bloeyzel, welkers holle kelkjes, na 't afvallen van de bloempjes, nog langer aan den ſteel droog blyven ſtaan.

De bloemen komen voort aan lange en uytgebreyde troſſen, zynde ligt-geel, en 't bloeyzel van Lingo *eenigſints gelyk, doch meer uytgebreyd, en zonder reuk; daar op volgen eenige lange vruchten, de houwen van* Canna fiſtula *eenigſints gelyk.*

Het hout is zeer grofdradig, in de lengte geſtreept, week en bros, omtrent de aarde ganſch niet durabel, maar eenigſints als het droog en hoog ſtaat. Zyn eygentlyke plaats is in 't hoge Wout, in 't afgelegene gebergte, hy ſchiet haaſtig op tot zulk een woeſten boom, maar komt tot geen grooten ouderdom, na den gemenen regel, quod cito

cito perit, omnes enim ejus partes substantia constant molli & fragili.

Aliquando etiam in hortis & vallibus progerminat, ubi ejus semen per aves, vel fluminum raptum delatum fuit, si arbor transversaliter dissecetur, ejus lignum ex multis sibi inpositis volvulis videtur compositum.

Nomen. Latine *Palacca*, juxta Malaicense *Caju Palacca*, nomen hoc gerens ab *Aroe Palacca*, qui celebris fuit rex in regione Boegensi, acsi hæc arbor rex esset cæterarum arborum, unde & vocari posset *Rex silvarum.* Ternatice *Affu.* Amboinice in Leytimora *Ayloun Hosso.*

Locus. In Amboinæ montibus obcurrit, uti & in Moluccis, atque in Celebe. In Hitoënsibus montibus majori reperitur copia, ubi sæpe magnum præbet incommodum, si per ventos disjecta in vallibus decumbat, quod facile ipsi adcidit, atque ingenti suo trunco fluminum cursum prohibet, unde in isto tractu inundationem sæpe caussat.

Usus. Ex ejus trunco satis lati asseres & trabes formari possunt, quæ politæ elegantes quodammodo sunt ob pectinum decursum, sed non nisi ad superiores ædium partes adhibendæ sunt, non vero ad strata vel fulcra, uti id Amboinensium quidam cives suo periculo & damno experti fuere, qui per commodam elaborationem serræ & dolabræ adlecti fuere! Vegetativum quoque lignum est, inveni enim in vallibus prolapsas arbores, quarum inferior computruerat truncus, non autem vertex, atque ubi is terram tangebat, vigebat, atque florebat is adeo luxuriose, acsi terræ infixus & erectus esset, ita ut sine dubio in novam excrevisset arborem: Cæterum nullus alius hujus arboris usus innotuit, excepta Ternatensi superstitione, nemini scilicet licitum esse præter Orangkayen, illisque, qui supra alios sese elevare tentant, hos capiti vel post aures inponere flores, quum sint decerpti ex arbore, quæ est rex silvarum.

Tabula Centesima Vigesima Quinta

Ramum exhibet *Palaccæ floribus* onustum.
Ubi Litt. A. *folium junioris arboris* denotat.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Halecus litorea. Haleky Laut.

HAlecus est arbor humilis litorea, sæpe tantum frutescens, quum vero aliquando unicum modo emittat truncum, crus crassum, qui humilis est, incurvus, & inclinans, hinc inter arbores quoque locari potest. Magnam habet adfinitatem cum *Novella* seu *Daun Baroe*, ita ut quidam ejus putent esse speciem, atque hinc eam denominent. In binas dividitur species in *terrestrem* & *litoream.*

Litorea Halecus ad arbores proxime adcedit, quum unum ac sæpe geminum producat truncum ad viri altitudinem, sed incurvum & sinuosum, atque ex ejus radicibus multi laterales excrescunt surculi, unde irregularis sæpe frutex est, corticem gerens glabrum & cinereum.

Folia cum illis *Daun Baroe* conveniunt, suntque cordiformia, & integra, quorum maxima sex septemve pollices longa sunt, quinque ac sex lata, plurima vero minora sunt, costas gerentia laterales parallelas, suntque firma, ac subtus cinerea & rugosa, acsi farina & arena conspersa essent, quod etiam in superiore parte juniorum foliorum conspicitur juxta ipsorum costas. Bina sibi sunt obposita, longis insidentia petiolis, odoris gravis & ingrati, qui ad urinam nempe vaccarum adcedit, ita ut in transitu hic percipiatur, & caput adgravet, præsertim si per solem folia fuerint calefacta & exaltata. Petioli porro, ramuli, & cuncti hujus arboris surculi rugosi sunt, & arena quasi conspersi: Ex foliorum alis longi, tenues, & simplices excrescunt petioli, quibus verticillatim adcrescunt capitula, quæ sese aperiunt in flosculos muscosos.

Fructus

cito fit, cito perit, *want alle zyne deelen zyn van een weeke en brooze substantie.*

Hy komt ook zomtyds in de thuynen en Valeyen op, werwaarts 't zaad door de Vogels of afloop der rivieren gebragt is; als men den boom dwers doorkapt, zo schynt het hout als van veele boven malkander leggende rollen gemaakt te zyn.

Naam. *In 't Latyn* Palacca, *na 't Maleytze* Caju Palacca, *dragende den naam van* Aroe Palacca, *een vermaarde Koning op 't Boegische land, als of dezen boom Koning wilde wezen over andere bomen, daarom men hem mogte heten* Rex silvarum. *Op Ternaats* Affu. *Amboinsch op Leytimor* Ayloun Hosso.

Plaats. *Hy is bekent in 't Amboinsche gebergte, als mede in de Moluccos en op Celebes. Op 't Hitoeëze gebergte vind men hem meer, daar hy zomtyds veel spoox maakt, als hy van de winden omgeworpen, in de Valeyen valt, 't welk hem ligt gebeurd, en aldaar met zyn onbeschoften stronk, den loop van de rivieren stopt, en een groot woelen in 't omleggende land veroorzaakt.*

Gebruik. *Van den stam kan men wel brede planken en balken hebben, die opgeschaaft eenige frayigheid vertonen, wegens 't lopen der kammen, maar men moet ze niet als tot bovenwerk van de huyzen gebruyken, en niet tot onderleggers of platen nemen, gelyk zommige Amboinsche Burgers met schade aan haare huyzen ondervonden hebben, die door de gemakkelykheid van 't zagen en kappen tot dit hout aangelokt wierden; 't is mede een levend hout, want ik heb omgevallen bomen in de Valeyen gevonden, waar van den onderſten stam al vergaan was, maar met de kruyn, daar hy de aarde raakte, groeyde en bloeyde hy nog zo weeldrig, als of hy over eynd stond. En na alle waarschynelykheid stond hy een nieuwen boom te werden, anders is geen gebruyk van dezen boom tot nog toe bekend, behalven een Ternataanse superstitie, dat niemant, dan Orangkayen, en die boven andere willen uytsteken, deze bloemen op 't hooft, of agter de ooren mogen dragen, als zynde genomen van den Koning des wouds.*

De hondert vyf- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Palacca Boom*, met zyn *bloem*;
Alwaar Lett. A. een *bladt* van een *jonge boom* aanwyst.

XLII. HOOFDSTUK.

De Strandt Haleck-Boom.

HAleky *is een lage strand-boom, en meerendeels maar een struyk, doch om dat het zomtyds met een stam opschiet, in de dikte van een dye, niet hoog, krom, en overhellende, zo wil hy mede onder de bomen plaats hebben. Hy heeft ook groote gemeenschap met de* Novella *of* Daun Baroe, *zo dat hem zommige voor een geslagt daar van houden, en ook daar naar benoemen. Hy werd verdeeld in twee zoorten,* 1. landelyke, 2. strandelyke.

De strandelyke zoorte, Haleky Laut, *komt de bomen naast, hebbende een of twee stammen van een man hoog, dog krom en bogtig, en uyt de wortelen nog veele zydescheuten voortbrengende, en derhalven een onfatzoenelyken struyk uytmakende, met een evene en graauwe schorsse.*

De bladeren gelyken die van Daun Baroe, *hertvormig, met effene kanten, de grootste zes en zeven duymen lang, vyf en zes breed, dog de meeste zyn kleender, met paralele zyde-ribben, styf, van onderen graauwachtig en ruyg, als of ze met meel en zand bestrooyd waren, 't welk men ook ziet aan de bovenste zyde van de jonge bladeren, langs de ribben. Zy staan twee en twee tegens malkanderen, en op lange steelen, sterk, en onlieflyk van reuk, te weten na koe-pis riekende, zo dat men die in 't voorbygaan gewaar werd, en 't hooft beswaren, inzonderheid als zy door de Son verwarmt worden. De steelen, rysjens, en alle de uytspruytzels zyn mede ruyg, en als met zand bestrooyt, uyt den schoot der bladeren komen lange dunne, en enkelde steelen voort, rontom welke wervelsgewys staan kleene knopjes, waar uyt kleene en moschagtige bloempjes werden.*

De

A

Fructus baccæ sunt bini ac terni simul dependentes uno ex petiolo, quævis autem bacca *Ricini* fructum refert, sed multo minor est, glauca, ac brevibus mollibusque apicibus, spinulas mentientibus donata, suntque arena quasi conspersi hi fructus, & in tres partes divisi, ut in Ricino, quarum quævis per longitudinem iterum sulcata est. In tres quoque cellulas divisi sunt, atque in quavis nigrum, durum, & glabrum continetur ossiculum, magnitudine Piperis albi. Arboris lignum est album, solidum, ac subtilis substantiæ instar Eboris, atque poliri potest, est autem leve & molle, fere instar Tiliæ nostratis.

Floret Junio & Julio, quum & fructus excrescunt, in media etiam crescit regione, sed ab hominibus ibi per stipites potissimum propagatur, lignum enim ejus quam maxime est vegetativum.

Nomen. Latine *Halecus Litorea.* Malaice quidam hanc vocant *Daun Capur Laut*, h. e. folium calceum litoreum, & *Daun Baru Laut*, quod nomen proprie *Novellæ litoreæ*, supra libro tertio descriptæ, competit: vulgari autem nomine Amboinensi *Haleky Laut* & *Haleky Laun Ulu* nota est hæc arbor.

Locus. Contempta est arbor, ubivis in litoribus hisce Orientalibus obvia, raro autem ad arbusculæ crassitiem excrescit, quum tam sæpe amputetur.

Usus. Lignum ejus aptum est ad opera scriniaria subtilia & pusilla, ut & ad asseres excisos & elaboratos instar topiarii operis, quod apud nos ex Tiliæ ligno perficitur, Haleci vero lignum durius est & magis albicat.

Ejus rami quotidie ad hortorum palos & sepes adhibentur, quum facillime progerminent, æque ac *Daun Baroe*, molestum vero est iis adstare vel adsedere ob gravem & urinosum foliorum odorem, qui incolis non obstat. Torniones cancellos ex hoc ligno fabricare quoque norunt, raro autem ejus frusta inveniuntur satis magna, nisi in desertis locis, quum a servis alioquin quotidie cædatur, & a ramis defraudetur.

Tabula Centesima Vigesima Sexta

Ramum exhibet *Haleci litoreæ*, quæ *Ricinocarpi* seu *Mercurialis* species videtur.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Halecus terrestris. Haleky.

Halecus terrestris neutiquam inter arbores numeranda est, quum arbuscula sit humilis, simplicem brevemque gerens stipitem, qui sese mox in raros rectosque dividit ramos, pedem circiter crassos, instar Coryli, tres autem ejus inveniuntur species *vulgaris*, *alba*, & *rugosa*.

Primo *Halecus vulgaris* simplicem & rectum gerit truncum, octo & duodecim pedes altum, ultra pedem crassum, cortice obducto glabro, ex cinereofusco, succoso, & lento, qui facile decorticari potest. Ejus folia solitaria longissimis insident pedunculis, illis Coryli similia, cordiformia nempe, in longum angustumque apicem desinentia, tenuiora & flaccidiora præcedentibus, subtus non cinerea, sed glauca, parvis rarisque dentibus ad oras notata, qui in vetustioribus evanescunt, quinque & sex pollices longa, excepto apice, mollia, & lanuginosa, quales etiam sunt petioli ac surculi.

Tenera folia fusca sunt, & quam maxime lanuginosa ac dentata, dein ab utraque parte angulosa sunt ac trigona, quod in vetustis iterum disparet, quæ rotundiora sunt, multis porro costis pertexta sunt, sicca, & rugosa, nullum peculiarem exhibentia saporem vel odorem instar Malvæ.

Ex foliorum alis tenuis ac longus progerminat petiolus, capitula sustinens plurima racemosa quasi, Tritici grano minora, quæ in flosculos explicantur musco-

De vruchten zyn besiën, met 2. en 3. by malkander hangende, op eenen steel, en ieder besië gelykt de vrucht van Ricinus, *dog veel kleender, grys-groen, met korte weeke spitsjes, als doorntjes bezet, en daar en boven zandig, ook in 3. verdeeld, gelyk aan* Ricinus, *en ieder deel heeft weder een voore in de lengte. Binnen zyn 3. buyskens, en in ieder buysje een swarte, harde, en gladde korl, in de grootte van witte peper; het hout is wit, van digte en fyne substantie, als yvoor, en laat zig glad werken, dog ligt en week, schier als ons Linden-hout.*

Het bloeyd in Juny en July, wanneer men ook de vruchten heeft, maar 't groeyd ook landwaard in, doch meest door menschen aldaar met stokken geplant, want het is een ligt groeyend hout.

Naam. *In 't Latyn* Halecus Litorea. *Op Maleyts noemen 't sommige* Daun Capur Laut, *dat is kalk-blad op strand, en* Daun Baru Laut, *welken naam eygentlyk aan de boven in het derde boek beschrevene* Novella Litorea *toekomt; maar 't is meest bekent met den Amboinschen naam* Haleky Laut, *en* Haleky Laun Ulu.

Plaats. *Het is een veragte boom, en op alle stranden van deze Oostersche Eylanden gemeen, dog zelden opschietende tot de dikte van een boompje, om dat men hem zo dikwils afkapt.*

Gebruik. *Het hout is bequaam tot fyn of kleyn schrynwerk, of uytgehouwene plankjes en loofwerk daar van te maken, gelyk men met ons Linden-hout doed, dog* Haleky *is witter en harder.*

De takken werden dagelyks gebruykt tot thuynstaken, en andere dunne stylen, daar ze dan weder uytschieten, zo wel als de Daun Baroe, *doch 't is moeyelyk daar omtrent te staan of te zitten, wegens den sterken pis-reuk der bladeren, 't welk de Inlanders niet eens gevoelen. De Drayers konnen daar ook alderbande tralien van maken, doch vinden zelden zulke groote stukken, of moeten ze op afgelegene plaatzen zoeken, om datze van de Slaven dagelyks gekapt, en van haar takken berooft werden.*

De hondert zes- en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Strandt Haleck-Boom*, welke een zoort schynt te zyn van de *Ricinocarpos* ofte de *Mercurialis*.

XLIII. HOOFDSTUK.

De Landt Haleky-Boom.

Halecus terestris *mag geenzints onder de bomen gerekend werden, want het is een laag boompje, beneden met een enkelde stam, maar die zig straks in weinige takken verdeeld, omtrent een been dik, gelyk onze Hazelaars; het werd verdeelt in drie zoorten, als* 1. 't gemeene, 2. 't witte, 3. 't ruige.

1. Haleky, *'t gemeene heeft een enkelde regte stam, acht en twaalf voeten hoog, en ruim een been dik, bekleed met een effene, uit den grauwen bruinachtige, zappige, en taye schorsse, die zig ligt laat afschillen. De bladeren staan enkeld, op zeer lange steelen, die van Haselaren gelyk, te weten, hertvormig, met een lange smalle spitse, dunder en slapper, dan de vorige, van onderen niet grauw, maar blauw-groen, met kleene en wyde tandekens aan de randen, dewelke egter aan de oude meest vergaan, vyf en ses duimen lank, behalven de spitse, zagt en wolagtig in 't aantasten, gelyk ook de steeltjes en scheutjes zyn.*

De jonge bladeren zyn bruin, en zeer wolagtig, merkelyk getand, daar na gewinnenze aan weer zyden een uittrekkende hoek, en worden dryzydig, dog deze hoeken verliezen hun wederom aan de oude, die ook ronder werden, voorts zynze met vele ribben doortogen, droog, en rimpelig, van geen zonderlyken reuk of smaak, veel na de Maluwe trekkende.

Uit den schoot der bladeren komt mede een dunne en lange steel voort, daar aan kleene knopjes hangen, tros gewys agter malkander, kleender, dan gerst, waar ui-

scosos, qui nihil aliud exhibent nisi brevia stamina cum antheris flavis, Vitis floribus simillimos & inodoros.

Fructus raro in conspectum veniunt, iisdem insidentes pedunculis hinc inde ex foliorum alis, qui vero multo breviores sunt, quam quum flores sustinerent, atque in ipsorum extremitate bina foliola excrescunt, valvulas mentientia, inter quae bini tresve fructus brevibus in pedunculis continentur, hi vero rotundi sunt instar minorum Piperis granorum, externe rugosi, & parvis quasi punctulis notati, interne granum continentes parvum, rotundum, instar seminis Coriandri, sub cujus duriusculo putamine medulla locatur dulcescens: Bini aliquando fructus concrescunt petiolis insidentes quinque pollices longis: Hujus arbusculae lignum ex crassis constat fibris, estque leve & siccum, nec durabile, nisi positum sit in locis fumo saepe repletis: Hujus sepes non progerminant, uti aliarum vegetabilium arborum, ob ejus siccitatem, per semina autem sese propagat.

Secundo *Halecus alba*, majora gerit folia quam praecedens, quorum multa sunt trigona, subtus alba & lanuginosa, quales & juniorum ramulorum petioli sunt. Tenerum folium non fuscum est uti in priore, sed leviter flavescit: Antequam ejus flores progerminent, longum primo in conspectum venit & acuminatum caput, ex quatuor angustis petalis seu barbulis compositum, uti in *Daun Baroe*, hoc sese aperiens florem exhibet muscosum, quem fructus insequitur, uti in praecedente.

Tertio *Halecus rugosa* maxima gerit folia & altissimum truncum, ejus folia multo majora sunt illis binarum antecedentium specierum, ultra pedem nempe longa & lata, vetusta cordiformia & rugosa, juniora trigona, inferne & superne quam maxime rugosa & pilosa, hi vero pili hirti & spinulosi sunt, sed facile decidui, & cutis pruritum excitant: Flores sunt uti priorum, sed majores, fructus instar Bardanae adhaerent, binis apicibus notati, & interne binis duris ossiculis repleti, suntque viscosi, & Tsjampaccae odorem fundunt. Ejus lignum magis durabile est ad Totarren seu tecta quam praecedentium, estque album, leve, & crassis ex fibris compositum. Pluviosis mensibus Junio & Julio flores ac fructus profert.

Nomen. Latine *Halecus terrestris*: nomen Malaicense ignotum est: Amboinice *Haleky Lau muri* vel tantum *Haleky*, in Loehoea *Halery* & *Hulire*, in Leytimora a quibusdam *Appya* vocatur. Ternatice *Bauraka*, prima species cognominatur rubra seu *Haleky Mera*: Secunda *Haleky Poeti* seu alba, tertia *Haleky Daun Bezaar* seu latifolia.

Locus. Ubique in Amboinae insulis crescit, tam in litore quam in ipsa regione, in locis ventosis inter alias humiles arbores, & ad oras majorum silvarum, non autem, vel raro saltem, in frigidis vallibus & humidis locis, quo vero magis soli exponatur, & quo locus sit siccior, eo minora gerit folia, immo ejus species invenitur parva rotunda & lanuginosa gerens folia, quae *Abutilon* putaretur esse, a quo tamen differt, in acutis etiam & saxosis crescit rupibus, ubi ejus radices potissimum denudatae sunt, facile quoque in hortis desertis progerminat, Amboinensibus *Haun* dictis.

Usus. Prima ac tertia species ad levia aedium tecta adhibentur, non vero ad opera, quae per longum durare oportet tempus, ac tertia potissimum species aptissima est, quum longissima exhibeat tigna, quae primo in totum a cortice depuranda est, ac Soli exponenda, inque locis fumo saepe repletis deponenda & adhibenda, ad sepes vero hortorum, ut progerminent, non valent; quum pereant facile hujus arboris stipites. Tenera primae speciei folia levem habent adstrictionem exsiccantem, unde haec conteruntur cum pauxillo Zingiberis contusae, quae exhibent in Dysenteria, quod vulgare est medicamentum apud Amboinenses, sed tarde operatur. Eadem haec folia cum succo Limonis silvestris contrita, orique puerorum instillata aphthas depurant, si inter conterendum *Arboris pinguis* folia addantur, per facilem sessum alvum simul laxant & depurant.

Ejus cortex coctus cum *Limone Swangi*, ac propinatus exsiccat & depurat mulieres fluxu albo laborantes, si circa menstrui tempus tale decoctum bibant, atque post illud masticent tenera *Nute* (quae *Phyllitis* est) folia cum Pinanga.

Idem

werden kleene Moschagtige bloempjes, daar men niets anders aan ziet, dan korte draadjes met geele nopjes, zeer gelyk 't bloeizel van Wyngaard, zonder reuk.

De vrugten ziet men zelden, voortkomende op dezelfste steeltjes, hier en daar uit den schoot der bladeren, op dewelke van te voren 't bloeizel gestaan heeft, dog als dan zyn de stelen veel korter, en op 't eynd van deze steeltjes staan twee kleene blaadjes, als Valvulae *of deurtjes, tusschen dewelke twee a drie vruchten op korte steeltjes staan, deze vruchten zyn rond, als kleene Peperkorls, van buiten wat ruig, als met kleene punctjes bezet, van binnen met een rond kleen korreltje, als Coriander, en onder een hard-agtige schaal een zoetagtig merg, men ziet 'er zomtyds twee aan malkanderen wasschen, en haar steelen zyn zomtyds vyf duimen lank: Het hout is grofdradig, ligt, en droog, niet durabel, of 't mogt aan rookagtige plaatzen staan. De stylen of staken daar van gemaakt, schieten niet uit, gelyk ander groen hout, wegens zyne droogte, dog door zyn zaad zaayd het zig ligt voort.*

2. Haleky 't witte, *heeft grooter bladeren, dan 't voorgaande, en daar onder veele met drie hoeken, van onderen wit en wolagtig, gelyk ook hare stelen aan de jonge takken. Het jonge blad word niet bruin, gelyk aan 't voorige, maar ligt-geel. Eer het bloeizel voortkomt, ziet men eerst een lange spitze knop van vier smalle blaadjes of baarden gemaakt, gelyk aan de* Daun Baroe, *deze zig openende, vertoont 't Moschagtige bloeizel, waar op de vruchten volgen, als aan 't voorgaande.*

3. Haleky 't ruige *heeft de grootste bladeren, en de hoogste stammen, de bladeren zyn veel grooter, dan aan beide de voorgaande, te weten, over een voet lank, en breed, de oude hertvormig en rimpelig, de jonge dryhoekig, van onderen en boven zeer ruig en hairig, welke hairtjes stekelig zyn, ligt afvallen, en op de huid een jeuken verwekken; 't Bloeizel is, als aan de voorige, dog grooter; de vrubten als klissen, met twee spitzen bezet, binnen met twee harde korls, kleverig, en rieken na de* Tsjampacca. *Het hout is durabelder tot Totarren, als andere* Haleky, *mede wit, ligt, en grofdradig. In de regen-maanden Juny en July heeft men de bloemen en vruchten.*

Naam. *In 't Latyn* Halecus terrestris: *De Maleytsche naam is onbekend: In 't Amboins* Haleky Lau Muri, *of slegts* Haleky, *op Loeboe* Halery *en* Hulire, *op Leytimor by zommige* Appya, *op Ternataans* Bauraka, *de eerste zoorte werd bygenaamt rode of* Haleky Mera. *De tweede* Haleky Poeti *of witte, de derde* Haleky Daun Bezaar *of grootbladige.*

Plaats. *Het wast over al in de Amboinsche Eylanden, zo wel op strand, als landwaard in, op lugtige plaatzen, onder ander kreupel-bosch, en aan de randen van groote losschen niet of zelden, in koude valeyen, en vogtige plaatzen, hoe meer het ter Zonne staat, en hoe droger de plaats is, hoe kleender bladeren 't gewind, ja men heeft een zoorte met kleene, ronde, en wolagtige bladeren, die men voor een* Abutilon *zoude aanzien, 't welk het nogtans niet is, het groeyd ook op scherpe koraal-klippen, daar de wortelen meest bloot staan, en komt ligt voort in verlatene thuynen, by de Amboinezen* Haun *genaamt.*

Gebruik. *De eerste en derde zoorte werden tot ligte Totarren of dak-Sparren gebruikt, dog tot gene werken, die durabel moeten zyn, zynde de derde zoorte wel de bequaamste daar toe, om datze de langste sparren geeft, men moetze eerst heel en al van de schorsse beroven, in de Zon drogen, en dan nog aan rookagtige plaatzen gebruiken, tot thuyn-staken, die men hebben wil, dat uitschieten zullen, deugenze niet, wantze vergaan ligt. In de jonge bladeren van de eerste zoorte is een sagte zamentrekking, en opdroginge, dierhalven wryvenze die met een weinig kleene Gember, en gevenze te drinken in de Bloedloop, een gemeen medicyn by de Amboinsche, die dog langzaam toegaat. Dezelve bladeren met zap van wilde Lemoenen gewreven, en in de mond van de kinderen gedropen, zuiverd dezelve van de Sprouw, als men in 't wryven de bladeren van* Arbor pinguis *daar by doet, zo zuiverenze met een het lyf door een zagte kamergank.*

De schorsse gekookt met Lemon Swangi, *en die gedronken, droogt en zuivert de vrouwen, die met de witte vloet gequelt zyn, als zy het drinken tegens den tyd haarer reyniginge, en na dezelve eeten de jonge bladeren van* Nute *te zamen met* Pinang *geknouwt.*

Het

Halecus terrestris albus.

Idem quoque decoctum virorum Gonorrhæam curat, si bis de die ejus cyathus bibatur, uti & illos, qui Nephritide laborant, perinæum vero inliniendum est eodem Limonis succo, & contritis carbonibus *funis musarii*, seu fungi *Biobio* dicti, qui Lycoperdi species est, Chirurgis Bovista dicta:

Ejus cortex exsiccari potest, inque cistis servari ad usum, hic enim aquæ incoctus cum pauxillo Cinamoni, Liqueritiæ, Cubebarum, & Cumini, optimum præbet gargarisma in tonsillis tumentibus & uvula prolapsa, immo licet os & fauces exulceratæ essent, si enim tepide hoecce gargarisetur, optime depurat & cito exsiccat ulcera, quod sæpius exploratum est.

Ad omnes hos usus medicos prima seu fusca species eligenda est, quæ rarior est binis aliis speciebus.

Het voornoemde decoctum van de schorsse en Lemon Swangi *geneest ook de Gonorrhea in de mannen, dagelyks tweemaal een kopje vol daar van gedronken, als mede die gene, die met 't Graveel gequeld zyn, dog het perinæum moet men smeeren met het zelve Lemoen-zap, en gewreven kolen van* funis musarius, *of een* fungus Biobio *genaamt, zynde een zoorte van* Boebenvist, *by de Chirurgyns* Bovist *genaamt.*

De schorsse kan men drogen, en in bondeltjes bewaren tot gebruik, want dezelve in water gekookt, met een weinig Caneel, en Zoetbout, Cubeben, en Comyn, geeft een kostelyk gorgel-water in de geswolle amandelen, en 't vallen van den buyg, ja al ware mond en keel daar by verseerd, want lauw daar mede gegorgelt, zuivert en droogt baastig op, zynde meermaals goed bevonden.

Tot alle deze medicinale gebruiken moet men de eerste of bruyne zoorte verkiezen, dewelke weiniger te vinden is, dan de twee andere.

Tabula Centesima Vigesima Septima

Ramum exhibet *Haleci terrestris*,
Ubi per Litt. A ramulus albæ speciei denotatur.

De hondert seven en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Landt Haleky-Boom.*
Alwaar door Lett. A een Takje van de *witte zoort* aangewezen werd.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Clypearia maritima. Kellor Laut.

HÆc arbor mixtam gerit formam ex ligno murenæ, libro quarto descripto, Clypearia, & Turio, potissimum vero ex Morunga compositam, quod ejus nomen denotat. Arbor crassitiem & altitudinem habet *Clypeariæ vulgaris*, ejus autem coma non ita ample extenditur. Hujus lignum est album, molle, & inutile. Ramorum cortex ex cinereo & fusco variegatus est, rachidum vero viridis, in ramis ramuli alternati sunt & inordinati, mollibus ex geniculis provenientes: Hisce pinnæ foliosæ per quatuor vel quinque paria obposita insident, quæ in inferioribus pinnis quinque gerunt foliorum paria, in superioribus octo, quæ vix digiti articulum longa sunt, minora digitum transversalem, superne obtusa, & subrotunda, quædam vero superius latiora sunt, melius illa Turii quam Moringæ referentia, nullis plerumque costis donata, glabra, & firma. Fructus sunt siliquæ longæ & tenues. In planis crescit litoribus in sinu Amboinensi, sed vix nota est.

Nomen. Latine *Clypearia maritima.* Malaice *Kellor Laut*, Amboinice *Siælaut*, & *Aysielo.*

Usus. Nulli inservit usui, nisi quod ejus cortex loco saponis adhibeatur ad depurandas & eluendas vestes. Plura de hac arbore vide supra *libro quarto* in capite *Ligni Mureni* seu *Murini.*

Rumphius in *Adpendice* hæc adnotavit.

Adtendendum est, ne error committatur, quod Amboinenses hanc confundere soleant arborem cum *ligno Murino* seu *Aymalaba* supra *libr.* 4. descripto, ob foliorum similitudinem, sic quoque distinguenda hæc est a *Kellor Goenong*, seu *Clypearia rubra* supra descripta.

XLIV. HOOFDSTUK.

De Strandt Kellor-Boom.

D*Ezen boom draagt een gemengde fatzoen van het* lignum murenæ, *in het vierde boek beschreven,* Clypearia *en* Turi, *maar meest van* Kellor, *gelyk de gemeene naam mede brengt. De boom is in de dikte, en hoogte van de gemeene* Clypearia, *dog breyd de kruin haar zo verre niet uit. Het hout is wit, week, en ondeugend. De schorsse der takken is uit den grauwen en bruinen gemengt, aan de ryskens groen, aan de takken staan de telgen, of dunder takskens over dwers, en zonder order, op weke knien: Aan dezelve staan de blad-dragende ryskens, met vier of vyf paren, regt tegens malkander, aan de agterste steeltjes vyf, aan de voorste acht paren, deze zyn schaars een lid van een vinger lank, een pink breed, voor stomp en rond, dog sommige zyn voor breeder, dan agter, beter na die van* Turi, *dan* Kellor *gelykende, meest zonder ribben, glad, en styf. De vruchten zyn lange, dunne houwen. Hy wast op vlakke stranden, in den Amboinschen Inbam, dog is weinig bekent.*

Naam. *In 't Latyn* Clypearia maritima. *Op Maleyts* Kellor Laut, *op Amboins* Siælaut, *en* Aysielo.

Gebruik. *Hy dient tot niets, als dat men de schorsse gebruikt, in plaats van zeep, tot 't wasschen der klederen. Ziet hier van meer boven* lib. 4. *in 't Capittel van* Lignum Murenæ *of* Murinum.

Rumphius heeft in het *Aanhangzel* dit 'er neergestelt.

Hier staat op te letten om geen abuys te begaan, dat de Amboinezen dezen boom vermengen met Lignum Murinum *of* Aymalaha *boven* lib. 4. *beschreven, wegens de gelykheid der bladeren, zo moet men hem ook onderscheyden van* Kellor Goenong *of* Clypearia rubra, *hier boven beschreven.*

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Solulus arbor. Roraco.

HÆc arbor commune gerit nomen cum frutice quodam flagelloso litoreo, *Solulo* dicto; est autem hæc perfecta arbor, licet non crassior sit crure, ejusque truncus obductus est cortice fusco & succoso. Hujus coma angusta est & inordinata, in breves ramos divisa, qui in plures iterum breves dividuntur rachides, quæ binæ ternæve simul excrescunt, & in minores laterales iterum dividuntur. Folia cum illis Turii conveniunt, sed sunt minora, & angustiora, digiti articulum nempe longa, minorem digitum lata, superius obtusa, brevique & acuto apice donata, oris deorsum flexis ac sine costis, nervus autem medius inferne maxime protuberat, alternata vero locantur, septem & octo paria ab utraque rachidis parte cum inpari extremo, quod & maximum est, sunt autem superne glabra & læte viridia, inferne glauca, saporis fatui & herbacei, si rami abrumpantur, odorem fundunt quasi fabaceum.

Flores illis Fabarum vel Catjang similes sunt, pusilli, & albi. Fructus plerumque gemini simul dependent peculiari ex petiolo, digitum longi, immo breviores, semi digitum lati, instar corniculi incurvati, plani, & per longitudinem parum sulcati seu rugosi, quorum quidam simplices, alii duplices videntur, angusto collo sibi juncti, quævis autem pars hujus unum alterumque continet officulum, oblongum, & planum, fere instar fabarum Sinensium, sed minus, primo album, dein fuscum. Hæc arbor per stipites propagari potest.

Nomen. Latine *Solulus arbor.* Malaice *Solulo Pohon*, ac tantummodo *Solulo*, Ternatice *Roraco*, quo nomine maxime nota est.

Locus. In Amboina exotica est, una tamen alterave circa ædes obcurrit plantata, & uti dicitur, ex Ternata primum translata, in boreali Ceramæ plaga itidem invenitur.

Usus. Licet ejus folia herbacea sint & ita sapiant, ad cibum tamen raro vel non adhibentur, ex hisce vero decoctum præparatur, vel in aqua tantum conteruntur & propinantur ad Amboinensium variolas expellendas, quibus contrita folia externe etiam inponuntur. Expertum quoque est puerum ex arboris lapsu brachium fregisse, cui hæc folia arcte adligata illud curarunt, unde ipsis virtus tribuitur luxatos & fractos artus curandi. Alii corticis decoctum præparant, quod propinant contra Beriberi seu Paralysin Indicam.

XLV. HOOFDSTUK.

De Solulus-Boom.

DEzen boom heeft een gemeenen naam met een kruypende strand-heester Solulo *genaamt; het werd een formeele boom, hoewel niet dikker dan een dye, en den stam is bekleet met een bruinagtige zappige schorsse. De kruin is smal, onordentlyk, in korte takken verdeelt, en dezelve wederom in veele korte ryskens, dewelke met twee en drie by malkander staan, en al wederom in zyde takjes verdeelt. De bladeren gelyken die van* Turi, *dog zyn kleender, en smalder, te weten een lid van een vinger lank, en een pink breed, van voren stomp toelopende met een kort, styf spitsje, met de randen neerwaarts gebogen, en zonder kennelyke ribben, dog de middel-zenuwe buylt beneden ver uit, verwisselt tegens malkander staande, met zeven en acht paaren aan een rysken, en een voor uit alleen, 't welk ook het grootste is, boven glad, en regt groen, van onderen blauwagtig, smets en moeskruidagtig, en smeerig van smaak, in 't afbreeken van de takken werd men ook een boonen reuk gewaar.*

Het bloeizel is als dat van boonen of Catjang, kleen, en wit. De vruchten hangen gemeenlyk twee by malkander, dog ieder op een byzondere steel, een vinger lank en minder, een halve vinger breed, wat krom als een hoorntje, plat, en in de lengte wat gevoorent of rimpelig, zommige zyn enkeld, andere als dubbeld, met een smalle hals aan malkander hangende, en ieder deel verbergt een of twee boonen. Dezelve zyn lankwerpig, en plat, schier als Sineeze boonen, dog kleender, eerst wit, daar na bruin. Dezen boom laat zig met takken verplanten.

Naam. *In 't Latyn* Solulus arbor. *Op Maleyts* Solulo Pohon, *en slegts* Solulo, *op Ternataans* Roraco, *met welken naam hy meest bekend is.*

Plaats. *Hy is in Amboina vreemd, hier en daar vind men hem by de huizen geplant, zo men zegt eerst uit Ternaten aangebragt, dog op de Noord-zyde van Ceram werd hy ook gevonden.*

Gebruik. *Hoewel de bladeren moeskruydagtig smaken, zo werd het egter tot de kost niet of weinig gebruikt, maar van de bladeren makenze een decoctie, of wryvenze slegts in water, en gevenze te drinken, om de Amboinsche pokken ter degen te doen uitslaan, waar op men dan de gewrevene bladeren van buiten legt. Nog heeft men een experiment, dat een jonge door 't vallen van een boom zyn arm gebroken hebbende, door 't styf opbinden van de gewreve bladeren genezen is, daarom hem de kragten toegeschreven werden, om de verstuytte en gebrokene leden te genezen. Andere maken een decoctie van de schorsse, en geven die te drinken tegens de Beriberi, of Oost-Indische lammigheid.*

Tabula Centesima Vigesima Octava

Ramum exhibet *Soluli*, quæ Parkinsoniæ species videtur.

De Hondert acht en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Solulus-Boom*, welke tot het geslagt van de *Parkinsonia* schynt te behooren.

CAPUT XLVI.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Arbor Radulifera. Caju Baroedan.

HÆc alta est arbor, truncum gerens rectum, glabro cortice obductum, ejus folia bina sibi sunt obposita, brevissimis petiolis insidentia, tres, quatuorque pollices longa, binos lata, glabra, & integra, nec nervus magnus directe per medium transit.

Flores longis & amplis dependent ex racemis uti Mangæ, odorati itidem. Fructus semi-perfectum refert Cucumerem, quinque & sex pollices longus, in quinque cellulas divisus, unde & pentagonus est, externe autem punctulis notatus est instar Durionis, multo autem brevioribus nec pungentibus, interne rubet, ac pauca medulla repletus est, sique dehiscat, quævis ex quinque partibus quatuor septis seu pelliculis per longitudinem distincta est, quorum bina exteriora fortissima sunt septa, uti in vetustis Durionibus, quæ putamini extremo adnectuntur, bina vero interiora molles sunt pelliculæ, quarum quævis composita est ex tribus magnis & planis squamis laxe sibi adcumbentibus, quæ semina videntur esse. Quævis enim squama intus continet molle & viscosum officulum instar seminis Melonis, quod in bina foliola divisibile est, quæ in medio umbilico sibi adhærent, Durionis fœtorem spirant hi fructus.

In medio autem binorum mollium septorum alius nucleus locatus est, digitum longus & latus, formam gerens semi-perfectæ lunæ, vel instar quorundam incurvorum pectinum, in interna parte acutus & tenuis, juxta dorsum crassus & rotundus. Sub externo tenui cortice friabilis reconditur substantia instar Suberis humidi, seu uti his in regionibus instar *Gabbe Gabbe*, quæ nullum Durionis odorem habet, & pallide fusca est externe.

Totus fructus facile in quinque dehiscit partes diu sibi invicem adhærentes, interna autem substantia facile prolabitur, restantibus quinque quasi cymbis.

Decembri floret, sique fructus maturescant, in arbore ingentes conspiciuntur Erucæ, seu pilosi vermes, digitum circiter crassi, coloris flavi, qui folia & fructus depascuntur, ita ut arbor sit nuda, & hisce vermibus quasi tecta; Ejus lignum ad tigna adhibetur, nec facile cossos generat.

Nomen. Latine *Arbor Radulifera.* Malaice *Caju Baroedan*, juxta Hitoense, & Amboinense, quod radulæ arborem denotat, quum quævis quinque partium fructus radulam referat, ejusque loco aliquando usurpetur. In Loehoea *Sasacke Seby*, quod Malaice *Baroedan Alea*, seu Zingiberis radulam denotat. Ejus eruca specialiter vocatur *Ulit Alut*, h. e. facci vermis ab ejus forma rotunda.

Locus. Hæc est arbor raro obvia, potissimum vero in Hitoes ora invenitur, ipsique obposita parva Cerama.

Usus. Vetustorum truncorum lignum palis inservit & tignis: Ex spinosis fructus partibus radulæ formantur, quibus cunctæ molles radices, uti Zingiberis, Curcumæ, similiumque comminuuntur, natura enim hisce stupidis hominibus quam maxime favet, subpeditando plurima instrumenta, quæ quotidianum ad usum ipsis sunt necessaria, nec tamen fabricare norunt: Quum vero hæc arbor adeo rara sit, hinc natura illis aliam quoque concessit rapsulam, quæ dendritis est in mari ubique obvia, quæ alio in loco inter marina a nobis descripta est sub nomine *Fungi Saxei.*

Pinguis porro vermis seu Eruca Amboinensibus in deliciis est, quem deglubiunt, ejusque intestina abjiciunt, ac verruculo perforant, atque tali modo tostum edunt, instar butyri enim pinguis est, hic vero cibus adeo nauseosus est, ut nemo ipsum desideraret, nisi qui ipsi sit adsuetus: Hoc autem malum quoque patitur quotannis *Cananga* frugifera, ejus vero Erucæ horrendæ sunt, ac pilis hirtæ, ex nigro & luteo maculatæ, nec edules; ita ut licet *Radulifera* nullum alium præberet usum, hic tamen locum mereretur, quum singulare subpetat exemplum Erucæ edulis.

Tabula Centesima Vigesima Nona

Ramum exhibet *Raduliferæ fructibus* onustæ.

CAPUT

XLVI. HOOFDSTUK.

De Rasp-Boom.

Dit is een hoogen boom, met een regten stam, en effene schorsse, de bladeren staan twee en twee tegens malkander, op zeer korte steelen, drie en vier duimen lank, twee dito breed, effen, en glad, de groote ribben gaan niet regt door de midden.

Het bloeizel hangt aan lange en wyde trossen, gelyk aan de Mangas, ook wat riekende. De vrucht is als een half volwasse Comcommer, vyf en zes duymen lank, in vyf ladekens verdeelt, en dierhalven ook vyfhoekig, van buiten isze met punctjes bezet, gelyk een Doerieon, *dog veel korter, en niet stekende, van binnen rood, met eenig merg gevult, en alsze open bersten, zo ziet men ieder van de vyf deelen met vier scheyds mueren of velletjes, in de lengte afgedeelt, waar van de twee buitenste styve wanden zyn, gelyk aan de oude Doerioenen, en aan de buitenste schaal vast, de twee binnenste zyn weeke velletjes, ieder gemaakt van drie groote en platte schubben los tegens malkander aanleggende, waarin schynt dat de zaad-kragt steekt, want ieder schubbe heeft van binnen een weeke kleverige korrel, als Meloen-zaad, die zig in twee blaadjes laat verdeelen, in de midden met een naveltje aan malkander hangende, en hebben den reuk van Doerioens.*

In de midden tusschen de twee weeke scheyd-vellekens legt nog een korrel, een vinger lank, en een breed, in de gedaante van een staande halve Maan, of van sommige kromme Cammetjes, aan de binnen zyde scherp, en dun, langs de rugge dik, en rond. Onder de buytenste dunne schorsse of korst, legt een brokkelige substantie, als natte kork, of hier te land Gabbe Gabbe, *niets na Doerioens riekende, van buiten ligt-bruin.*

De geheele vrucht berst ligt open in vyf deelen, die lang aan malkander hangen blyven, maar 't binnenste valt ligt uit, en dan blyven vyf schuytjes over.

Zy bloeyen in December, als de vruchten ryp zyn, zo komen aan die boom groote Rupzen, of hairige Wormen, omtrent een vinger dik, geel van coleur, die de bladeren en vruchten afeeten, zo dat den boom als dan kaal staat, en met deze Wormen bedekt is; Zyn hout is mede tot timmeren gebruikelyk, en redelyk vry van den Worm.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Radulifera. *Op Maleyts* Caju Baroedan, *na 't Hitoeës, Amboinees, dat is Raspe-boom, om dat ieder van de vyf deelen des vruchts een Raspe gelykt, en daar toe ook eenigzints gebruykelyk is. Op Loehoe* Sasacke Sehy, *dat is in 't Maleyts* Baroedan Aleu, *of Gember-raspe. De Rupze hiet in 't byzonder* Ulit Alut, *dat is sak-Worm, van zyn ronde gedaante.*

Plaats. *Dit is een boom, die weynig gevonden werd, meest op de kust van Hietoe, en tegen over op kleen Ceram.*

Gebruik. *Het hout van de oude stammen dient tot stylen en timmer-hout: Uyt de steekelige deelen des vruchts maakt men Raspen, om alderhande weeke wortelen, als Gember, Curcuma, &c. kleen te maken, want de natuur is deze botte Inlanders zeer dienstig, in 't verschaffen van veelderhande gereetschappen, die zy in de dagelykze huyshouding van noden hebben, en echter niet maken konnen. Dog om dat deze boom zo raar is, heeft hun de natuur nog een andere Raspe gemaakt, zynde een steen overal in Zee te vinden, en by ons elders beschreven onder de zee-gewassen, met den naam van* Fungus Saxeus.

Voorts zyn de vette Rupzen aan den boom zittende by de Amboinezen een lekkernye, die dezelve overstropen; 't ingewand wegwerpen, aan een spit steken, braden, en zo eeten, want zy zyn zo vet als boter, dog deze kost is zo afzienlyk, datze niemant eeten zal, die daar niet aangewend is; Diergelyke plage komt jaarlyks den Cananga-boom *mede over, als hy vruchten draagt, dog diens Rupzen zyn leelyk, hairig, met swart en geel bespikkelt, en niet eetbaar; En al had men geen ander gebruik van deze* Radulifera, *zo verdiendt zy al evenwel hier plaats, om datze een byzonder voorbeeldt is van eetbare Rupzen.*

De Hondert negen en twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Rasp-Boom* met zyn *vruchten.*

XLVII.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Folium intinctus. Daun Salam.

HÆc arbor potissimum frutescit, aliquando autem arbuscula est crus crassa, quumque præterea ad arboris rubræ seu Aycou genus pertinere videatur, inter arbores eam locare voluimus.

Plerumque itaque frutescit instar Guajavi silvestris, cujus truncus pedem crassus est, qui rachides emittit rectas & graciles, cortice glabro & fusco obductas. Harum folia ample sunt extensa, bina sibi obposita, brevibus petiolis insidentia, unde & sibi quasi adcumbunt, suntque minora & angustiora, quam in ulla alia *Aycau* specie, tres quatuorve pollices longa, binos lata, superius acuminata, & integra, multæ autem costæ transversales ad oras in sinus excurrunt, uti in reliquis Aycau speciebus, folia autem superne intense sunt viridia, inferne pallide virentia, saporis aciduli, odoris gravis, qui incolis aromaticus habetur.

Flos oblongo insidet capitulo, flores referens Jambosæ albæ vel Guajavi, minor vero est, plurimisque staminibus gaudet, huic fructus subcrescit more Jambosarum vel Caryophyllorum, magnitudine ovi Columbini, qui albus, est, & ab uno latere compressus ac planus, superne coronula umbilicatus, instar Jambosæ, saporis aciduli, intusque ingens continet officulum rugosum. Optime hic fructus illam Jambosæ silvestris speciem refert, quæ *Jambu Sakkelät* dicitur, sed non edulis est. Ejus lignum illi *Aycau* simillimum est, sed durius, & tenuioris substantiæ, attamen tignis non inservit.

In campis crescit planis & in levibus silvis copiose circa castellum *Victoriam*, ejus fructus Junio observantur.

Nomen. Latine *Folium intinctus*, juxta Malaiense *Daun Salam*, h. e. intinctus folium a subsequenti ejus usu, Amboinice in Leytimora *Kepa*. Quidam illam vocant *Aycau tuba*, quum ejus folia subtus glauca sint uti in *Tuba sterili*, re vera autem nil aliud est quam *Aycau frutescens*.

Usus. Quum ejus folia acidulum Indis gratum saporem gerant, hinc carni & piscibus incoquuntur, ut juri gratum concilient acorem cum levi adstrictione, unde & nautæ in fasciculos hæc collecta secum ducunt, immo ex Java in Amboinam illa deducunt, quum ipsis ignotum sit hic quoque obcurrere, talia acidula condimenta & intinctus ipsis salutares habentur in mari, atque hinc nomen obtinuit arbor. Stupidis vero Amboinensibus nullo sunt in usu, atque Malaienses quidam mihi indicarunt in Java quoque crescere, ibique jucundioris esse saporis Amboinensibus: Lignum vero ipsis aliquando inservit pro manubriis instrumentorum, quum durum & solidum sit instar Caryophylli silvestris. Arboris cortex ab Amboinensibus adhibetur ad Papedam coquendam, unde & inter *Oebat Papeda* numeratur.

Hitoenses hanc habent *Aycau Boppo* speciem, cujus vulgaris seu latifolia supra *libr.* 4. *cap.* 40. describitur, ejusque altera seu angustifolia hæc *Daun Salam* habetur.

Rumphii Adpendix hisce aucta est.

Vera Daun Salam Bataviâ Ao. 1693. adlata, inque horto meo adulta, foliis cum superiore conveniebat Amboinensi, ejus enim folia late distabant in ordines sibi obposita & fere sessilia, formæ supra descriptæ; junioris vero arbusculæ sex septemve pollices longa erant, ipsorumque venulæ juxta oras in sinus concurrebant, saporis parum aciduli, haud tamen adeo gratum exhibebant saporem, licet in Java tenera folia instar *Ulang Ulang* cruda edantur, ac forte inde etiam Baleyensibus dicitur *Jangang Ulang*.

Fructus illos *Jambolanæ* seu *Djuet* referunt, sunt vero minores & rotundiores, saporis aciduli & adstringentis.

Hujus

XLVII. HOOFDSTUK.

Het Indoop-bladt.

Dit is meestendeel een beester, doch werd zomtyds een boompje van een dye dik, en om dat 't daar en boven onder de geslagten van Arbor rubra *of* Aycou *schynt te behoren, zo hebben wy hem plaatze onder de bomen gegeven.*

Het blyft dan meest een heester, gelyk de wilde Gujavos, met een stam van een been dik, regte en ranke rys-kens, een effene en bruyn-rosse schorsse. De bladeren staan wyd, en altyd 2. en 2. tegen malkander, op korte steeltjes, die dezelve na malkander buygen, kleender en smalder, als aan eèn ander geslagt van Aycou, 3. en 4. duymen lang, 2. dito breed, na voren toegespitst, met effene kanten, veele dwers-ribben lopen met bogen aan de kanten te zamen, gelyk aan alle Aycaus *te zien is, boven loot-groen, onder bleek-groen, van smaak zuuragtig, en wat sterk van reuk, het welk de Inlanders voor Aromaticq houden.*

De bloem staat op een langwerpig knopje, en gelykt de witte Jamboezen of Gujavos, doch is kleender en digter van draden, daar onder groeyt de vrucht, op de manier als de Jamboezen of Nagelen groeyen, in de grootte van een duyven-ey, wit, en aan de eene zyde een weinig plat, boven met een kroontje of navel, gelyk de Jamboezen, van smaak zuurachtig, van binnen met een groote gerimpelde steen. Zy gelyken zeer na die zoort van wilde Jamboezen, die men Jambu Sakkelät *noemd, doch zyn niet eetbaar. Zyn hout is de* Aycau *gelyk, doch wat harder en fynder van stof, echter tot 't timmeren niet gebruykelyk.*

Het wast op vlakke velden, en in kreupel-bosschen, veel omtrent 't Kasteel Victoria, de vruchten ziet men in Juny.

Naam. *In 't Latyn* Folium intinctus, *na 't Maleytsche* Daum Salam, *dat is blad des indoops, van zyn volgende gebruyk. Amboins op Leytimor* Kepa. *Zommige noemen 't* Aycau tuha, *om dat de bladeren van onderen groen-blaauw zyn, gelyk aan de* Tuba sterilis, *en 't is in der daat anders niet, dan een beesteragtige* Aycau.

Gebruik. *Dewyl deze bladeren van een rynsche, en by de Indianen aangename smaak zyn, zo werdenze gebruykt by vleesch en visch te koken, om het zap een aangename zuurte te geeven, met een kleene zamentrekking, daarom voerenze de Zeevarende met bosjes by hun, ja brengenze zelfs van Java in Amboina, dewylze niet weten, datze hier ook vallen; diergelyke zuure zauce en dopinge houdenze gezont op zee, en daar van hebben de bladeren haren naam. By de botte Amboinezen zynze in geen gebruyk, ook verklaarden my eenige Maleyers, dat die op Java wassen aangenamer van smaak zyn dan de Amboinezen, alleenlyk dient hun 't hout, zomtyds tot stelen aan gereetschappen, om dat het hard en styf is, gelyk 't wilde Nagel-hout. De schorsse werd by de Amboinezen gebruykt in 't koken van de Papeda, en daarom ook onder de* Oebat Papeda *geteld.*

De Hitoeëzen houden 't voor een Aycau Boppo, *waar van 't gemeene of breedbladige boven in 't 4. Boek, Kapittel 40. beschreven is, en voor 't tweede of smalbladige houdenze dit* Daun Salam.

Het Aanhangzel *van* Rumphius *is hier mede vermeerdert.*

Het opregte Daun Salam *van Batavia Ao.* 1693. *gebragt, en in myn thuyn opgeschoten, quam in bladeren meest overeen met het bovenstaande Amboineze; want de bladeren stonden in wyde tusschen-plaatzen, en in ryen regt tegens malkander, schier zonder voetje, van gedaante als boven staat, doch aan 't jonge boompje waarenze wel 6. a 7. duymen lang, en haar adertjes liepen langs de kanten met bogten t'zamen, van smaak een weinig zuuragtig, doch van geen zonderlinge aangenaamheid, hoewel men op Java de jonge bladeren als Ulang Ulang raauw eet, en misschien ook daarom by de Baleyers genaamt* Jangang Ulang.

De vruchten zullen zyn als Jamboelaens *of* Djuet, *doch kleender en ronder, mede zuuragtig en zamentrekkende van smaak.*

De

Hujus arboris folia a Javanis piscibus adcoquuntur, ut ipsorum cænosum odorem & saporem tollant. Hunc in finem primo supra ignem leviter torrenda sunt, unde gratum spirant odorem, tumque piscium condimento adduntur: In Java in perfectam excrescit arborem.

Huic maxime adfinis est alia arbor, *Daun Parawas* dicta, quam quidam cum præcedenti confundunt, *Parawas* autem non in altam excrescit arborem, sed tantum frutescit, qui longis suis flagellis aliis sese inmiscet herbis, ac potissimum obcurrit juxta fluminum ripas circa Bataviam: Ejus folium brevius ac rotundius est illis præcedentis, atque costæ magis per longitudinem decurrunt, magisque protuberant, nec istas gerit transversales venulas, quæ in præcedentis observantur folio, hoc vero longioribus insidet petiolis, qui cum nervo medio inferius nigerrimi sunt. Hujus arboris odor & sapor aromaticus quoque magis est, ipsiusque fructus ignoti sunt, immo ipsis Javanis: Ejus folia in fasciculos conliguntur, atque in Javanorum cistis aromaticis venduntur ad usum Medicum, hæc enim folia cum *Mussi* & *Coriandro* contrita, abdomini puerorum inponuntur contra ipsius tormina.

De bladeren dezes booms werden by de Javanen meest gebruykt by vissen te kooken, om dezelve de modderachtige reuk en smaak te benemen; tot dien einde moet men ze eerst over 't vuur houden, en half braden, waar doorze een aangenamen reuk krygen, en dan in de visch-zop doen; op Java wert het een volkomen boom.

Hier mede heeft groote gelykenisse een andere boom, Daun Parawas *genaamt, het welk zommige met het voorgaande vermengen; doch* Parawas *wert geen hoogen boom, maar blyft een struyk, die met zyn lange ranken over andere ruygtens slingert, en meest te vinden is langs de rivier-kanten omtrent Batavia. Het blad is korter en ronder dan het voorgaande, zyne ribben lopen meer in de lengte, en steeken meer uyt, zonder de veele dwers-ribbekens, die men aan 't voorgaande ziet, ook met merkelyker voetjes of steelen, zynde den steel en de middel-zenuwe pik-swart van onderen, reuk en smaak is ook speceryachtiger. De vruchten daar van zyn onbekend, zelfs by de Javanen. De bladeren werden in bondeltjes gebonden, en in de Javaanze kruyd-doozen verkogt tot eenig Medecyn, want de bladeren met* Mussi *en* Coriander *gewreven, werden gespreid op den buyk der kinderen tegens buykpyn.*

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Lignum Mucosum. Caju Lapia.

HÆc est arbor silvestris, longa angustaque gerens folia instar *Bintangor Oetan*, verum non ita hæc scabra sunt, quinque, sex, & novem pollices longa, binos & tres digitos lata, vetustarum vero arborum tantum quinque & sex digitos longa sunt & binos lata, superne glabra, inferne paucis ac subtilibus venis transversalibus donata, ad oras arcte & subtiliter serrata, ita ut vix dignosci possit, facillime autem decidunt folia, quæ inregularia ramulis insident, atque inferiora semper breviora sunt superioribus.

Flos primo rotundum refert capitulum, magnitudine Myrtilli, qui calici insidet pentapetalo, firmo, & retrorsum flexo, atque dein sese aperit in quinque concava & fordide albicantia petala, intus repleta brevibus staminibus, crassas & flavas antheras gerentibus, instar seminis cujusvis duras, in illorum centro pistillum locatur, quod in fructum excrescit, qui oblongus est, pentagonus instar illius Udani, atque in quinque dehiscit partes, inter quas quinque plana & oblonga locantur semina, stilo intermedio conjuncta, Majo autem observatur.

Arboris lignum longis ex fibris constat, estque album, solidum, ac quodammodo russum, fere instar illius *Bintangoræ silvestris*, atque satis durabile, & ædificiis aptum, si sicco cæsum fuerit tempore.

Ejus cortex crassior est illo Bintangoræ, glaber quoque, atque si decorticetur, facile disrumpitur instar illius Bintangoræ, facillime autem a trunco separari potest. Si truncus incidatur, per aliquod tempus lympha mucosa exstillat instar Papedæ, quæ mox condensatur, unde & nomen suum sortita est hæc arbor.

Nomen. Latine *Lignum mucosum.* Amboinice & Malaice *Caju Lapia* & *Ay-Lapia.*

Locus. In Amboinæ montibus crescit, ac potissimum in Leytimora.

Usus. Lignum oportet sicco anni tempore cædere, sique penitus sit siccum, ædium tectis inservire potest, quum sit leve ac satis durabile, si vero nimis recens adhibeatur, cossos facile generat, atque circa solum cito putrescit. In Leytimora multum expetitur ad tectorum opera, quum longa exhibeat tigna, recens vero grave est, ac proin difficile est illud ex silvis petere, tarde etiam exsiccatur; ejus cortex contritus, atque sub aqua rupibus intrusus, anguillas enecat, ita ut mortuæ per aquas fluctuent.

Caju Lapia, quæ hujus parvifolia species a Soyanensibus habetur, multo minora gerit folia, quatuor & quinque pollices longa, binos lata digitos, ab utraque parte acuminata fere usque ad ipsum ramum, sessi-

XLVIII. HOOFDSTUK.

De slymerige Hout-Boom.

D*It is een wilde boom met lange en smalle bladeren, gelyk die van* Bintangor Oetan, *doch zo styf niet, 5. 6. en 9. duymen lang, 2. en 3. vingers breed, doch aan de oude boomen zyn ze maar 5. a 6. duymen lang, 2. dito breed, boven glad, beneden met weinige en subtiele dwers-ribbekens, aan de kanten digt en donker gezaagt, zo dat men 't qualyk merken kan, en ligt afvallen. Zy staan zonder ordre aan de steelen, en de agterste zyn altyd korter dan de voorste.*

De bloem is eerst een ronde knop, in de grootte van Myrtilli, staande op een voetje van 5. styve en agterwaarts gebogene blaadjes gemaakt, zig openende in 5. holle en vuyl-witte blaadjes, binnen uytgevult met korte draatjes, dragende dikke en geele noppen, zo hard als eenig zaad, in de midden verbergende een heuveltje, uyt het welk de vrucht wert. Zy is langwerpig, vyfhoekig, gelyk die van Udani, *en opent haar in 5. stukken, tusschen dewelke leggen 5. platte en langwerpige zaaden, en in de midden een pilaartje, men vindze in May.*

*Het hout is langdradig, wit, digt, en een weinig na 't rosse trekkende, bykans als bosch-*Bintangor, *redelyk durabel als 't in de drooge tyd gekapt werd, en tot den huysbouw bequaam.*

De schorsse is dikker als die van Bintangor, ook effen, en 't breekt in 't schillen ligt af, gelyk aan 't Bintangor, zy laat haar insgelyks zeer ligt van den stam afschillen. Als men in den stam kapt, loopt 'er voor een poos een slymerig water uyt als Papeda, waar van hy den naam heeft, 't welk straks opdroogt.

Naam. *In 't Latyn* Lignum Mucosum. *In 't Amboinsch Maleyts* Caju Lapia *en* Ay-Lapia.

Plaats. *Hy wast in 't Amboinsche gebergte, meest op Leytimor.*

Gebruik. *Het hout moet in de drooge Moesson gekapt werden, en als 't dan ter degen droog is, kan men het in den huisbouw aan 't dakwerk gebruyken, daar 't ligt en redelyk durabel is, maar te versch gebruykt, word 't ligt wormstekig, en omtrent den grond kan 't t'eenemaal niet duuren. 't Word echter op Leytimor veel gezogt tot dakwerken, om dat het lange sparren geeft, hoewel het versch zynde, swaar valt uyt het bosch te draagen, en langsaam opdroogt; zyne schorsse gewreven, en onder water in de klippen gestoken, doet de Aalen sterven, en dood voor den dag komen.*

Caju Lapia *het kleenbladige, of daar voor van de Soyanen gehouden, heeft veel kleender bladeren, 4. en 5. duymen lang, 2. vingers breed, agter en voren toegespitst schier tot aan de tak, met evene kanten, en fyne* parale-

sessilia, & integra, costas gerunt subtiles & parallelas, qua in re cum Arupa conveniunt, solitaria vero & inordinata ramis insident rotundis, suntque crassiuscula, & scabra, atque quorundam oræ subtiliter ac vix serratæ sunt.

parallele ribben doortogen, waar in zy met Arupa *overeen komen, en staan enkelt zonder ordre om haare ronde takken, dikagtig, styf, en aan sommige kan men aan de kanten effen bemerken, datze fyn gezaagt zyn.*

Tabula Centesima Trigesima

Ramum exhibet arboris, quæ *Caju Lapia* seu *lignum mucosum* vocatur.

De hondert en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke *Caju Lapia*, ofte de *slymerige hout-Boom* genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Bunius. Bune.

VEra Bunius arbor est fructus ferens edules, atque in Amboina exotica, quum vero ejus silvestris hisce in insulis inveniatur species, hinc utrasque illas hoc in capite describemus.

Primo *Bunius Sativa*, seu vera Bune, mediocris est arbor instar Pruni, comam gerens angustam, rarosque majores ramos, quorum rachides folia emittunt. Arboris cortex est crassus, succosus, & fragilis, tenuior vero illo subsequentis silvestris speciei. Folia magnitudine & forma conveniunt cum illis Guajavi, sunt autem multo glabriora & succosiora, nec per paria sibi opposita sunt instar illorum Guajavi, sed inordinata, & arcte sibi juncta in rachidum summo brevibus in petiolis, antrorsum inflexa, ac gravitate rachides deorsum deprimentia. Vetusta quinque, juniora septem pollices longa sunt, tres, quatuorque digitos transversales lata, in brevem crassumque desinentia apicem, integra, crassa, scabra, & succosa, grate acida instar Acetosæ debilioris, sed parum viscosa & mucosa. Superne glaberrima & æqualia sunt, inferne venulæ vix dignosci possunt.

Flores ex racemis excrescunt digitum longis, undique parvis viridibus capitulis donatis, oblongo-acutis. In horum summo aliquid sese instar floris obfert, ex paucis brevibus, albisque staminulis compositum, quod mox decidit, ac fructus statim ad ordinariam excrescit magnitudinem instar minorum Uvarum. Fructus ex racemis dependent, uti in Europa Ribesia, vel in India Piper, qui rotundæ sunt baccæ, instar Pisorum, sed paulo majores, primo rubræ & acidissimæ, per maturitatem nigricantes, succosæ, & acidulæ dulces, esui aptæ, parvos continentes acinos in succosa ipsorum carne. Arboris lignum vile est & inutile.

Nomen. Latine *Bunius Sativa* sive *Domestica.* Malaice *Bune.* Macassarice *Bune Carbou.* Javanice *Bune Carambau.* Bataviæ *Catti Cutti* seu *Cutti Catta*, quod Malaicum videtur nomen.

Locus. In Amboina, uti dictum, est exotica, vulgaris vero in Macassara & Java, ubi circa ædes, & in hortis ipsis vicinis plantatur, ejus enim fructus in foro venales prostant, hoc autem laborat vitio, quod ejus folia ab Erucis plerumque depascantur, ut & a vermibus, qui amant sese in hisce abscondere foliis: In Amboina per Macassarense semen hanc serui, ubi satis cito excrescebat, sed tarde fructus producebat, ejusque flores frustra decidebant, licet adessent plurimæ arbores crus crassæ, quæque sextum & septimum jam inplebant annum.

Usus. Hujus arboris fructus maturi & nigricantes cum racemis decerpuntur, instar Ribesiorum, inque foro venduntur, atque crudi eduntur, qui grate acidi sunt, sitimque sedant. Tenera ejus folia ad olus adhiberi possunt cum alio *Sajor* seu olere, cruda quoque instar Lactucæ eduntur, quæ piscibus itidem adcoquuntur, ut grate acidum ipsis concilient condimentum. Utræque Bunii per stipites propagari possunt, ipsarumque folia a vaccis depascuntur, unde & nomen obtinuit. Si arbores fructus non bene producant, foramen per ipsarum truncos perforatur, ita tamen ne per cor penetret, trajice tum funiculum *Gomuti*, qui dependeat, copiosiores fructus producent, quum superflua liquidi pars effluat.

Secundo

XLIX. HOOFDSTUK.

De Tamme Bunie-Boom.

H*Et regte Bunie is een boom, eetbare vruchten dragende, en in Amboina uytlands, maar dewyl hy een wilde zoorte heeft, in deze Eylanden gemeen, zo moetenze beyde in dit Kapittel beschreven werden.*

1. Bunius Sativa, *of eygentlyke Bunie, is een middelbare boom, als een Pruyme-boom, met een smalle kruyn, in weinige hoofd-takken verdeeld, maar de ryskens zyn met bladeren beladen. De schorsse is dik, sappig, en bros, doch dunder dan de volgende wilde. De bladeren komen in grootte en fatzoen met de Gujavus over een, dog zyn veel gladder en zappiger, staande geenzints in rygen tegen malkander, gelyk aan de Gujavus, maar zonder order, en digt agter malkander, aan het voorste der ryskens op korte stelen voorwaarts gebogen, en met haare swaarte de takskens neerwaarts buygende. De oude zyn 5. de jonge 7. duymen lang, drie en vier dwersvingers breed, eyndigende in een korte dikke spitze, met effene kanten, dik, glad, en zappig, met een aangename rynsheid, als slappe zuring, doch wat smeerig en slymerig. Boven zynze gansch even en glad, van onderen kan men pas de adertjes bekennen.*

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, een vinger lang, daar rondom kleene groene knopjes staan, langwerpig spits. Op dezelve vertoond zig iets als bloeyzel, zynde weinige korte en witte draadjes, 't welk straks afvald, en de vrucht groeyt dan voorts tot haar ordinaris grootte, als kleene druyven. De vruchten hangen aan trossen, gelyk in Europa de Aalbesjes, of in India de Peper, zynde ronde besiën, gelyk erweten, doch wat grooter, eerst rood en zeer zuur, in de rypheid swartachtig, zappig, en ryns-zoet, bequaam om raauw te eeten, met eenige kleene zadekens, in 't zappige vleesch. Het hout is slegt en ondeugend.

Naam. *In 't Latyn* Bunius Sativa, sive Domestica. *Op Maleyts* Bune. *Macassars* Bune Carbou. *Javaans* Bune Carambou. *Op Batavia* Catti Cutti *of* Cutti Catta, *'t welk mede Maleyts wil zyn.*

Plaats. *In Amboina, als gezegt, is hy uytlands, maar gemeen op Macassar en Java, alwaar hy omtrent de huyzen, en in de naaste thuynen wert geplant, want de vruchten werden op de markt verkogt, doch de bomen hebben die fauten, dat de bladeren meest afgegeten zyn van de Rupzen en Wormen, die zig geerne in zyne bladeren verbergen. Ik heb ze op Amboina door Macassars zaad gezaayt, daar ze wel haastig opschooten, maar droegen langsaam, en wierpen 't bloeyzel vergeefs af, hoewel 'er bomen onder waren een dye dik, zes en zeven jaren oud.*

Gebruik. *De vruchten ryp en swart geworden, werden met de trosjes afgeplukt, gelyk Aalbesiën, en op de markt verkogt, men eetze rauw uit de hand, om datze aangenaam ryns zyn, en den dorst verslaan. De jonge bladeren kan men tot moeskruyd gebruyken onder ander Sajor, als mede raauw onder salade eeten. De besiën werden ook by visch gekookt, om een zuure souce te hebben. Beyde de Bunees kan men met stokken verplanten, en de Koebeesten weyden de bladeren graag af, waar van het de naam heeft. Als de bomen niet wel dragen willen, zo boort men een gat door den stam, doch dat het niet juyst door 't hert gaat, steekt daar door een touwtje van* Gomuto, *en laat het zo hangen, zo zal hy beter dragen, dewyl een deel van de overvloedige vogtigheid hier door uytloopt.*

2. Bunius

Tab. CXXXI.

Secundo *Bunius agrestis* seu silvestris *Bune*, aliquando tantum frutescit, tempore autem adeo crassescit, ut vir eam vix complecti possit, ejus cortex tum binos digitos crassus est; succosus admodum & mollis, rami vero sunt recti & firmi uti in silvestri Guajavo, cum qua foliatura quoque convenit, hujus vero multo breviora sunt, tres pollices longa, atque in ramulorum summo plura sibi subposita, quæ subtus plures gerunt protuberantes costas, & integra sunt. Tenera horum folia acidulum habent saporem cum levi adstrictione & austeritate.

Flores ex racemis excrescunt, uti in domestica specie, secundum ramulos ex foliorum alis, hi vero breviores sunt, pluribusque capitulis ornati, quorum flores distingui ac dignosci vix possunt, ex viridibus enim hisce capitulis, quantum videtur, mox fructus excrescunt, qui multo minores sunt illis domesticæ speciei, qui parva & rotunda sunt granula instar Piperis, rubra & acida, quum sint inmatura, nigricantia, & dulciora, si matura, vetusta autem corrugantur. Ramorum cortex vix acidus est, sed magis adstringens, arboris lignum satis durum est.

Nomen. Latine *Bunius agrestis*, & *Arbor Salamandra*, quum ignis flammæ resistere possit. Malaice & Macassarice *Bunerea*. Javanice *Buni* & *Wuni*. Amboinice in Leytimora *Ayune*, seu proprie *Aywune*, quum *Ayune* sit *arbor nuda*.

Locus. In Amboinæ locis ventosis obcurrit in levibus silvis, ubi solum est acutum & saxosum.

Usus ejus huc usque nondum innotuit, nec ejus fructus edules sunt, sed tenera ejus folia cruda eduntur instar *Ulang Ulang* ad *Bocassan*. Vaccæ amant ejus folia depasci. Peculiarem & miram habet proprietatem, quod ignis flammas tolerare possit, sæpe enim fit, campos & frutices deflagrari, in quibus crescit, unde & tota ejus consumitur coma, per corticem autem crassum & succosum conservatur, ita ut dein de novo progerminet, unde & mihi *Salamandra arbor* dicitur. In Macassara variæ ejus silvestres inveniuntur species seu *Bunerea*, crassissimos sæpe gerentes truncos concavos ac foveis excavatos, in quibus sese serpentes aliaque animalia abscondunt, quum ipsarum trunci sint muscosi & refrigerio inserviant. Fructus ejus aceto infusi, elegantem ipsi rubrum conciliant colorem.

2. Bunius agrestis *of wild* Bune; *dezen boom blyft zomtyds een struyk, doch met 'er tyd word hy zo groot, dat hem een man pas omvademen kan. Zyn schorsse is als dan wel 2. vingers dik, zeer sappig en week, de takken zyn regt en styf, gelyk aan de wilde Gujavos, die hy anders aan bladeren ook wel gelykt, doch deze zyn veel korter, drie duymen lang, en wat smalder, met een ronde spits, op korte steelen, enkeld, en boven malkander aan de ryskens staande, van onderen met uitstekende ribben, en evene kanten. De jonge bladeren hebben een zuren smaak, met een kleene adstrictie en wildigheid.*

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, gelyk aan 't tamme, langs de takjens, uyt den oorsprong der bladeren, doch deze zyn korter en knoppiger, daar aan men geen bescheyden bloeyzel bekennen kan; want uyt de groene knopjes, zo 't schynt, groeyen straks de vruchten, dewelke zyn veel kleender dan de tamme, zynde kleene ronde korls, als peper, rood als ze nog onryp zyn, en zuur, swartachtig, als ze ryp zyn, en zoeter, doch oud werdende, rimpelenze geheel in. De bast van de takken heeft weinig zuurte, maar is meerder zamentrekkende, het hout van den boom is redelyk hart.

Naam. *In 't Latyn* Bunius agrestis, & arbor Salamandra, *om dat hy de vlammen des vuurs verdragen kan. Op Maleyts en Maccassaars* Bunerea. *Javaans* Buni *en* Wuni. *Amboinsch op Leytimor* Ayune, *of eygentlyk* Aywune, *dewyl* Ayune *is de* Arbor nuda.

Plaats. *Men vind hem in Amboina op lugtige bergen, onder 't kreupelbosch, daar het wat scherp en kraal-steenig is.*

Gebruik. *Zyn gebruyk is nog niet ter degen bekent, en de vruchten werden niet gegeten, behalven dat de jonge bladeren werden raauw gegeten, als* Ulang Ulang *en* Bocassan. *De Koebeesten weyden zyn loof gaarn af. Hy heeft een wonderlyke eygenschap, dat hy de vlamme des vuurs verdragen kan, want het gebeurt dikwils, dat men de velden en ruygten afbrand, daar hy staat, waar door hy mede van al zyn loof berooft werd, echter bewaart hem zyn dikke en zappige schorsse, zo dat hy daar na weder uytslaat, daarom ik hem* Salamander-*boom genoemt hebbe. Op Macasser heeft men verscheide wilde zoorten of* Bunerea, *gewinnende zomtyds zeer dikke stammen, hol, en vol kuylen, daar in zig dan Serpenten en andere gedierten ophouden, om dat zyn stam moschagtig en koel is. Deze vruchten in azyn gedaan, verwen den zelven schoon hoog-rood.*

Tabula Centesima Trigesima Prima

Ramum exhibet *Bunii sativæ*.
Ubi Litt. A ramulum denotat *fructibus* onustum alterius, seu *agrestis speciei*.

De Hondert een- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *tamme Bunie-Boom*.
Alwaar Lett. A. een *takje* aanwyst met de *vruchten* van de andere ofte de *wilde zoort*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Arbor Coeli. Caju Langit.

Caju Langit tam alte suam adtollit comam, ut coelum lacescere videatur, hæc saltem supra reliquas sese exserit arbores silvestres, altissima enim omnium est, quæ mihi hisce in terris unquam obvenere.

Ejus truncus recte sese erigit ad viginti quinque vel triginta ulnarum altitudinem, adeoque crassescit, ut bini tresve viri eam vix complecti possint, prope radicem non alatus est, & usque ad verticem ramis orbatus.

Ejus cortex est cinereus, glaber, digitum crassus, & corneæ substantiæ, contra ejus lignum est leve, fungosum, album, & longitudinalibus ex fibris compositum, odoris gravis & saporis amaricantis. In vertice tantum suos emittit ramos plerumque erectos, qui in summo undique densis & rectis ramulis obsessi sunt inregularibus, binos & binos cum dimidio pedes longis, & erectis, horum quisque quinque & sex gerit foliorum paria, in binos ordines directe sibi obposita, peculiaris formæ, quodammodo cum illis *Caju Bessi* feminæ convenientia, sex septemve pollices longa, ultra palmam lata, in obtusum apicem desinentia & integra.

L. HOOFDSTUK.

De Lugt-Boom.

CAju Langit *verheft zyn kruyn zo hoog, dat hy den hemel schynt te tergen, of immers boven alle andere Wout-bomen te verheffen, want hy is de hoogste, die my in deze Landen ooit voortgekomen is.*

Zyn stam schiet regt op, tot de hoogte van 25. en 30. vademen, zo dik, dat hem 2. a 3. man omvademen moeten, by de wortel zonder vlerken, en als mede zonder takken tot aan den top.

De schorsse is graauw, even, een vinger dik, en van een hoornachtige substantie, daar en tegen 't hout is ligt, voos, wit, en langdradig, van een bitteren reuk en smaak. Boven spreyd hy eerst zyn takken uyt, doch meest over eynd, die aan haar voorste digt met dunne en regte ryskens bezet zyn, zonder order, 2. en 2½ voet lang, alle over eynd staande, yder heeft 5. a 6. paren bladeren, in 2. rygen, regt tegen malkander, van een byzonder fatzoen, eenigzints als die van Caju Bessi *'t wyfken, 6. en 7. duymen lang, een hand breed of meer, met een stompe spits en effene kanten.*

Horum nervus medius ab utraque protuberat parte, incurvus est, nec per folii medium decurrit, superiori enim parti proxime adjacet, quæ sinuosa quoque est, acsi abrupta foret, paucis porro constat folium costis, estque glabrum ac triangulare, instar illius Metrosideri.

Arbor hæc perfecta fructus incipit producere, qui mihi mense Novembri anni 1688. ex Nussalaut transmissi sunt, ejusque rachides breviores erant quam supra indicatum fuit, vix culmum crassæ, rectæ, firmæ, ac tribus & quinque foliorum paribus obsitæ, parumque striatæ, juxta has alii excrescunt petioli, pedem circiter longi, transversaliter vel deorsum positi, in minores quosdam laterales divisi, instar majoris racemi, ipsorum extremitati insident bina & bina oblonga angustaque folia, a præcedentibus multum diversa, quæ adcurate examinata non folia sunt vera, sed tenuissimæ & oblongæ siliquæ, quinque pollices longæ, unum latæ, superne rotundæ, seu obtuse desinentes, per longitudinem striatæ, foliisque *Caju Poeti* majoris adeo similes, ut ejus folia quis putaret esse, non autem veras siliquas, si non in medio rotundum ac planum exhiberent tuberculum, folii latitudinem habens, quod plerumque ad externum protuberat latus, ad internum vero concavum est: Bina hæc folia longitudine, latitudine, & sinubus adeo inter sese conveniunt, acsi in prima origine sibi incubuissent, hoc autem per protuberantiam inpeditur, horum color in recentibus ex flavo viridis est instar floris *Canangæ*, in vetustis vero fumeus est, suntque veri hujus arboris fructus, an vero post flores aut sine illis progerminent, huc usque ignotum est ob arborum altitudinem, quodvis hujus fructus folium videtur compositum esse ex binis tenuibus lamellis, non semper, sed ordinarie circa medium, ubi intumescit & duriusculum est, cavitatem format, in qua ossiculum seminale reconditur, quod ad unum latus venula membranæ adhæret, est vero hoc planum, ex rotundo oblongum, instar fabæ *Alomode*, sæpe etiam cordiforme est, atque ab una parte protuberat, ab altera excavatum est, duriusculum, & siccæ substantiæ, saporis amaricantis, coloris flavi.

Officula ista seminalia horto meo commissa, omnia fere progerminarunt, ipsorumque nucleos diu in surculi summo gerunt, antequam foliola emittant; citoque excrescunt; rachidesque sex foliorum paria gerunt, octo & novem pollices longa, subtus lanuginosa & gilva, atque supra memoratus character excavati anguli in teneris foliis non ita notabilis est quam vetustorum, nihilominus tamen inferior folii pars semper angustior est superiori.

Nomen. Latine *Arbor Coeli*, juxta Malaiense *Caju Langit*, & Amboinense *Aylanto*, h. e. Coeli arbor, acsi dicere vellent, altitudine sua coelum hanc lacescere.

Locus. In Ceramæ parte australi reperitur post pagum *Sepa* in anterioribus montibus, ubi e longinquo dignosci potest, coma sua supra reliquas sese adtollens arbores silvestres, atque etiam haud longe a litore crescit inter Silam & Nalahiam, in Nussalaut in loco dicto Tihilanito septem tales obcurrunt arbores, unde magno labore ramum accepi ad ejus descriptionem formandam.

Usus ejus ulterior huc usque nondum innotuit, licet ex amaro ligni odore concludi posset, virtutibus medicis esse prægnans: Post Hualoy, prope ortum fluvii Ama, quoque reperitur, nec Alphorenses eam volunt detruncare, quum adeo rara sit. Dicunt porro in senectute, seu quum perfectam adepta sit staturam, ramos suos extendere, nec altiorem crescere, aliquando autem sua dimittit folia, ita ut nuda sit, ac de novo regerminet. Nussalautenses, qui summum hujus arboris conscenderunt verticem, narrant sese homines tum vidisse tam pusillos, acsi feles vel canes essent.

Adpendix hisce aucta est.

Tandem flores produxit arbor, quam plantavi, ex descriptis nempe majoribus racemis, qui multis onusti fuere flosculis, illis Capsici seu *Tsili* similibus, qui nempe ex quinque sexve stellæ-formibus & erectis constant petalis retrorsum flexis, acsi contracti essent, ipsorum color ex viridi flavescit, intusque repleti sunt decem brevibus staminibus, quorum quodvis

De middel-zenuwe puylt te wederzyden uyt, loopt wat krom, en niet midden door 't blad, maar de voorste helft nader, welke helft agter ook een boezem heeft, als of 'er een stuk afgebroken was, voorts met weinige ribben, en 't blad is glad en dikagtig, als dat van Yzer-hout.

De boom nu tot zynen volkomen wasdom gekomen zynde, begint zyne vruchten te geven, dewelke my in November 1688. *van* Nussalaut *gezonden zyn, en waren de ryskens aan den boom korter dan boven staat, schaars een stroobalm dik, regt, styf, en met* 3. *a* 5. *paar bladeren bezet, een weinig gestreept. Bezyden dezelve komen andere steelen voort, omtrent een voet lang, of dwers, of agterwaarts gekeert, en in eenige zyde-takskens verdeeld, als een groote tros, aan der zelven eynde hangen* 2. *en* 2. *langwerpige smalle bladeren by malkander, van de voorgaande veel verschillende, en nauw bekeken zynde, bevind men dat het geene eygentlyke bladeren, maar dunne en langwerpige houwen zyn,* 5. *duymen lang, een dito breed, van vooren rond, of stomp toelopende, in de lengte gestreept, en de bladeren van groot* Caju Poeti *zo gelyk, dat men ze eer voor bladeren, dan houwen zoude aanzien, zo ze niet in de midden een ronden en vlakken bult hadden, zo breed als 't geheele blad, gemeenelyk aan de buitenzyde uitpuylende, en aan de andere wat hol. Deze* 2. *bladeren gelyken in lengte, breedte, en bogten, malkander zo net, als of zy in haar jonkheid, tegens malkanderen gestaan hadden, doch de bulten beletten zulks; aan de versche is de coleur geel-groen, gelyk den bloem* Cananga, *doch aan de oude rookverwig, en zyn voor de regte vruchten dezes booms te houden, doch of zy na, of zonder bloeyzel voortkomen, is nog onbekent, wegens de hoogte der bomen. Ieder blad van deze vrucht schynt gemaakt te zyn van* 2. *dunne blikken, niet doorgaans, maar omtrent den midden by den bult, daarze wat dik en hartachtig zyn, makenze van binnen een holligheid, daar in de zaadkorl los leyd, alleenlyk by den eenen hoek met een adertje aan de schaal vast, dezelve is plat, uyt den ronden langwerpig, als de boone* Alomode, *en zomtyds ook hertvormig, hebbende aan de eene zyde een kuyltje, hardachtig, en droog van substantie, bitter van smaak, en geel van coleur.*

De voorsz. zaadkorls in myn thuyn geplant, zyn schier alle opgekomen, dragende de korls langen tyd boven op haar stammetjes, eerze haare blaadjes vertonen. De boontjes schieten haastig op, en de ryskens dragen 6. *paren bladeren,* 8. *en* 9. *duymen lang, van onderen wolagtig en vaal-groen, en 't bovenstaande merktyken van een uitgesneden hoek, is aan de jonge bladeren zo kennelyk niet als aan de oude bladeren, niet te min is de agterste helft des blads altyd smalder dan 't voorste.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Cœli, *na 't Maleyts* Caju Langit, *en 't Amboinsch* Aylanto, *dat is hemel-boom, als of ze hem beschuldigen wilden, dat hy met zyn hoogte den hemel tergde.*

Plaats. *Men vind hem op Cerams zuydzyde, agter de Negory* Sepa, *op 't voorste gebergte, alwaar men hem van verre bekennen kan, met zyn kruyn boven andere Wout-bomen uytstekende, als mede niet verre van strand, tusschen Sila en Nalahia, op Nussalaut; op de plaats genaamt Tihilanito zyn* 7. *zodanige boomen, van waar ik met groote moeyte een tak ontfangen heb, om hier te beschryven.*

Gebruik. *Van zyn verder gebruyk is ook niets bekent, hoewel men aan den bitteren reuk des houts afnemen kan, dat 't eenige kragten moet hebben. Achter* Hualoy, *by den oorspronk van 't riviertje* Ama, *word hy ook gevonden, en de Alphoerezen willen hem niet afkappen, om zyn zeldsaamheid. Zy zeggen, dat hy eerst in zyn ouderdom, of als hy zyn volkomen statuur heeft, zyne takken uitspreyd, en dan niet hoger werd, doch zomtyds zyne bladeren afwerpt, zo dat hy kaal staat, en dan weder nieuwe gewind. Die van Nussalaut, die in de kruyn dezes booms geweest zyn, verhalen dat zy de menschen beneden zo kleen zien, als honden en katten.*

Het Aanhangzel *is hier mede vermeerdert.*

Eindelyk is het bloeyzel voortgekomen aan een boom, welke ik geplant hebbe, namentlyk aan de voornoemde groote trossen, dewelke veele bloempjes dragen, die van Capsicum of Tsili *gelyk, te weten van vyf en zes stersgewys staande blaadjes agterwaards gebogen, als opgekrompen, de coleur is groen-geel, van binnen uitgevult met* 10. *korte draadjes, ieder dragende een kort nopje als Cumin-*

vis antheram gerit brevem Cumini semen referentem, odoris gravis & molesti, nec grati, qui proxime adcedit illis *Coculi Indici*. Rami vero hisce racemis ex petiolis foliosis ortis onusti sunt.

Tabula Centesima Trigesima Secunda

Ramum exhibet arboris *Coeli* seu *Caju Langit*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Aalius.

Aalius duplex est, prima vulgaris seu parvifolia, altera latifolia est.

Parvifolia *Aalius* raro in arborem excrescit, plerumque enim frutescit, in multos sese dividens breves ramos, unde & densam format comam. Ejus cortex est glaber & fuscus, ad surculorum ortum quodammodo hirtus, non per spinas, sed obtusos apices, ramulis vero folia alternatim insident, illaque *Blimbingi teretis* referunt, sunt autem rotundiora & glabriora, ac plerumque Elipticæ figuræ, unum cum dimidio & binos pollices longa, glabra, & ad tactum mollia, intense viridia, paucisque albis venulis pertexta, subtus glauca, saporis ingrati, plurimi autem ramuli simul excrescunt uno ex ortu.

Ex quavis fere foliorum ala capitula quædam viridia progerminant, quorum tamen unum tantum excrescit in patinam quasi parvam, primo instar pomi viridem, dein rubentem, in cujus centro granulum locatur instar pisi, sed parum compressum & umbilicatum, & eleganter quoque rubens instar patinæ istius, intus in orbem plurima nigra locantur semina, trigona, seu frustula referentia conscissi globuli, Acetosæ semina æmulantia. Patinæ hæ eleganter rubentes, seu calices ac fructus elegantem præbent adspectum inter læte viridem comam, diuque persistunt, folia vero potissimum exesa sunt a nigris formicis, quæ copiose hanc perambulant arborem, siccaque nigerrima sunt: Cortex satis crassus est, succosus, interne ex purpureo rubens colore. Lignum album est, circa cor purpureum, satis solidum, non vero durabile.

Secundo *Aalius latifolia* humilis est arbor, plerumque crus & aliquando virum crassa, ejus cortex crassior est illo præcedentis, interne pallide rubens & succosus, folia ejus quoque alternata sunt, duplo & triplo longiora prioribus, hæc vero istas patinas seu caliculos non gerunt, fructusque plerumque rotundos referunt nucleos: Lignum externe albicat, interne rubet, prima species litora amat inter alios frutices crescens, altera magis remote in ipsa terra in levibus silvis provenit.

Nomen. Nota est hæc arbor Hitoënsi nomine *Aäl* & *Mahumäa*, h. e. *Pharmacum Sagueri*. In Leytimora *Eybetu Eër*, h. e. Malaice *Tomboan Autan*, seu surculus, qui transmittitur.

Usus utriusque arboris huc usque mihi nondum innotuit, apud Amboinenses enim spretus est frutex, corticem vero latifoliæ speciei vidi adhibitum ad *Oebat Papeda* defectu melioris. Idem quoque cortex *Saguero* infunditur potui, si alius deficiat. Prima seu angustifolia species, si in arbusculam excreverit, truncum format durum, qui postibus minorum ædium inservire potest.

N. B. Huic capiti nullam inveni subjectam figuram.

Cumin-zaad, van reuk sterk-geyl, en niet zeer aangenaam, naastkomende met die van Coculi Indi. *De takken staan met deze trossen uit den bladdragenden steel spruytende, beladen.*

De hondert twee- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Lugt-Boom*, ofte de *Caju Langit-Boom*.

LI. HOOFDSTUK.

De Aal-Boom.

Aal *is tweederley, de eerste gemeene of kleenbladige, de tweede de grootbladige.*

De kleenbladige Aal *word zelden een boom, maar blyft meest een beester, die zig in veele korte takken verdeeld, en een digte struyk maakt. De schorsse is effen en bruyn, doch omtrent den oorspronk der telgen wat stekelig, 't welk egter geene doornen, maar stompe spitzen zyn, aan de telgen staan de bladeren verwisselt tegen malkander te weerzyden, en gelyken de bladeren van* Blinbingum teres, *dog ronder en gladder, meest ovaals-gewys, 1½ en 2. duymen lang, glad, en zagt in 't aantasten, boog-groen, met weinige witte adertjes, van onderen blaauw-groen, onlieflyk van smaak, en zulke telgjes staan ettelyke by malkander, uit eenen oorspronk.*

Bykans uit ieder schoot der bladeren komen eenige groene knopjes voort, waar van echter maar een tot perfectie komt, en verandert in een kleen schotelken, 't welk eerst appel-groen, daar na rood werd, in de midden staat een korl, als een erwete, dog wat gedrukt, en met een kuyltje boven op, mede coraal-rood, gelyk 't schotelken, binnen staan in een kring veele swarte zaden, drieboekig, of als stukjes van een doorsneden kogel, gelykende 't zaad van Zuuring. Deze roode schoteltjes en vruchten staan zeer mooy onder het blyde groene loof, en blyven daar lange aan zitten, doch de bladeren zyn meest doorwreten van swarte mieren, die overvloedig aan dezen boom woonen, en de afgevallene en drooge bladeren worden pikswart. De schorsse is redelyk dik, sappig, en van binnen purperrood; het hout wit, en omtrent 't hert ligt-purper, redelyk digt, doch niet durabel.

2. *De breedbladige* Aal *werd een lagen boom, in 't gemeen een dye, en zomtyds een man dik: De schorsse is dikker dan aan de voorige, van binnen ligt-rood en zappig; de bladeren staan ook in verwisselde ordre aan haare ryskens, wel twee en driemaal langer dan de vorige, behalven dat men hier aan zo merkelyke schoteltjes niet ziet, en meest ronde korls werden; 't hout is van buiten wit, maar hoe meerder na binnen toe, hoe roder; 't eerste geslagt wast geern omtrent den strand, onder andere ruygte, 't ander wast verder landwaard in, in 't kreupel bosch.*

Naam. *Hy is bekent met de Hitoeëze naam* Aäl, *en* Mahumäa, *dat is* Pharmacum Sagueri. *Op Leytimor* Hyhetu Eër, *dat is in 't Maleyts* Tamboan autan, *of een uitspruytzel, dat verzonden word.*

Gebruik. *Tot nog toe is my geen gebruyk bekent van beyde deze bomen, zynde by de Amboinezen een ongeagten struyk, doch de schorsse van 't breedbladige heb ik zien gebruyken tot* Oebat Papeda, *en dat al mede by gebrek van beter. Dezelfde schorsse word ook in de Sagueer gedaan, als men geen ander heeft. De eerste of kleenbladige zoorte tot een boompje geworden, gewind een hard hout, 't welk men tot stylen aan kleene huyzen gebruyken kan.*

N. B. Ik heb by dit Hoofdstuk geen figuur gevonden.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Folium Hircinum. Gumira.

NOstra natio hanc arborem Sambucum Indicam esse putat, quam sententiam non penitus rejicimus, licet magnam differentiam inter binas hasce observemus arbores, præsertim quoad vires. Duplex est, domestica & silvestris, cuique autem singulare tribuimus caput.

Goemira domestica mediocris est arbor, haud major Limonio, rotundos gerens ramulos, firmos, & siccos, nulla vel rara medulla repletos, vetusti vero rami aquosum gerunt cor.

Folia ejus cruciatim sibi sunt obposita, quod cæterum in rotundis ramis raro conspicitur, quædam vero paria cruciformia in junioribus arboribus oblique posita sunt: Inæqualis sunt magnitudinis, & formæ, juxta binas species, marem nempe & feminam.

Illa maris oblongum referunt cor, inferius binis rotundis auriculis donata, superius in obtusum apicem desinentia, sex septemve pollices longa, quatuor & quinque lata, obscure viridia, integra, excepto quod tenera parum & ample serrata sint; illa feminæ breviora sunt, rotundiora, ex flavo viridia seu flavescentia, utraque firma sunt, & ab utraque parte quatuor obliquas gerunt costas fere instar *Siri folii*: Vetustæ arbores rara gerunt folia, integra, & glabra, sed vesiculis obsessa & inelegantia, ac plerumque exesa. Ipsorum odor est gravis & hircinus, a quo nomen obtinuit, nostra vero natio illum dicit adcedere ad Sambuci odorem, quique in teneris foliis multo penetrantior est, præsertim si a Solis radiis fuerit exaltatus, quum & hujus arbusculæ odor late sese diffundit, qui in vetustis foliis & nebuloso tempore non multum percipitur.

Flores similibus increscunt umbellis, quibus Sambuci flores, sunt autem paulo minores & magis vagi, atque hæ umbellæ ex simplicibus formantur crucibus. Quisque vero flosculus pusillus est & sordide albicans, uti in Sambuco, hosce insequuntur in femina similes quoque fructus, nigræ nempe & rotundæ baccæ, duplo autem majores, & umbella frugifera laxior est magisque vaga, quam in Sambuco, baccæ succo repletæ sunt purpureo, saporis fatui, granulumque continent durum & angulosum, quo a Sambuco differunt.

Arboris lignum siccum est, flavescens instar Ceræ, longitudinalibus & tenuibus ex fibris constans, & juniorum arborum pauca aquosa medulla repletum, in vetustis vero virum crassis simile non reperitur, sed hi trunci intus concavi sunt & cariosi; licet autem hoc lignum siccum videatur, immo quum recens sit cæsum, est tamen vegetativum, quod facile progerminat, si ejus stipites terræ committantur, unde & ubique in sepibus reperitur & circa hominum ædes, ubi luxuriose crescit in omni solo, præsertim in molli & sabuloso ac maritimo.

Radix solidius gerit lignum, durum, eleganter venosum & flavescens, vetustæ vero arbores sæpe ab una parte apertæ & concavæ sunt instar Salicum vetustarum, atque truncus plerumque inregularis & incomptus est, qui nulla fere recta exhibet segmenta: Maturi fructus Novembri & Decembri conspiciuntur.

Nomen. Latine *Folium Hircinum.* Malaice *Daun Cambing*, & *Sajor Cambing*, mas *Sajor Cambing Daun Bezaar*, & femina *Daun Kitsjil.* Belgice *Bocke-Sajor*, ob fortem foliorum odorem. Ternatice *Goemira*, quo nomine in Amboina potissimum nota est hæc arbor. Amboinice *Oloulo* vel *Olulu.* Bandice *Balabi.* Macassarice *Injarro*, *Anrore*, & *Inrore.* Balaice *Babon.*

Locus. Nota est hæc arbor plerumque per totam Indiam aquosam, nullibi vero in silvis desertis, sed semper circa pagos, vel in hortis silvestribus.

Usus. Licet cruda folia ingratum præbeant saporem & odorem, multum tamen coquuntur, illa nempe feminæ seu frugiferæ speciei, ista vero maris defectu tantum prioris, præsertim ad cibum *Boboto*, cujus hæc folia

LII. HOOFDSTUK.

Het Bokke-bladt, of de Gumira-Boom.

V*An onze Natie werd dit voor een Indiaansch Vlier gehouden, welk gevoelen wy niet t'eenemaal willen verwerpen, maar bevinden echter nog veel onderscheyd tusschen beyde, inzonderheid in kragten. Hy is tweederley, tamme en wilde, die wy ieder een bezonder Kapittel geeven.*

Goemira, de tamme, *werd een middelbaare boom, niet grooter dan een Limoen-boom, hy heeft ronde takskens, styf en droog, hebben geen of weinig merg, maar de oude een waterachtig hert.*

De bladeren staan tegen malkander over in 't kruys, 't welk anderzints aan ronde takken weinig te zien is, dog staan zommige kruyssen aan de jonge boomen wat scheef. Zy zyn van ongelyke grootte en gedaante, na de twee geslagten, manneken en wyfken.

Die van 't manneken gelyken een langwerpig hert, agter met twee ronde billen, voor met een stompe spits, 6. en 7. duymen lang, 4. en 5. breed, donker-groen, ongeschaard, behalven de jonge, die weinig en wyd gezaagt zyn: Die van 't wyfken zyn korter, ronder, na 't geelgroene trekkende, beyde zyn ze styf, en hebben aan yder helft 4. schuynze ribben, bykans als een Siri-blad, aan de oude bomen zyn weinig bladeren, geheel en effen, maar met bobbelen bezet, en afzienelyk, ook meest doorvreten. Den reuk is wat swaar, en ook bok-achtig, waar van het den naam heeft, of gelyk onze Natie wil, na die van Vlier trekkende, aan de jonge bladeren wel zo sterk, inzonderheid als 'er de Son op schynt, wanneer dit boompje zyn reuk ver om zig spreyd, maar aan de oude bladeren, en by donker weer, ruykt men 't weinig.

't Bloeyzel komt voort aan diergelyke dollen, als aan de Vlier, doch zyn wat kleender, en ydelder, van enkelde kruissen gemaakt. Ieder bloempje is kleen en vuyl-wit, gelyk aan de Vlier, daar op volgen aan 't wyfken ook diergelyke vruchten, te weten, swarte en ronde besiën, doch eens zo groot, en de vruchtdragende dol staat ydelder, en meer uit malkanderen gespreyd dan aan de Vlier, van binnen hebben de besiën een purper zap, laf van smaak, een harde en geboekte korl, en daar in mede van de Vlier verschillende.

Het hout is droog, geelachtig, of wasch-verwig, langdradig en fyn, aan de jonge bomen met een kleen waterachtig hert, maar aan de oude, die een man dik zyn, diergelyke men weinig vind, zyn van binnen hol en vermolsemt; hoewel dit hout nu droog schynd, zelfs als 't versch gekapt werd, zo is 't echter een groey-hout, 't welk ligt uitslaat, waar men maar een stok daar van plant, daarom vind men het over al in de Paggers of heyningen, en omtrent woningen der menschen, daar 't weeldrig groeyd in allerley grond, doch liefst in een vuile zandgrond, en niet verre van zee.

De wortel heeft nog digter hout, hard, mooy geadert, en wasch-verwig, dikwils ziet men deze oude bomen ook aan de eene zyde open en hol, gelyk de oude Wilge-bomen, en doorgaans is den stam ongeschikt, daar van men weinig regts kan krygen. De rype vruchten ziet men in November en December.

Naam. *In 't Latyn* Folium Hircinum. *Op Maleyts* Daun Cambing *en* Sajor Cambing, *'t manneken* Sajor Cambing Daun Bezaar, *en 't wyfken* Daun Kitsjil. *Op Duitsch* Bocke-Sajor, *na den sterken reuk der bladeren. Ternaats* Goemira, *welken naam ook meest gebruikt werd in Amboina. Amboinsch* Oloulo *of* Olulu. *Bandanees* Balabi. *Macassers* Injarro, Anrore, *en* Inrore. *Baleyts* Babon.

Plaats. *Hy is bekent meest doorgaans in water-Indiën, nergens in 't wilde bosch, maar altyd omtrent de Negoryen, of in de Bosch-thuynen.*

Gebruik. *Hoewel deze bladeren raauw, onlieffelyk van reuk en smaak zyn, zo werdenze nochtans veel gekookt, te weten die van 't wyfken, of vruchtdragende zoorte, die van 't manneken alleen, by gebrek van 't wyfken,* in-

folia basis sunt, unde & hic semel *Boboto* describemus: est itaque cibus, qui ex quibusdam præparatur piscibus ad putredinem vergentibus, hi in crassas scinduntur partes, cumque aliis miscentur viridibus foliis, in fragmenta confractis, quorum præcipua sunt hæc *Goemiræ*, *Oleris albi*, *Arboris glutinosæ*, & tenera folia *Peponum*, & *Cacaræ*, quæ Pipere, Sale, Allio, Coriandro, Cumino, & raspato Calappi nucleo bene condiuntur, atque hæc pasta in oblongum formatur volvulum, qui recentibus involvitur Musæ foliis, & supra aquam fricatur in machina Cucussan dicta: Si hic cibus mensæ inponatur, exteriora tolluntur ista folia, reliquaque cibi pars comeditur: Si hujus arboris folia quotidie in aliis cibis usurpentur, lactantium lac generant.

Arboris cortex lentus est & viminibus inservit, unde & ex hoc fila formantur, quibus Oryzam conligant in messe: Ex radicibus manubria fabricantur Parrings seu majorum cultrorum. Macassarenses dicunt hasce arbores in ipsorum patria antiquis temporibus in ingentem excrescere crassitiem, intusque concavas esse, ita ut monoxyla ex his formari possint, natura vero hominibus invidens tam commode hinc monoxyla conquiri, postea non permisit illas adeo crassescere. Capræ, hirci, & oves maxime hæc expetunt folia, ex ligno Pangayen, similiaque navium instrumenta formari possunt, folia cœnosis adcocta piscibus fluviatilibus, ipsorum ingratum tollunt saporem & odorem.

inzonderheid tot de Boboto, *waar in deze bladeren 't hooft zyn; dierhalven wy hier eens voor al de* Boboto *zullen beschryven. 't Zelve dan is een zoort van kost, als men eenige visschen neemt, die wat aangestoken zyn, dezelve grosselyk aan stukken breekt, en vermengt met andere groene bladeren, die ook in stukken gebroken zyn, waar van de principaalste zyn deze* Goemira, Olus album, arbor Glutinosa, *de jonge bladeren van* Pompoenen, *en* Cacara, *wel gekruyd met Peper, zout, ajuyn, Coriander, Comyn, en geraspte Calappus-pit; dit deeg rolt men langwerpig, wind hem in versche Pisang-bladeren, en stooft hem boven 't water in een Cucussan; op tafel gezet, werden de buitenste bladeren weg gesmeten, en de rest gegeten; in andere kost deze bladeren dagelyks genuttigt, vermeerderen de zogende vrouwen haar melk.*

De schorsse is taay, en bequaam tot bindwerk, weshalven zy uit dezelve touwtjes maken, om de ryst in de oegst daar mede te binden. Uit de wortelen maakt men steelen tot Parrings en bouw-messen: De Macassaren zeggen, dat deze bomen op haar land in oude tyden zeer dik wierden, en binnen hol, zo dat men gemakkelyk Prauwen daar van konde maken, doch de nature de menschen misgunnende, dat zy zo gemakkelyk aan Praauwen quamen, heeft namaals dezen boom nooyt zo dik laten groeyen. De Geyten, Bokken, en Schapen, eeten deze bladeren ook geern. Uit het hout kan men ook Pangayen, en diergelyk scheeps gereedschap maken: De bladeren by modderige rivier-visschen gekookt, benemen dezelve haren sterken reuk.

Tabula Centesima Trigesima Tertia

Ramum exhibet *Folii hircini* seu *Gumiræ*.

De Hondert drie- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Bokke-bladt*, ofte de *Gumira-Boom*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Gumira Litorea. Gumira Laut.

G*Umira silvestris* est arbor litorea, quæ crassiorem gerit truncum præcedenti, nunquam rectum, sed incurvum, & ad mare inclinantem.

Ejus folia sunt breviora & rotundiora, scabra, & crassa, tuberculis obsessa, nec adeo penetrantem spirantia odorem quam prioris. Flores, fructusque domesticæ quodammodo similes, sunt vero rariores & minores.

Arboris lignum non adeo longitudinales gerit fibras, quod albicat, & parva aquosa medulla repletum est, per totum fere annum hæc arbor fructus floresque producit, atque ubique in litoribus crescit, potissimum vero in saxosis, ibique circa radicem, si fovea formetur, aqua dulcescit, quod multum in Hitoea compertum fuit, antequam ingens ille terræ motus anno 1674. fuerat obortus, per hunc enim omnis dulcis aqua disparuit.

Nomen. Latine *Gumira Litorea.* Malaice *Gumira Laut.* Amboinice in Hitoea *Ola-Ola*, & tantum *Ola*.

Usus. Hæc arbor nullam exhibet partem edulem, ejus enim folia in olus cocta vertiginem caussant. In re Medica etiam nullum præbet usum, nec fere ulli alii inservit rei, nisi quod ejus lignum siccum foco conducat.

Tabula Centesima Trigesima Quarta

Ramum exhibet *Gumiræ Litoreæ*.

LIII. HOOFDSTUK.

De Strandt Gumire-Boom.

D*E wilde* Gumira *is een strandboom, werd dikker van stam dan de vorige, nooit regt, maar krom, en voor over hellende na de zee.*

De bladeren zyn korter en ronder, styf en dik, met bobbelen bezet, zo sterk niet van reuk als de vorige. Bloemen en vruchten zyn de tamme meest gelyk, doch ydelder en kleender.

Het hout is zo langdradig niet, witagtig, en met een kleen wateragtig hert; men ziet bykans 't geheele jaar door bloemen en vruchten daar aan, 't wast over al op de stranden, doch liefst daar het steenig is, en dan vindmen gemeenlyk omtrent de wortel zoet water, als men aldaar een kuyl maakt, 't welk men veel zag op Hitoe, voor de groote Aardbeving Anno 1674. want door deszelfs schudding is 't zoet water verdwenen.

Naam. *In 't Latyn* Gumira Litorea. *Op Maleyts* Gumira Laut. *Amboinsch op Hitoe* Ola-Ola, *en slegts* Ola.

Gebruik. *Van dezen boom is niets eetbaar, want de bladeren zomtyds tot moes gekookt, brengen eenige duyzeling aan. In de Medicyne is 't ook onbekent, en deugt bykans tot anders niet dan het drooge hout tot branden.*

De hondert vier- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Strandt Gumire-Boom*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Cicadaria. Ay Lapy.

Cicadaria Amboinensis est arbor silvestris, prope radices parum alata, corticem gerens lactescentem, folium ejus quodammodo illud *Siccii* refert, superius autem magis acuminatum est, quatuor, quinque, & sex pollices longum, vix binos digitos latum, ab utraque acuminatum parte, plurimis constans venis transversalibus luteis, ex cinereo viride instar illorum *Guajavi*, inordinatum, plurimaque arcte sibi juncta in ramorum extremo locata sunt. Ejus lignum pallide rubet, duriusque est illo *Siccii*: Ex ejus cortice cicadæ generantur, quæ per noctem in cunctis Amboinæ silvis cantant & clamitant, atque Amboinensibus dicuntur *Laipy*, unde & nomen suum sortita est hæc arbor, quæ & hinc a nobis Latine *Cicadaria* vocatur.

Alia singularis Cicadaria in Zeylana invenitur, præsertim circa *Battecaloam* ad fluminum ripas, quæ humilem gerit truncum, & inregulares ramos, ejus folium simile est folio Salicis latifoliæ, atque hæc folia veras generant locustas, quæ primum incipiunt vivere prope folii pedunculum, ubi & ipsarum caput est, ac sic porro usque ad folii finem corpus extenditur & generatur, folii costæ in pedes excrescunt, cuncta vero hujus arboris folia in cicadas per metamorphosin non transeunt, sed tantum quædam & pauca, quæ maxime vegetativo, nempe hujus arboris, succo turgent; quum Cicadæ caput sit generatum, atque tale folium in cista deponatur, ulterius tamen excrescet, ita ut decerpta hæc folia Bataviam transferri possint, ibique etiam notari possit, quo modo Cicada hæc sensim ex folio isto transformetur: Alii contra, qui res naturales adcuratius investigant, hanc foliorum metamorphosin in cicadas negant, dicentes locustas ova sua prope folii petiolum ipsi infigere folio, quæ inter binas folii duplicaturas foventur & extenduntur, unde tale insectum generatur, quod indagandum relinquo illis, qui istam inhabitant regionem.

Si folia in textu supra justo modo fuerint descripta, angustifoliæ speciei fuerunt, altera enim ejus latifolia species inventa fuit in vicinis montibus fluvii Elephantis, cujus folia a quinque ad septem pollices longa erant, tres quatuorque transversales digitos lata, formam gerentia illorum *Siccii* latifoliæ, scabra, & protuberantibus costis inferne donata, unde & folium rugosum quodammodo est instar illorum *Guajavi*. Inregularia sunt & arcte sibi juncta in ramulorum extremo, brevibus petiolis insidentia, quæ in ramulorum inferiore parte, ubi decidua, tubercula plura, quæ ipsorum vestigia sunt, relinquunt, atque hæc spinulas obtusas mentiuntur, foliorum color superne est læte viridis & glaber, venulæ vero inferne flavescunt.

Post folia flores progerminant in ramulis, qui mihi huc usque ignoti sunt, hos vero insequuntur fructus tam solitarii, quam in parvis racemis conlecti, forma parvarum Olivarum, seu semi perfectarum nucum avellanarum, in brevem apicem desinentes, primo virides, dein purpurascentes, ac tandem nigerrimi, sub exteriore, tenui, & mucoso cortice oblonga reconditur nux, satis crasso putamine obducta, in quo nucleus continetur albus uti in nucibus avellanis, saporis amaricantis, quique in bina segmenta dividi potest, granulum condens album, capitulo insistens, quod seminalem continet virtutem.

Fructus Martio & Aprili observantur: incolæ hujus arboris binas notant species, angustifoliam & latifoliam: Ejus lignum est satis durum, atque cortex pauco constat lacte: Hic supra ignem tostus, & cum Siri Pinanga masticatus conducit aphthis, est enim dulcis & adstringens.

Omnes Cicadæ Malaice *Rian Rian*, & Amboinice *Lapy* vocantur: Altera *Caju Lape Lape* species supra descripta est *libro quarto cap.* 43. sub finem *arboris facum majoris*.

Tabula Centesima Trigesima Quinta

Ramum exhibet Cicadariæ.
Ubi Litt A. ejus fructum naturali repræsentat magnitudine.
B. Vero *Cicadam ipsam*.

LIV. HOOFDSTUK.

De Krekel-Boom.

Cicadaria in Amboina, is een Wout-boom, by de wortel wat gevleugeld, en melkagtig van schorsse, 't blad gelykt eenigzints dat van Sikki, *doch na voren toe spitzer, 4. 5. en 6. duymen lang, schaars 2. vingers breed, agter en voren toegespitst, met veele geele dwers-aderen, graauw-groen, gelyk als die van* Gujavos, *zonder ordre, en digt op malkander staande.* 't Hout *is ligtrood, en harder dan dat van* Sikki, *by genereerd uyt zyne schorsse de bosch-grillen of krekels, die men 's nagts in alle Amboinsche bosschen hoort zingen en schreeuwen, dewelke de Amboinezen* Laipy *heten, waar van den boom zynen naam heeft, en wy noemen hem in 't Latyn* Cicadaria.

Een andere zeldsame Cicadaria *of Sprinkhanen-boom, vind men op Ceylon, voornamentlyk omtrent de* Batteca-loa, *aan de rivier-kanten, hy is laag van stam, en ongeschikt van takken, 't blad is een breed Willige-blad gelyk, deze bladeren genereren regte Sprinkhanen, namentlyk, het leven komt eerst by 't steeltje, daar het hooft is, en loopt zo voort, tot dat 't ligbaam tot het eynde des blads volschapen is, de ribben van 't blad werden de pootjes, alle de bladeren van dezen boom werden geen Sprinkhanen, maar allenelyk eenige weinige, daar de meeste geest van den boom in zit, wanneer 't hooft geschapen, en 't blad in een doosje gelegt is, zal egter volschapen werden, zo dat men de afgeplukte bladeren tot Batavia kan vervoeren, daar men nog al zien kan, hoe 't beest allengskens uit 't blad werd; doch andere, die de zaken wat nauwer menen in te zien, ontkennen deze transformatie der bladeren in beesten, maar zeggen, dat de Sprinkhanen hare eyers by den steel in dat blad drukken, dewelke dan zig uitbreiden tusschen de beyde vellekens van het blad, en 't beest formeren, welk onderzoek ik bevolen laat aan die geene, die daar woonen.*

Indien de bladeren in den text wel beschreven zyn, zo moest het een smalbladige zoorte geweest zyn, want een andere bredere zoorte is gevonden aan het naaste gebergte, aan den Olifphant, waar van de bladeren lang waren, van 5. tot 7. duymen, 3. en 4. dwers-vingers breed, gefatzoeneert als die van 't breedbladige Sikki, *styf, met uitstekende ribben van onderen, die het blad eenigzints gekronkeld maken, gelyk de Gujavos-bladeren zyn.*

Zy staan zonder ordre, en digt op malkander gedrongen, aan 't voorste der ryskens op korte voetjes, dewelke agter aan de ryskens, daar zy afgevallen zyn, veele knopjes nalaten, als of het stompe doornen waren, de coleur der bladeren van boven is regt-groen en glad, de ribbekens van onderen zyn geelachtig.

Agter de bladeren komt het bloeyzel voort, van de ryskens, zynde nog onbekend. Daar op volgen de vrugten, zo enkeld als by kleene trosjes hangende, in gedaante van kleene Olyven, of halfwassene Hazel-noten, met een kort spitsje boven op, eerst gras-groen, daar na purperbruyn, ten laatsten pik-swart. Onder de buytenste dunne, en slymerige schelle, legt een langwerpig nootje, met een redelyke harde schaal omgeven, en daar binnen een witte heest, gelyk in de Hasel-noten, bitter van smaak, die zig in tween laat deelen, verbergende een wit korlken, op een knopje staande, daar in de zaadkragt steekt.

De vruchten ziet men in Maart en April. De Inlanders maken 'er ook 2. zoorten van, smalbladig en breedbladig, 't heeft een redelyk hard hout, en de schorsse een weinig melk. Dezelve over 't vuur een weinig gebraden, en met Siri Pinang geknouwt, is goed voor de spruw, want zy is zoet, en zamentrekkende.

Alle Krekels hieten in 't Maleyts Rian Rian, *in 't Amboinsch als boven* Lapy. *Een ander* Caju Lape Lape, *ziet beschreven* lib. 4. cap. 43. *aan 't eynde van* arbor facum major.

De hondert vyf- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Krekel, ofte Sprinkhaan-boom.
Alwaar Lett A. deszelfs vrugt in natuurlyke grootte verbeeldt.
B. De *Krekel* of *Sprinkhaan* zelfs.

CAPUT LV.

A
B

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Caryophyllaſter. Tsjenke Utan. Daun Kitsjil.

HÆc arbuſcula ſpecies videtur ſilveſtris Caryophylli ſupra *libr.* 2. *cap.* 4. deſcriptæ, uti & a vulgo vocatur, oportunum tamen putavimus hanc ab illa ſeparare, atque hic eam locare, quum maxime differant, hæc enim humilis eſt arbuſcula inſtar fruticis, ſimplici ſurgens trunco, qui plerumque ſinuoſus & incurvus eſt, dividiturque in binas ſpecies, in albam & rubram.

Albæ ſpeciei rachides ſunt firmæ, rotundæ, & tenues, in quibus folia per bina paria cruciata ſibi oppoſita ſunt, & quinque ſexve paria uni inſident rachidi, quæ tres & quatuor pollices longa ſunt, ultra unum lata, ſicca, Caryophylli foliis ſimillima, ſed breviora, inferius rotundiora & flaccidiora, eodemque modo ſinuoſa, parallelis quoque venis pertexta, quæ ad oras in ſinus concurrunt, ſaporis adſtringentis. Tenera folia inſtar albi ſerici ſplendent.

Fructus rari ſunt, inque ramulorum extremo excreſcunt, qui baccæ ſunt nunc ſolitariæ, nunc geminæ & ternæ ſimul longo inſidentes pedunculo, parvæ, rotundæ, inſtar baccarum Myrti, ſiccæ, duriuſculæ, & parum rugoſæ, atque ſupra coronatæ foliolis quatuor introrſum flexis, ſuntque repletæ ſemine parvo & anguloſo arcte conpreſſo. Virides hæ baccæ menſe Octobri obſervantur.

Arboris cortex eſt tenuis, fragilis, adſtringens, ramorum fuſcus, inferius ex viridi & cinereo variegatus; Lignum ex tenuibus conſtat fibris, externe albicans, interne pallide rubens, ſatis grave & durum, illi Caryophylli ſilveſtris ſimile; in levibus hæc arbor creſcit ſilvis, & in planis campis in ſterili & ſaxoſo ſolo, quæque in ſterilibus creſcit campis, brevia & firma gerit folia, ab uno cum dimidio ad tres pollices longa, inferne rotunda, ſuperne in longum apicem deſinentia. Tenera ejus folia in ore maſticata, adſtringentem & ſiccum præbent ſaporem inſtar *Aycau*: Dentes autem confirmant, & catharros extrahunt & ſiccant.

Nomen. Latine *Caryophyllaſter alter*, diſtinguendus enim eſt ab alio Caryophyllaſtro fruteſcente, qui in ſubſequente deſcribetur libro. Malaice *Tsjencke Oetan, Daun Kitsjil*, h. e. parvifolia ſilveſtris Caryophyllus. Amboinice *Aycau Laun Maun* & *Cappul*, h. e. parvifolia & ſplendens *Aycau*, melius enim ad *Aycaus* pertinet quam ad Caryophyllaſtros.

Uſus. Trunci ad palos adhibentur, ſed qui raro inveniuntur recti, manubria inſtrumentorum ex his quoque formantur, foco etiam inſerviunt, quem in finem æque conducunt ac illi *fruticis igniarii* ſeu *Salay*, hoc enim lignum humidius eſt, ſolidius, ac tarde exſiccatur, atque ad Oryzæ tudiculam adhibetur.

Secundo rubra *Caryophyllaſtri* ſpecies haud multum differt magnitudine & forma a præcedenti, excepto quod ejus ramuli ex fuſco rubente cortice ſint obducti, intermixto purpureo colore. Rachides hæ breves ſunt, ac dividuntur in plures laterales ramulos rotundos, tenues, & firmos. Ejus folia quoque parva ſunt & acuminata, brevibus petiolis inſidentia, bina ſibi oppoſita & cruciata, binos tresve pollices longa, unum lata, horum nervus medius ab utraque protuberat parte, ſuntque porro ſicca, craſſiuſcula, ſuperne viridia, ac venis fere deſtituta, inferne paululum protuberantibus, quæ prope oras in ſinus concurrunt, ſaporis adſtringentis, ad Jamboſas accedentis.

Flores racemoſi excreſcunt in ramulorum ſummo, qui copioſa ſunt capitula, puſilla, in plurimos ſeſe aperientia floſculos, ſordide albicantes, qui intus repleti ſunt brevibus & rubentibus ſtaminibus, quos fructus ſeu baccæ inſequuntur raræ, minores granis Piperis.

Arboris lignum eſt grave, ſolidum, & ſiccum, ruffeſcit ſeu rubet, quod ad palos durabile eſt.

LV. HOOFDSTUK.

De roode wilde Nagel-Boom.

DIt *boompje ſchynt een zoorte te zyn van de wilde Nagel-bomen*, lib. 2. cap. 4. *beſchreven, gelyk het ook by de gemeene man genaamt werd; wy hebben echter gevoeglyker geagt, hem daar van af te zonderen, en alhier te plaatzen, om dat hy veel daar van verſchild, want 't is een laag boompje, als een ſtruyk, met een enkelde ſtam opſchietende, meeſt bogtig en krom, verdeeld in 2. zoorten, witte en roode.*

De ryskens van het witte zyn ſtyf, rond, en dun, de bladeren ſtaan 2. en 2. tegen malkander, bykans in 't kruys, 5. a 6. paren aan een rysken, 3. en 4. duymen lang, ruym een dito breed, droog, en de Nagel-bladeren gelyk, doch korter, agter ronder en ſlapper, maar mede zo bogtig, en met zyne parallele aderen doorregen, digt aan de kanten met bogen te ſamen ſluytende, van ſmaak zamentrekkent. De jonge bladeren glimmen als wit ſatyn.

De vruchten zyn weinig, en komen voort aan 't uiterſte der ryskens, zynde beſiën, zomtyds een, zomtyds 2. en 3. by malkander, op een lang ſteeltje, kleen, rond, als Myrte-beſiën, droog, hardagtig, en wat ruyg, boven met een kroontje van 4. inwaards gebogene blaadjes, binnen met kleenhoekig zaad, digt in malkander gedrongen. Men ziet ze groen in October.

De ſchorſſe is dun, bros, zamentrekkende, aan de takken bruynagtig, beneden uit den graauwen en groenen gemengt; het hout is fyndradig, buiten wit, binnen ligtrood, redelyk ſwaar en hard, dat van de wilde Nagelen gelyk, 't waſt in ligte boſſchen en op vlakke velden, op een magere en ſteenige grond, dat op magere velden waſt, heeft korte ſtyve bladeren, van $1\frac{1}{2}$ *tot 3. duymen lang, agter rond, voor met een lange ſpits, de jonge blaadjes in de mond geknauwt, zyn zamentrekkend, en droog, ſmakende als* Aycau. *Zy beveſtigen de tanden, en trekken de Catharren uit.*

Naam. *In 't Latyn* Caryophyllaſter alter, *zynde te onderſcheiden van een ander Caryophyllaſter, 't welk een heeſter, en in 't volgende Boek beſchreven is.* Op Maleyts Tsjenke Oetan, Daun Kitsjil, *dat is, kleenbladige wilde Nagelen. Amboinſch* Aycau Laun Maun *en* Cappul, *dat is kleenbladig en glimmend* Aycau, *want het beter onder de* Aycaus *gerekend werd, dan onder de wilde Nagelen.*

Gebruik. *De ſtammen zyn gebruikelyk tot pagger-ſtylen, die men ook al lang zoeken moet, eer men ze zo regt vind. Men maakt 'er ook ſteelen van tot allerbande gereedſchappen, 't geeft ook brandhout, waar toe 't echter zo wel diend als den* frutex igniarius *of* Salay, *want dit hout is vogtiger, digter, en droogt langſaam op. Zyn hout werd gebruikt tot rys-ſtampers.*

2. *De roode zoorte van* Caryophyllaſter, *verſchild in grootte en gedaante niet veel van de voorgaande, behalven dat de ryskens een bruyn-roode ſchorſſe hebben, met wat peers gemengd. Deze ryskens zyn niet lang, maar verdeelen hun in veele zyde-takskens, alle rond, dun en ſtyf. De bladeren zyn mede kleen en ſpits, op korte ſteeltjes 2. en 2. tegen malkander, en een regt kruys makende, 2. en 3. duymen lang, een breed, de middel-zenuwe puylt te wederzyden uit; voorts dikachtig, droog, boven grasgroen, ſchier zonder merkelyke adertjes, die beneden ſlegts een weinig uitpuylen, en digt by de kanten met boge ſluiten, zeer zamentrekkend van ſmaak, na de Jamboezen trekkende.*

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, en aan 't uiterſte der ryskens, zynde veele kleene knopjes, die hun openen in veele kleene vuyl-witte bloempjes, binnen gevuld met korte roodachtige draadjes, daar op volgen beſiën, weinig in 't getal, kleender dan Peper.

Het hout is ſwaar, digt, en beſterſt ros of roodachtig, durabel tot ſtylen.

Nomen. Latine *Caryophyllaster ruber.* Malaice *Tsjencke Oetan Kitsjil*, Amboinenses, uti dictum, hanc parvifoliam *Aycau* putant esse, atque confundunt cum *Caju Lacca* ob rubrum ramorum corticem: In ventosis crescit collibus, ubi solum est durum, quale est in Leytimoræ monte rubro.

Folia ejus in ore masticata, copiosos ex gingivis adtrahunt humores, ipsarumque tumores curant.

Naam. *In 't Latyn* Caryophyllaster ruber. *Op Maleyts* Tsjenke Oetan Kitsjil, *de Amboinezen, als gezegt, maken een kleenbladig* Aycau *daar van, en vermengen het met* Caju Lacca, *wegens de rode schorsse aan de takken. Het wast op luchtige heuvelen, daar een harde grond is, gelyk op Leytimor op den roden berg.*

De bladeren in de mond geknouwt, trekken een vochtigheid uit het tandvleesch, en genezen 't zelve, geswollen zynde.

Tabula Centesima Trigesima Sexta

Ramum exhibet *Caryophyllastri rubri.*

De Hondert zes- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *roode wilde Nagel-Boom.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Cortex Papetarius. Coelit Papeda.

COelit *Papeda* diu frutex est, sensim tamen in altam excrescit arborem, unam alteramve ulnam crassam in diametro, ejus ramuli in breves copiosas rachides dividuntur cruciatas, quibus unum alterumve foliorum par insidet, nunc inpari extremum claudente, nunc nullo. Folia cum illis *Dabani* conveniunt, sunt autem multo minora, tres quatuorque pollices longa, digitum lata, firma, glabra, & intense viridia, paucis pertexta costis, ad oras raro dentata. Quævis rachis ad ortum ex ramo bina gerit foliola rotunda, equorum soleas referentia, sed non dentata, ac potissimum eo in loco, ubi floriferi pedunculi excrescunt. Coma tenera eleganter fusca est, ac sæpe adeo copiosa, ut totus aliquando frutex fuscus videatur esse.

Flores hinc inde progerminant ad rachidum ortum, ut & ad ramorum extremum, ex julis oblongis, binis ternisve simul progerminantibus, palmam circiter longis, ac bifidis. Ipsi autem flores primo sunt solitaria parva capitula, pallide rubentia, & in flosculos vix notabiles sese aperientia, ex meris enim staminibus fere compositi sunt, *Caju Poeti* flores referentes.

Fructus minimi sunt, vix magnitudinem grani tritici habentes, suntque bifidi, atque quævis horum pars Cumini semen refert, in summo gerentes apicem acutum, in quavis autem parte officulum seminale continetur, vix grani sabuli magnitudinem adæquans, flava lanugine obductum, quodque facile prolabitur.

Trunci cortex est crassus, externe rugosus & fissus, interne rubens, succosus, & mucosus: Vetustarum arborum lignum ex albo flavescit instar Syderoxyli seu Metrosideri feminæ vel albæ, poliri etiam potest, estque satis durabile, unde & ædificiis etiam inservit.

Floret Januario, inque levibus crescit silvis Leytimoræ, circa Caju Poeti arbores.

Nomen. Latine *Cortex Papetarius.* Malaice *Coelit Papeda*, & *Oebat Papeda* generali nomine, peculiariter autem ab Amboinensibus in Leytimora vocatur *Taeru* & *Aëru.*

Usus. Crassus arboris cortex quotidiano in usu est apud Amboinenses, tam recens quam siccus ad Papedam coquendam: Incolæ hunc corticem fumo exsiccant, inque fasciculis conlectum servant, cujus frustulum depuratum aquæ injiciunt, in qua Papedam incoquunt, quæ aqua inde rubet, licet quoque Sagumanta sit quam inveteratissima, hoc cortice corrigi & renovari quasi potest. Lignum, uti dictum est, alterius defectu ad tigna adhibetur, si vetustarum sit arborum: Siccus autem cortex ob memoratum usum trans mare in alias etiam transfertur regiones, ubi deficit.

LVI. HOOFDSTUK.

De Taleru-Boom.

COelit Papeda *blyft lang een struyk, word echter metter tyd een hogen boom, van een en twee vademen in de rondte, de takskens zyn in veele korte ryskens verdeeld, die in 't kruys staan, en daar aan staan een of twee paren bladeren, met een alleen voor uit, en aan zommige niet. De bladeren zyn als die van* Dawan, *doch veel kleender, 3. en 4. duymen lang, een vinger breed, styf, glad, en boog-groen, met weinige ribben, aan de kanten wyd getand: Ieder rysken heeft by zyn oorspronk aan de takken twee ronde bladjes, als paardevoetjes, doch niet getand, meest daar de bloeyende steelen uitkomen, het jong loof is schoon-bruyn, en dat zo menigvuldig, dat zomtyds den geheelen struyk bruyn schynt.*

Het bloeyzel komt voort hier en daar by den oorspronk der ryskens, ook aan 't eynde der takken, en zyn lange steerten, 2. en 3. by malkander, omtrent een hand lang, en in tween verdeeld. Het bloeyzel bestaat uyt enkelde kleene knopjes, ligt-rood, die zig openen in kleene pas kenbare bloempjes, meest van draadjes gemaakt, gelykende het bloeyzel van Caju Poeti.

De vruchten zyn zeer kleen, qualyk zo groot als een ryst-korrel, en deelen zig in tween, waar van ieder deel een Cumin-zaad gelykt, boven op dragende een scherpe spits, in ieder deel schuyld een zaadkorreltje, qualyk zo groot als zand, met een geele wolachtigheid bekleed, het welk daar ligt uytvalt.

De schorsse des stams is dik, ruyg van buyten, en gescheurt, binnen rood, zappig, en slymerig: 't Hout uyt de oude bomen, trekt uit den witte wat na 't gele, gelyk Yzer-hout 't Wyfken of 't witte, laat zig glad werken, en is redelyk durabel, dierhalven bequaam tot den huysbouw.

Het bloeyd in January, en wast geern in ligte bosschen, op Leytimor, omtrent de Caju Poeti-bomen.

Naam. *In 't Latyn* Cortex Papetarius. *Op Maleyts* Coelit Papeda, *en* Oebat Papeda, *met een generalen naam, maar in 't byzonder heten 't de Amboinezen op Leytimor* Taeru *en* Aëru.

Gebruik. *De dikke schorsse dezes booms, is een dagelyks gebruyk by de Amboinezen, zo versch, als gedroogt, om de* Papeda *te koken. De Inwoonders drogen de schorsse in den rook, en bewaren die in bondelkens, waar van ze een stukje schoon gemaakt in 't water smyten, daar ze Papeda mede koken, welk water daar van rood werd, en al is de* Sagumanta *heel oud, zo kan men ze met deze schorsse weder goed maken. 't Hout, als gezegt, werd by noot tot het timmeren gebruykt, als 't van het oude is, de gedroogde schorsse werd om voorschreve reden ook over zee, en in andere Landen vervoert, daar ze niet is.*

Tabula Centesima Trigesima Septima

Ramum exhibet arboris *Taleru* vulgo dictæ.
Ubi Litt. A. ejus *corymbum floriferum* denotat.

De hondert zeven- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Taleru-Boom.*
Alwaar Lett. A. een *Bloem-trosje* verbeeldt.

A

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Ichthyoctonos Litorea. Aytuy.

Binas has subsequentes arbores *Ichthyoctonos*, seu piscium necatrices voco, quum ab incolis in illum finem adhibeantur, quarum prima hoc in capite descripta litora, altera subsequens montes amat.

Ichthyoctonos litorea, mediocris est arbor, arbori *Excæcanti* similis, vel paulo humilior, truncum gerens gracilem, qui nunc solitarius, nunc geminus excrescit, comam gerens densam, quum rami ex plurimis longis flagellis constent, quibus folia per longos ordines insident alternata, quæ longiuscula sunt & angusta, ad oras subtiliter, sed non profunde, serrata, quatuor & quinque pollices longa, unum cum dimidio lata, tenuibus ac vix notabilibus venulis pertexta, crassiuscula, glabra, glauca, ac plerumque antrorsum inflexa seu sinuosa.

Ex horum alis longi progerminant juli, uti in *arbore Excæcante*, sed qui longiores sunt. Hisce flosculi insident pusilli, muscosi, ex viridi flavescentes, quorum quivis ex tribus brevibus constat staminulis: Hosce insequuntur fructus rari, qui parvi sunt globuli, paulo majores globulo sclopeti minoris, ex cinereo & viridi variegati, ac tandem terrestris coloris seu nigricantes, duri, lignosi, acsi fructus cujusdam officula essent. Externe sex sulcis notati sunt, qui in durum apicem concurrunt, tres vero horum sulci profundiores sunt, ita ut totus fructus in tria segmenta dividi possit, quæ sicca sibi adcumbunt sine ulla medulla, ac nihilominus tamen sibi adhærent, in quovis autem segmento nucleus reconditur Pistachiæ similis in cellula quadam, qui interne ex cinereo & fusco colore variegatus est.

Arboris cortex ex viridi nigricat, paucumque spissum exsudat lac, si vulneretur, vel si folia abrumpantur. Lignum penitus albicat, leve est, molle, & inutile tigno. Mayo & Junio floret. Ex quavis pilula seu fructu binæ progerminant arbusculæ, tertius enim nucleus plerumque emarcidus ac sterilis est.

Nomen. Latine *Ichthyoctonos Litorea*, h. e. litorea piscium necatrix. Amboinice in Hitoea *Aytohi*, *Aytuy*, & *Aypue*. Jure inter *arboris Excæcantis* species numerari posset, quæ supra *libro tertio* descripta est.

Locus. Raro obcurrit in Hitoes regione, ac potissimum in litore, vel locis ipsi vicinis in planis silvis; crudi ejus fructus hinc inde in litus projecti inveniuntur, a nullo enim expetuntur animali.

Hæc arbor ad noxias quoque pertinet arbores lactescentes, quæ perniciosas possident qualitates, unde & nullius est usus, excepto quod ejus fructus ad pisces enecandos adhibeantur, separant enim in flumine quodam locum parvum, ubi corbiculos quosdam recentibus hisce fructibus impletos & grosso modo contusos deponunt, aliis cineribus mixtos, quos in occlusos projiciunt locos, atque hos porro fustibus turbant & conmovent, donec aqua horum nucleorum spuma fit obducta, tum omnes pisces in illo loco occlusi semi-mortui supernatant, qui innoxie tamen comeduntur.

Lignum, licet sit leve & molle, durabile tamen est, nec cossos umquam generat, si modo siccum bene conservetur, forte aptius erit ad calceos ligneos seu *Tsjerippos*, illo arboris excæcantis, qua de re supra latius fuit actum, nuclei in fructibus occlusi instar Canariorum dulcescunt, nec noxiæ videntur esse qualitatis, pueri enim maturos hosce aperiunt fructus, ipsorumque nucleos innoxie edunt.

Tabula Centesima Trigesima Octava

Ramum exhibet *Ichthyoctoni litoreæ*, seu *Aytuy*.

LVII. HOOFDSTUK.

De Strandt Visch-dooder Boom.

Deze twee volgende bomen noem ik Ichthyoctonos, *of Visch-dooders, om dat ze de Inlanders daar toe gebruyken, waar van de eerste in dit Kapittel beschreven, de stranden, en de volgende de bergen bemind.*

*De strand-*Ichthyoctonos *is een middelbaare boom, den* Arbor Excæcans *gelyk, of wel zo laag, en rank van stam, die zomtyds enkeld, zomtyds dubbeld is, en met een digte kruyn, want de takken zyn bekleed met veele lange gerten, waar aan de bladeren in lange ryen verwisseld tegen malkander staan, dewelke zyn langagtig en smal, aan de kanten fyn, doch niet diep gezaagt,* 4. *en* 5. *duymen lang,* 1½ *breed, met fyne en pas kennelyke adertjes doortogen, dikagtig, glad, zee-groen, en meest alle wat voorwaarts gekromt.*

Uyt den schoot der zelven komen lange kattekens voort, gelyk aan den Arbor Excæcans, *doch langer. Aan dezelve staat zeer kleen bloeyzel, zynde moschagtige bloempjes, geel-groen, en yder van* 3. *korte draadjes gemaakt, na dezelve wassen eenige weinige vruchten, zynde ronde bollekens, wat grooter dan de Musquets-kogels, uit den grauwen en groenen gemengt, ten laatsten aardverwig of swartachtig, hard, houtachtig, of het een korl van een vrucht was. Van buyten zyn ze met* 6. *vorens getekend, die in een kort spitsje zamen lopen, maar* 3. *derzelver gaan door, zo dat de geheele vrucht zig in drien laat deelen, welke stukken droog tegen malkander staan, zonder eenig merg daar tusschen, en niet te min aan malkanderen vasthouden, in ieder stuk leyd een korl, als een Pistacie, in een celletje, uyt den graauwen vaal, het binnenste vervullende.*

De schorsse is uyt den groenen vuyl en swartachtig, weinig dikke melk uytgevende, als men ze quetst, of als men de bladeren afbreekt: 't hout is geheel wit, ligt, week, en ondeugent tot timmeren. Hy bloeyd in May en Juny. Uyt ieder vrucht of pille komen twee jonge boompjes voort, want de derde is gemeenlyk uitgedroogt en onnut.

Naam. *In 't Latyn* Ichthyoctonos litorea, *dat is, Strandt Visch-dooder. Amboinsch op Hitoe* Aytohi, Aytuy, *en* Aypue. *Men zoude hem met rede onder de zoorten van* Arbor Excæcans *mogen rekenen, boven in 't* 3. *Boek beschreven.*

Plaats. *Hy word weinig gevonden op 't land Hitoe, en wast meest op strand, of niet verre daar af in vlakke bosschen; de raauwe vruchten ziet men hier en daar op strand verstrooyt, want zy werden van geen beest genuttigd.*

Dezen boom behoord onder de sorgelyke melkbomen, die een schadelyke kragt hebben, en is dierhalven van geen gebruyk, behalven de vruchten tot het Visch-doden, want zy besluyten een kleene plaats in eenige rivier met Serien of Horten, nemen dan eenige korfjes vol van deze vrugten, die nog groen of melkagtig zyn, stoten dezelve grofselyk, vermengenze met asch, en stroyenze in de beslotene plaatzen, daar in zy dan verders met stokken stampen en vroeten, tot dat het water met het schuym van deze korls bedekt is, alle de Visschen die 'er in zyn, komen half dood boven dryven, en werden echter zonder schade genuttigt.

Het hout, hoewel ligt en week, is nogtans durabel, en word nooit wormstekig, als 't maar droog gehouden word, misschien is het bequaamer tot houte trippen, of Tsjerippos, *als dat van* Arbor Excæcans, *waar van boven gezegt is. De korls, die binnen in de vruchten steken, zyn zoet als Canaris, en schynen gene schadelykheid in zig te hebben, want de kinders kloppen de rype vrugten open, en eeten de korls daar uyt.*

De hondert acht- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Strandt Visch-dooder Boom*, of de *Aytuy-Boom*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Ichthyoctonos montana. Walan.

ICHTHYOCTONOS *montana* multo major est arbor, rectum & altum gerens truncum, cum præcedenti nullo modo conveniens. Ejus folia majora sunt, & instar remi formata, vel instar foliorum *Catappan*, sed minora, superne nempe lata, ac subito in apicem desinentia, inferne vero angustata, octo & decem pollices longa, tres quatuorve lata, glabra, pinguia, ac vix venas notabiles gerentia, sed crasso constantia nervo medio, qui superne sulcum format, & inferne maxime protuberat, quinque, sex, & septem simul poveniunt ad ramulorum extremum, uti in Catappan, ac verrucis & tuberculis notata sunt, uti & rami nodosi ac rugosi sunt.

Fructus magnitudinem habent pomorum Aurantiorum, sunt autem oblongiores, ac superne in obtusum apicem desinentes, instar cordis vaccæ, quivis autem ex crasso curtoque dependet petiolo, qui prope fructum pentagonam format coronulam, cui fructus tamquam patellæ insidet, talesque fructus bini ternive simul dependent.

Poma hæc externe colorem habent pomorum Aurantiorum, ac tandem rubescunt, demumque nigrescunt. Intus gerunt medullam siccam & fungosam, atque in hac quatuor magna officula locantur, per quatuor venas sursum ad apicem adnexa: Quodvis vero officulum vix binos pollices longum est, unum latum, planum, & parum rugosum instar linguæ, ac superne bifidum, ubi vena ista inplantatur, coloris eleganter fusci seu spadicei, nunc quina talia officula, nunc unicum tantum in quovis continetur fructu. Medulla ista fungosa, in qua officula locantur, quæque exteriori adhæret cortici, pallide flavescit, sicca est, & saporis fatui, cortex exterior fuscus satis durus est, ac fere ex meris compositus fibris seu filamentis, intusque continet aliud durum putamen, atque in hoc bini obcluduntur oblongi albique nuclei, septo medio separati.

Arboris cortex est crassus, siccus, & fragilis, ac pallide ruffescens, prope radices instar ignis rubens, lignum externe est album & inutile, vetustorum truncum cor est fuscum, solidum, & compactum. Radices rubent & copiosæ sunt, instar illarum Mangiorum, quoque magis rubet ipsarum cortex, eo efficacior est. Fructus maturescunt Octobri, elegantemque præbent adspectum per excellentem ipsorum rubedinem, inter viridem comam eminentem.

Hujus arboris binæ obcurrunt species, rubra & alba, potissimum radicum colore differentes, atque interno ligni colore distinguendæ, utræque autem illa pollent vi, quod pisces enecent. Tertia insuper hujus obcurrit species, quæ penitus silvestris est, atque latiora & glabriora gerit folia, pallidius virentia, hæc etiam ad radices nullam externe exhibet rubedinem, quæ inutilis quoque censetur, puto autem præcedentem albam veram esse speciem.

Nomen. Latine *Ichthyoctonos montana.* Amboinice in Hitoea *Walan* & *Walen*, in Leytimora *Waran*.

Locus. Hæc quoque arbor raro invenitur; inque altis crescit Hitoensium montibus, uti & in Soyæ densis silvis, ubi solum est pingue & rubens, quale Amboinenses montes plerumque habent, prope magnam viam, quæ per istos montes decurrit, itidem observatur.

Usus. Hujus arboris radices tantum in usu sunt ad pisces enecandos, quem in finem harum cortex adhibetur, quum incolæ multas ridiculas ceremonias instituant, totam enim primo sumunt radicem, quam cum cortice supra lapidem comminuunt, sique hoc opus fere sit peractum, unus in medio circuli alios inperat omnes simul decumbere tanquam dormientes vel moribundos, quique tam diu quieti decumbunt, donec alter ter instar galli gallinacei cicurlverit, tumque omnes simul prosiliunt. Inter contusionem nec illos loqui licet, nec tussire, nec spumam emittere, vel crepitum ani.

LVIII. HOOFDSTUK.

De Berg Visch-dooder Boom.

DEN *Berg*-Ichthyoctonos *is een veel grooter boom, met een hogen en regten stam, met de vorige geen gemeenschap hebbende. De bladeren zyn grooter, en gefatzoeneert als 't platte van een riem, of als dat van* Catappan, *doch kleender, te weten voor breed, en schielyk in een spits eyndigende, maar na agter smal toelopende,* 8. *en* 10. *duymen lang,* 3. *en* 4. *dito breed, glad, vet, en bykans zonder merkelyke aderen, doch met een dikke middel-zenuwe, die boven een voorn maakt, en van onderen verre uitpuylt, zy staan* 5. 6. *en* 7. *by malkander aan 't voorste der takken, gelyk aan de Catappan, en zyn met wratten en puysten bezet, gelyk ook de takken knoestig en ruyg zyn.*

De vruchten zyn in de grootte van Oranje-appelen, dog langwerpig, voor met een stompe spits, gelyk een Koebert, hangende yder aan een korte dikke steel, die by de vrucht een vyfhoekig kroontje maakt, waar op de vrucht als op een bordeken staat, en zulke vruchten hangen 2. *en* 3. *by malkander.*

Deze appels hebben van buyten de coleur van de Oranje-appels, ten laatsten rood, en dan swart. Van binnen hebbenze een droog en voos merg, en daar binnen staan 4. *groote boonen of steenen, met* 4. *aderen na de spitze toe aan malkander hangende. Ieder boon is schaars* 2. *duymen lang, een breed, plat, en wat ruyg, als een tonge, voor met een kloofje, daar de voornoemde ader ingelaten werd, schoon bruyn van coleur, zomtyds vind men vyf, zomtyds ook maar een boon in een vrucht. Het vooze merg, daar ze in liggen, en waar mede zy aan de buitenste schale vast hangt, is bleek-geel, droog, en laf van smaak; de bruyne schaal is redelyk hard, en schier uit enkelde draden gemaakt, en besluyt van binnen nog een andere harde schaal, en in dezelve vind men* 2. *langwerpige witte korls, met een middelschotje van malkander gescheiden.*

De schorsse des booms is dik, droog, en bros, ook bleekros, aan de wortelen vuur-rood, 't hout van buyten wit en slegt, aan de oude stammen in de midden bruyn, digt, en vast. De wortelen zyn rood en veelvoudig, gelyk die van Mangi Mangi, en hoe rooder haare schorsse is, hoe kragtiger ze is. De vrucht ziet men ryp in October, en is plaisierig aan te zien, met zyne uytstekende rodigheid onder dat groene loof.

Men heeft 'er twee zoorten van, roode en witte, meest in de coleur der wortelen, en 't binnen-hout te onderscheiden, beyde van eenderley kragt in 't doden der visschen: dan is 'er nog een derde zoorte, of gantsch wilde, met gladder en breeder bladeren, die ook ligt-groen zyn, en aan de wortelen van buyten geen rodigheid hebben, dewelke men voor ondeugend houd, doch ik gelove, dat dit anders niet is dan de voornoemde witte zoorte.

Naam. *In 't Latyn* Ichthyoctonos montana. *Amboinsch op Hitoe* Walan, *en* Walen. *Op Leytimor* Waran.

Plaats. *Dezen boom werd ook zelden gevonden. Hy wast op 't hooge Hitoeeze gebergte, en op Soja, in 't digte Wout, daar een vette roode aarde is, diergelyke meest 't Amboinsche gebergte heeft, men ziet hem by den grooten landweg, die over 't zelve gebergte gaat.*

Gebruik. *Van dezen boom zyn alleen de wortelen in gebruyk, om de visch te dooden, en daar van alleen de schorsse, waar by den Inlander veele beuzelachtige ceremonien gebruykt, want zy neemen eerst den geheelen wortel, kloppen die met de schorsse en al op een steen in morselen, en als 't ten naasten by gedaan is, belast de een, die in de midden zit, datze alle te gelyk nedervallen, als slapende of dooden, en moeten zo lange leggen blyven, tot dat hy drie reyzen kraayt als een haan, dan springen ze weder op. Onder 't kloppen, moeten zy ook niet spreken, hoesten, spouwen, of eenige wind geeven.*

Hoc pulvere quosdam inplent corbiculos, ac ſummo mane circa galli cantum ad flumen tendunt, tumque manipulum aquæ ſimul admiſcent & conquaſſant, unde mox vehementer ſpumeſcit, ita ut ad palmæ craſſitiem ſpuma ſeſe elevet, hoc opere peracto mox inſtar mortuorum decumbunt, ac ſeſe erigunt, ſi quis cicuriverit; inter hujus pulveris conmiſtionem nemini licet inſtrumento quodam ſecante ad fluminis conſpectum accedere, cæteroquin opus nullum ſortiretur effectum. Ad aliquam diſtantiam in inferiore fluminis parte illud obcludunt rete poſitorio, tum intra horæ ſpatium cuncti piſces in illo obcluſi loco ſupra aquam ſemi-mortui quaſi ſupernatant, quum acredinem hujus radicis oculi ipſorum irritantem tolerare nequeant, qui in ipſis quoque rubent & inflammati ſunt. Non omnino moriuntur, ſed vitæ quædam pars quaſi ſupereſt, quam mox quoque recuperant, ſi recenti injiciantur aquæ, unde & innoxie quoque comeduntur recenter capti, diu autem ſervari nequeunt.

Per diem ſemel in ipſorum præſentia per pueros meos hoc *Oebat* aquæ injici curavi, omiſſis cunctis iſtis ceremoniis, & licet paucam iſtius Oebat copiam ad manus haberem, ac locus iſte ſatis ingens eſſet, ſufficientem tamen cunctorum piſcium fluviatilium numerum cepi bonæ notæ & ſaporis, qui omnes ſemiviventes ex aqua tollebantur, ac per Oebat vim ipſorum oculi rubentes & inflammati erant, comperi autem poſtea, multo melius ſuccedere, ſi hoc opus ſummo mane inſtitueretur, quum piſces magis ſupernatant, ac vehementius ab Oebat iſto afficiuntur; per diem enim fundum petunt profundum.

Homines infectæ huic aquæ inmiſſi, nullum aliud ſentiunt incommodum, niſi parvum cutis pruritum, ac licet hoc Oebat non credatur mortem adferre, non licet tamen mox hanc potare aquam, oris enim ardorem excitat, noxia autem qualitas in currentibus fluviis mox diſparet, exceptis angulis iſtis, in quibus aqua ſtagnat, ubi & alba iſta ſpuma diu ſupereſt, qua & infectæ hæ aquæ deteguntur & dignoſcuntur.

Si huic radici admiſceantur fructus *Boril* contriti, inque aquam projiciantur ſimul, multo efficaciorem ſortiuntur effectum, omneſque enecant piſces, immo ipſas anguillas, quæ ex latebris ac foſſis educi poſſunt, ſi viridi *Borii* fuſte conmoveantur, hoc multum ſolebant inſtituere Sojenſes, in quorum montibus *Borium* copioſe creſcit, ipſis vero interdictum eſt, quum cuncta ipſorum flumina Caſtellum Victoriam præterlabantur, quæ quotidianam ſubpetunt aquam potabilem.

Folia per unicum diem ſiccata & accenſa, claram emittunt flammam ſine ſtrepitu. Ex fuſco truncorum corde operarii inſtrumentorum manubria formant.

Non cuivis Amboinenſi licet has petere radices, illaſque contundere, vel aquæ injicere, nobis enim perſuadere conantur, quaſdam tantum familias per ſucceſſionem huic operi eſſe adſuetas, ſique aliquis alius has tractet radices, cutis malignam ſcabiem vel ulcerationem contrahet. Ex ſupra autem memoratis exemplis patet, has tantum eſſe quiſquilias, quum Æthiopes ac Chriſtiani ex pago Senalo cum pueris meis hoc opus peregerunt, atque, quantum novi, nullum inde incommodum ipſis ſupervenit.

Hier mede dan vullenze eenige korven, gaan daar mede 's morgens omtrent 't haane-gekraay na een rivier, nemen een eene hand vol na den anderen, en vryvenze in 't water, zo begint het ſtraks zo heftig te ſchuymen, dat 'er de ſchuym een hand dik boven op dryft; dit gedaan zynde, vallen zy weer neer, als dood, en ſtaan op, als weder iemand kraayd: onder 't wryven mag niemant met een ſnydend Inſtrument de rivier in haar gezigt paſſeeren, of 't werk zoude geen ſucces hebben. Een ſtuk weegs beneden de rivier, zetten ze denzelven toe met een zet-net, zo zullen binnen een uur tyd, alle de viſſchen, die in de plaats beſloten zyn, haar half dood boven 't water begeven, om datze de ſcherpheid van deze wortel in de oogen niet verdragen konnen, dewelke men aan hun ook rood ziet. Zy ſterven niet t'eenemaal, maar behouden altyd nog wat levens, dat zy ook ſtraks weder bekomen, als men ze in verſch water ſmyt, werden dierhalven onſchadelyk genuttigt, te weten, zo verſch weg, maar tot bewaren deugenze niet.

Ik hebbe eens by dag in haar tegenwoordigheid, door myne jongens dit Oebat *op 't water laten ſtroyen, en alle die Ceremonien uytgelaten, en hoewel ik weinig* Oebat *hadde, en de plaats te groot was, ving ik echter een redelyke korf vol alderhande rivier-viſſchen van goeden ſmaak, die men allegaar half levend uit 't water nam, en door de kragt des Oebats roode oogen hadden, doch ik bevond, dat 't veel beter lukte, als men dit werk by 't haanekrayen doet, wanneer de viſch boven ſwemt, en dies te beter van de Oebat geraakt word, want by den dag houd by zig op de grond, en in de diepte.*

De menſchen, die in dit vergevene water ſtaan, voelen geen ander letzel, als datze een kleen jeuken op de huyd voelen, en hoewel men dit Oebat niet doodelyk houd, zo mag men echter niet terſtond uit dit water drinken, want men gevoeld eenige brand in de mond; doch de ſchadelykheid gaat in de ſterklopende rivieren, datelyk voorby, behalven de hoeken, daar 't water ſtil ſtaat, en daar men 't witte ſchuym nog lang ziet, en waar aan men deze vergevene wateren bekennen mag.

Als men by deze wortel doet de vruchten van Borium, *die te zamen wryft, en op 't water ſtrooyd, zo is 't veel krachtiger, en doet allerley viſſchen dood boven komen, ja zelfs de Aalen, dewelke men ook uyt haare holen kan brengen, als men daar in peutert, met een groene ſtok van* Borium *gemaakt; dit plagten die van Soja veel te doen, op welkers berg 't* Bori *veel waſt, maar 't is hun verboden, dewyl alle haare rivieren 't Kaſteel Victoria voorby lopen, en tot dagelyks drinkwater verſtrekken.*

De bladeren, die maar een dag gedroogt zyn, branden helder, en zonder gedruys. Uyt het bruyne hout maken de Arbeidslieden ook ſteelen tot haare gereetſchappen.

Onder de Amboinezen durft zig niet een ieder verkloeken, deze wortelen te halen, te kloppen, en op het water te ſtroyen, want zy willen ons wys maken, dat zekere geſlagten van Ouders tot Ouders daar aan gewend zyn; maar zo iemand anders daar mede ommegaat, die zal aan 't lyf een quade ſchurft en Ulceratie krygen. Doch uyt het boven verhaalde giſſe ik, dat dit maar beuzelingen zyn, vermits Mooren en Chriſtenen uit 't Dorp Senalo, met myne jongens vermengd, dit werk gedaan, en zo veel my bekent, geen letzel daar van bekomen hebben.

Tabula Centeſima Trigeſima Nona

Ramum exhibet *Ichthyoctoni montanæ* ſeu *Walan.*

De Hondert negen- en dertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Berg Viſch-dooder Boom*, ofte de *Walan-Boom.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Timonius. Timon.

TImonius eſt arbor campeſtris, quæ locum ſemper occupat inter caricem in apertis planisque campis, & collibus. Plerumque cruris craſſitiem, & ad ſummum illam viri obtinet, nec copioſos gerit ramos vel folia, quæ ſibi ſunt obpoſita & quodammodo cruciata, in ramulorum extremo poſita & quaſi conlecta, quatuor & quinque pollices longa, binos digitos lata, paucis & obliquis admodum coſtis donata, ab utraque parte acuminata; in medio latiſſima, vulgaris formæ, ſeu Laurinis foliis quodammodo ſimilia, ſed anguſtiora & acutiora.

Flores plures ſimul in racemulo conliguntur, qui ſunt floſculi oblongi ſordide albicantes, terni ſimul juncti, horum medius breviſſimo inſidet pedunculo, & craſſiſſimus eſt. Fructus rotundæ ſunt baccæ, paulo minores illis Oxyacanthæ, ac ſimili coronula ornatæ; ſuntque porro duriusculæ, pallide virentes, dein ex flavo nigricantes, intus repletæ ſunt tenuibus, oblongis, & ſordide flaveſcentibus ſtaminibus; quodammodo Papaveris odorem ſpirantibus.

Trunci cortex fungoſus eſt, craſſus, fiſſus, & ſiccus, multis in locis nigricans, acſi aduſtus eſſet, ſuccoſus, & inſipidus. Lignum eſt album, ac recens; ſatis grave, ſique erigatur, copioſa ex illo exſtillat lympha; quæ etiam exfluit, ſi incidatur, ſiccum vero ſatis durabile eſt, ſi ſit vetuſtorum truncorum.

Nomen. Latine *Timonius.* Nullum gerit nomen Malaicenſe, excepto quod quidam hanc arborem vocent *Poele Batoe* ſeu *Caju Belo*, nullo autem modo convenit cum *Poele*, & vera *Caju Belo* longe alia eſt arbor. Amboinice *Timon* & *Aytimon* vocatur ob nigrum corticis colorem, qualis in Melopepone quodam etiam obſervatur. In Loehoea *Kenay* dicitur.

Locus. Creſcit, uti dictum eſt, in apertis campis & in ventoſis collibus, inter caricem ubique in Amboinenſium inſulis.

Uſus. Ejus longi & recti rami palis inſerviunt, in aqua enim marina durabiliores ſunt quam in terra, ad ædium tecta & trabes adhiberi quoque poſſunt, ſi craſſi ipſius eligantur trunci, ſed plebeis tantum in ædibus: Trunci cortex ab exterioribus ſordibus depuratus, loco Pinangæ maſticari poteſt cum Siri & calce, ſed magis amaricat: Sturni aliique aves ejus fructus expetunt: Quidam incolæ ejus effodiunt radices, ſecumque ducunt in itineribus marinis, in quibus multum frigoris aliaque incommoda patiuntur, ſique non bene valeant, ſentiantque febriles horripulationes, pedumque dolores, hanc maſticant radicem cum pauxillo Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ, & Zingiberis, qua paſta corpus ſimul inliniunt.

LIX. HOOFDSTUK.

De Timon-Boom.

TImon *is een veldboom, die plaats altyd onder 't ſny-gras, op opene vlakke velden, en heuvels hebben wil. Hy is in 't gemeen een dye, en op 't hoogſt een man dik, niet ryk van takken, nog loof. De bladeren ſtaan tegen malkanderen, eenigzints in 't kruys, dog by malkanderen aan 't voorſte der ryskens* 4. *en* 5. *duymen lang,* 2. *vingers breed, met weinige zeer ſchuynze ribben, agter en voren toegeſpitſt, in 't midden breedſt, van een gemeen fatzoen, of de Laurier-bladeren wat gelykende, doch ſmalder en ſpitzer.*

Het bloeyzel komt voort veele by malkander aan een trosje, zynde vuyl-witte langhalzige bloempjes, of knoppen, ſtaan altyt 3. *by malkanderen, doch 't middelſte heeft het kortſte voetje, en werd het dikſte. De vruchten zyn ronde beſiën, wat kleender dan die van Hagedoorn, met diergelyke kroontjes boven op, hardachtig, bleek-groen, daar na uyt den geelen rookverwig, binnen zynze uitgevuld met dunne, langwerpige, en vuylgeele zaden, eenigzints riekende na Papaver.*

De ſchorſſe des ſtams is voos, dik, geſcheurt, en droog, op veele plaatzen ſwart, als ofze gebrand was, zappig, onſmakelyk. 't Hout is wit, verſch zynde redelyk ſwaar, en als men 't over eynd zet, veel water uytgevende, 't welk het ook doet, als men daar in kapt, dog droog zynde, redelyk durabel, als het van oude ſtammen is.

Naam. *In 't Latyn* Timonius, *in 't Maleyts is 't zonder naam, behalven dat het zommige* Poele Batoe, *of* Caju Belo *noemen, doch 't heeft geen gemeenſchap met* 't Poele, *en 't eygentlyke* Caju Belo *is een andere boom, in 't Amboinſch* Timon *en* Aytimon, *na de ſwarte ſchorſſe, als aan een water-Meloen. Op Loeboë* Kenay.

Plaats. *Hy waſt, als gezegt, in opene velden, en op luchtige heuvels, in 't Sny-gras overal, in de Amboinſche Eylanden.*

Gebruik. *Zyne lange en regte takken zyn gebruykelyk tot palen of Belos aan de Zerien, want zy in zout water durabelder zyn dan op 't land, men kan 't ook in den huysbouw tot balkjes in 't dakwerk gebruyken, als men dikke ſtammen aantreft, en dat alleen aan ſlegte huyzen. De ſchorſſe des ſtams van de buytenſte ruygte gezuyvert, kan men in plaats van Pinang eeten, tot Siri en kalk, hoewelze wat bitterachtig is. De Spreeuwen en andere Vogels eeten de vruchten geern; zommige Inlanders graven de wortelen uyt, en voeren die by hun op Zee-reyzen, daar men koude en ongemak moet uitſtaan, wanneerze hun dan qualyk gevoelen, als Koortſige huyvering, en ſteekten in de beenen, zo knauwenze deze wortel met een weinig Nagelen, Nooten, en Gember, en beſmeeren hun daar mede.*

Tabula Centeſima & Quadrageſima

Ramum exhibet *Timonii.*

De hondert en veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Timon Boom.*

CAPUT SEXAGESIMUM.

Folium urens. Polot.

HUic arbori ultimum tribuimus locum, quum media sit inter arborem & fruticem, hujus autem tres observavimus species, quarum prima est latifolia, secunda angustifolia, & tertia rubra.

Polot latifolia mediocris est arbor, truncum gerens rectum, plerumque crus crassum, decem & duodecim pedes altum, in paucos incurvos ramos extensum, uti in *Socco*, sunt autem multo rariores & breviores: Folium vero ipsum sesquipedem, immo duos pedes longum est, binas & tres transversales palmas latum, ad oras non serratum, multis magnis & albis parallelis costis transversalibus pertextum, quæ inferius multum protuberant, tenerumque folium quodammodo rugosum & sinuosum formant. Nervus medius & petiolus quoque albicat & herbaceus est. Folia ipsa non sunt glabra vel splendentia instar illorum Musæ, sed pallide ex flavo virentia, superne quodammodo glabra & æqualia, inferne non notabiles observantur pili hirti & pungentes uti in Urtica, sunt tamen parum rugosa, præsertim ipsorum petioli & costæ, quæ cutim tangentes dolorificum excitant pruritum, quo cutis mox intumescit & rubet, quod per dies aliquot sentitur.

Truncus & rami rugosi quoque sunt, spinuloso quasi musco obducti, ramorumque cortex viridis est, ex una alterave foliorum ala racemus vagus progerminat, ex incurvis petiolis formatus, multas gerens verrucas quasi, seu potius capitula, quæ sese aperientia intricatam exhibent umbellam, ex albis muscosisque flosculis compositam, qui adeo pusilli sunt, ut melius arenæ granula quam flosculos referant, qui sunt inodori. Plerumque inutiles hi decidunt, aliquando autem quasdam albas & aquosas producunt baccas angulosas & difformes, facile putrescentes.

Trunci lignum molle est, fungosum, & succosum, ex meris volvulis formatum sibi inpositis, quales in Musæ stipitibus conspiciuntur, illi vero Polot multo rariores sunt, magisque lignosi, qui radios etiam in peripheria sua exhibent, si truncus transversaliter dissecetur.

Quum folia superna tractentur seu glabra parte, nullum excitant cutis pruritum, ita ut ab inferiore ipsorum parte sibi quis caveat, in vola autem manus innoxie tractari possunt.

Secundo *Polot angustifolia* minora & angustiora gerit folia, octo, novemque pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, in magnum apicem desinentia, intense viridia, ad oras ample dentata, non autem profunde, formæ cum præcedentibus ejusdem, ipsorum costæ non ita parallelæ sunt ac prioris, quæ virides sunt, nervus autem medius albus est, crassisque insident pedunculis inordinata in ramorum extremo, petiolus vero, nervusque medius ab inferiore folii parte multis hirtisque pilis obsiti sunt, pruritum excitantibus; Hujus speciei petioli longiores sunt quam præcedentis, ac prope ortum ad ramos ab utraque parte foliolum gerunt, quod in initio corniculum refert.

Flores in brevioribus progerminant racemis quam prioris, vix binos pollices longis, ac potissimum ex intricatis simplicibus contorsionibus seu claviculis proveniunt, vitis racemis & floribus quodammodo similes, hisce insident undique brevia, rotunda, firma, & alba capitula acuminata, seu filamenta, quæ subito marcescunt, ac plerumque sine semine pereunt, hic quoque racemus florifer post folia in ramis provenit: Hæ binæ species alias quoque habent varietates, aliquando enim folia in duodecim ac quindecim pollicum longitudinem excrescunt, quinque & sex pollices lata, sic in una arbore folia magis sunt dentata quam in alia.

Flores Decembri proveniunt, atque arbores tam simplici erecto, quam pluribus simul excrescunt truncis, forma fruticis, qui non ultra pedem crassescunt: Hujus folia non tantum vehementius urunt quam præcedentis, sed cutim insuper excoriant atque exulcerant, ita ut dolor per quatuor quinqueve dies persentiatur.

Tertio

LX. HOOFDSTUK.

Het Brandent blad, ofte de Polot-Boom.

W*Y zullen dezen boom agter aan zetten, dewyl hy tusschen bomen en heesters twyffelt, waar van wy 3. zoorten hebben ontdekt, 1. 't breedbladige, 2. 't smalbladige, 3. 't roode.*

Het breedbladige Polat, *werd een middelbare boom, met een regten stam, in 't gemeen een dye dik, 10. en 12. voeten hoog, in weinige kromme takken uitgebreid, gelyk aan den* Soccum-boom, *dog veel weiniger en korter. 't Blad is 1½ en 2. voeten lang, 2. en 3. dwers handen breed, aan de kanten ongezaagd, met veele groote en witte parallele ribben overdwers doorregen, die van onderen verre uitpuylen, en 't jonge blad eenigzints rimpelig, of gevouwen maken. De middel-zenuwe en steel, is mede wit en kruydachtig; zy zyn niet glad nog glimmend, gelyk die van Pisang, maar doodverwig, ligt of geel-groen, boven eenigsints glad en effen, van onderen ziet men wel geen merkelyke hayrtjes of stekelen, gelyk aan de Bernnetel, echter zynze eenigsints ruyg, inzonderheid den steel en ribben, dewelke op de huyd rakende, een pynelyke jeukte veroorzaken, waar van de huyd datelyk rood werd, en opswelt, dat men dagen lang voeld.*

De takken en stam zyn ook ruyg, en als met stekelig mosch bezet, zynde voorts de schorsse der takken grasgroen, uit den schoot van 't een of 't ander blad, doch zelden komt een tros voort, van kromme steelen gemaakt, bezet met veele wratten of knoppen, dewelke hun openende, vertonen de verwerde dollen van witte moschagtige bloempjes, zo kleen, datze beter na zandkorls, dan bloempjes gelyken, zonder reuk. Zy vallen meest voor niet met al af, doch zomtyds komen daar eenige witte en waterachtige besiën aan, hoekig en ongeschikt, die ligt verrotten.

Het hout van den stam is gantsch week, voos, en zappig, van enkelde rollen gemaakt, die over malkander gewonden zyn, gelyk men aan den Pisang-stronk ziet, dog die van Polot *zyn wel zo ydel, en houtachtig, ook vertonenze stralen in de rondte, als men den stam dwers doorkapt.*

Als men de bladeren aan de boven of gladde zyde aanraakt, zo verwekken zy geen jeukte, dies men zig maar voor de onderste zyde moet wagten, doch met 't vlakke van de hand kan men ze onbeschadelyk handelen.

2. *Het* smalbladige Polot, *heeft kleender en smalder bladeren, 8. en 9. duymen lang, 3. en 3½ breed, met een merkelyke spitze, en hoog-groen, aan de kanten wyd getand, dog niet diep, ruyger van aanzien dan de vorige. De ribben lopen zo paralleel niet, als van 't vorige, zyn groen, en de middel-zenuwe is wit, en staan mede op dikke stelen, zonder ordre aan 't voorste der takken, de steel en middel-zenuwe des blads van onderen zyn met veele en fyne hayrtjes bezet, die eygentlyk 't jeuken maken. De stelen in deze zoorte, vallen wat langer dan aan 't voorige, en hebben by haar oorspronk aan de tak te wederzyden een kleen blaadje, in 't eerst een spits of hoorntje gelykende.*

Het bloeizel zyn korter trossen dan aan 't voorige, schaars 2. duymen lang, en meest uit enkelde verwerde drayingen of Claviertjes gemaakt, het druyven-bloeyzel eenigzints gelyk, daar rondom staan korte, ronde, styve, en witte spitzen of draadjes, die haast verwelken, en meest zonder zaad vergaan, en men ziet deze bloeyende trossen ook agter de bladeren aan takken. Zo heeft deze tweede zoorte nog eenige veranderingen, want zomtyds worden de bladeren 12. en 15. duymen lang, 5. en 6. breed, zo is ook 't eene meer getand als het andere.

Het bloeyzel ziet men in December: Het schiet zo wel met een enkelde regte, als met meerdere stammen op; in gedaante van een struyk, werdende niet boven een been dik. Deze bladeren branden niet alleen vinniger dan de voorige, maar kwetzen daar en boven de huyd, zo dat men de pyn wel 4. a 5. dagen voeld.

3. *Het*

Tertio *Polot rubra* folia gerit cum angustifolia convenientia vel paulo minora, ad oras quoque dentata: Ejus venæ, costæ, & petioli subtus fusci sunt, unde folium rubescit, cæterum prioribus similis est arbor ac plerumque frutescit, hæc species vehementissime urit, cujus dolor per octo persentitur dies.

Cunctæ tres species tam in montibus ac desertis crescunt hortis, quam in planitie, vallibus frigidis, & humidis minoribus silvis. In magnæ Ceramæ desertis prima species in satis altam excrescit arborem, instar junioris nempe Socci, in Hitoensi autem regione haud multo altior est maxima Musa, binæ aliæ species plerumque frutescunt.

Nomen. Latine *Folium urens*, quod dividitur in *latifolium*, *angustifolium*, & *rubrum*. Amboinice *Polot*, *Polat*, & *Aypolat*, ac prima species *Polot Poeti*, secunda *Polot Petu-Walan*, tertia *Polot Cau*; alii autem meliore jure tertiam seu rubram speciem vocant *Polot Petuwani*, h. e. octo dierum *Polot*, quum ejus ardor per octo sentiatur dies, quibusdam etiam dicitur *Salattene*. Ternatice *Daulassi*. Bandice *Salattan*.

Locus. In cunctis nota est hæc arbor Moluccis, Amboina, & Banda, præsertim prima seu latifolia species, binæ enim aliæ raro obcurrunt, angustifolia in horto meo sponte progerminavit sine dubio per semen, quod aves ibi projecerunt. Sponte etiam progerminat in pago *Hoekonalo* circa Balehu seu curiam, ac licet sæpius usque ad solum excidatur, plures de novo emittit stipites, ad obprobrium istius pagi, vitia nempe ibi adeo prædominari, ut exstirpari nequeant.

Usus. Noxia hæc arbor peregrinos fallit, immo ipsos inscios incolas, qui hanc non bene norunt, latifoliam enim putant esse silvestris Musæ speciem, amplaque ejus decerpunt folia, ut subponant quibusdam rebus, vel suum detergant corpus, subito autem excandescunt, si ipsorum sentiant ardorem. Hæc tamen folia innoxie ab incolis sæpe adhibentur loco mantilium & mapparum, si in silvis prandium sumant, si modo, uti dictum fuit, inferiorem vitent tangere foliorum partem, hæc tamen multo magis innoxie tractari possunt, si arbusculæ hæ in locis crescant umbrosis & humidis, quarum folia non ita vehementer urunt, tum & durities cutis Amboinensis multum huic rei favet, alioquin enim per ipsas urunt caligas, si per silvas incedamus. Pars adusta autem curatur frictione minorum Urticarum, per unius enim ardorem alter extrahitur, idem quoque præstatur per calidos cineres, vitandum vero est quam maxime manus frigida lavare aqua, quum dolor inde exacerbetur.

Trunci lignum nulli inservit usui, excepto quod aliquando siccetur & conservetur ad lentum fovendum ignem, qui alioquin per cespites alitur. Binarum reliquarum, ac maxime noxiarum specierum nullum mihi huc usque innotuit antidotum, quæ ab incolis etiam quam maxime vitantur, licet ipsorum cutis adeo dura sit, nec facile ab aliis urentibus adficiatur foliis. Per memorata tamen remedia quodammodo leniri potest ipsorum dolor: Sunt tamen quidam Amboinenses, qui sustinent secundæ speciei folia ore manducare, ac recenti inponere vulneri, a secante instrumento inflicto, ut curetur, dicunt enim in ore paucum admodum excitare ardorem, qui mox etiam exstinguitur masticatione *Siri Pinangæ*.

Intellexi homines invidiosos in Banda vicinorum Durionibus noxiam adferre, si ipsarum truncos circumvolvant ramulo Polot, unde cuncti Durionis fructus tam maturi quam inmaturi decidunt & putrescunt.

Ex trunco latifoliæ Polot fœtens excrescit *Fungus*, *Phallus Dæmonum* dictus; & *vermis* quidam inter *Sclopendriæ* species numerandus, *Laolin* vocatus, qui cutim gerit glabram & quasi corneam, ex multis lamellis seu annulis formatam instar surculorum *Cunæ*, qui retrorsum & antrorsum prorepit, cujus sanguis seu succus alicujus cutim rubro inficit colore, si illam tangat, quem inter insecta descripsimus.

3. *Het* roode Polot, *heeft bladeren als 't smalbladige of wat kleender, mede aan de kanten getand. De aderen, ribben, en steelen, zyn bruyn van onderen, waar door 't blad rood schynd, anders de voorige gelyk, en blyft meest een struyk; dit brand het aldervinnigste, wiens pyn men 8. dagen voelen kan.*

Alle drie geslagten wassen zo wel in 't gebergte, en verlatene thuynen, als wel meest in de leegte, koude Valyen, en vochtig kreupel-bosch. In de wildernisse van groot Ceram, word de eerste zoorte tot een redelyken boom, namentlyk als jonge Soccum-bomen, maar op 't Hitueeze land valt by niet veel hooger dan de grootste Pisang-boom, de twee andere zoorten blyven meest struyken.

Naam. *In 't Latyn* Folium urens, *verdeeld in* breedbladige, smalbladige, *en* roode. *Op Amboinsch* Polot, Polat, *en* Aypolat, *'t eerste* Polat Poeti, *'t tweede* Polot Petu-walan, *'t derde* Polot Cau; *andere met beter reden noemen de derde of roode zoorte* Polot Petuwani, *dat is, agtdagig* Polat, *om dat men zyn brand agt dagen voelen kan, en ook* Salattene. *Ternatice* Daulassi. *Bandanees* Salattan.

Plaats. *Het is bekent in alle de Moluccos, Amboina, en Banda, inzonderheid de eerste of grootbladige zoorte, want de twee andere vind men zelden, 't smalbladige is in myn thuyn opgekomen van zelfs, buyten twyffel door eenig zaad, het welk de Vogels daar heen geworpen hadden. Men ziet 't ook van zelfs opkomen in 't Dorp* Houkonalo, *omtrent haar Balehu of Raadhuys, en hoewel het dikwils tot de grond afgekapt werd, spruyt 't telkens met veele stammen wederom uyt, tot een verwyt van de Negory, dat de ondeugt by haarlieden zo vast geworteld zy, dat men ze niet uitroeyen kan.*

Gebruik. *Dit ondeugent gewas bedriegt de Vreemdelingen, en zelfs de onwetende Inlanders, die 't niet wel kennen, want zy 't grootbladige voor een slag van wilde Pisang aanzien, nemen de breede bladeren af, om onder te leggen, of om haarlieden te vegen, maar worden wel gaauw korzel daar van, als ze den brand gevoelen. Echter ziet men deze breede bladeren de Inlanders dikwils gebruiken, tot Servetten en Tafellakens, als ze in 't bosch eeten, en dat zonder schaden, als zy maar, gelyk gezegt, de onderste zyde niet aan de huyd laten komen, hoewel tot deze ongevoeligheid ook veel doet, als de boompjes staan aan schaduwagtige en vogtige plaatzen, die zo hard niet branden, als mede de hardigheid van de Amboinsche huyden: Anderzints brandenze ook door de kouzen en dunne kleederen, als men door 't bosch gaat. Zyne genezing is, dat men de gebrande plaatze wryve met kleene barnnetels, want de eene brand trekt den ander uyt; het zelve doet ook warme assche, maar in kout water te wasschen, moet men myden, om dat de pyn daar door vermeerdert.*

Het hout van den stam werd tot niets gebruykt, behalven dat men het zomtyds droogt, en bewaart om een smokend vuur daar mede te houden, gelyk met turf. Van de twee andere en snoodste zoorten weet ik nog geen gebruyk, of middel tegen haaren brand, werdende zelfs van de Inlanders ten hoogsten geschuwt, die dog zo harde huyden, en van andere brandende bladeren geen gevoelen hebben: echter door de voornoemde middelen kan men 't wat verzagten; ook zyn 'er zommige Amboinezen, die hun verstouten de bladeren van de tweede zoorte in de mond te knouwen, en te binden op versche wonden, die van een snydend Instrument gemaakt zyn, om die te genezen, want zy zeggen, datze in de mond weinig branden, en den brand dadelyk overgaat, met het knouwen van een Siri Pinang.

In Banda heb ik verstaan, dat zommige nydige menschen haren naburen aan de Durioens-bomen schade konnen doen, als zy rondom den stam slaan een takje van Polot, waar door alle Durioenen, zo rype, als onrype, zullen afvallen en bederven.

Aan de stammen van 't groote Polot, wast een stinkende Fungus, Phallus Dæmonum, *en nog een Worm uyt het geslagt van de* Sclopendria, Laolin *genaamt, met een gladde, en hoornagtige huyd, uyt veele ringen of deelen gemaakt, gelyk de schootjes van een* Cunas, *agterwaarts en voorwaards kruypende, wiens blad of sap de huyd rood maakt, als 't iemand raakt, die wy onder de Dieren beschryven.*

Tabula Centesima Quadragesima Prima

Ramum exhibet *Folii urentis*, seu *Polot.*

Finis Libri Quinti.

De hondert een- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Brandent bladt*, ofte de *Polot-Boom.*

Einde van het Vyfde Boek.